R5268

# HADRIANI A MYNSICHT

Medici Germani præſtantiſſimi

## THESAURUS ET ARMAMENTARIUM Medico-Chymicum:

*In quo ſelectiſſimorum contra quoſvis morbos Pharmacorum conficiendorum ſecretiſſima ratio aperitur, una cum eorundem Virtute, Uſu, & Doſi.*

Cui in fine adjunctum eſt

## TESTAMENTUM HADRIANEUM DE AUREO PHILOSOPHORUM LAPIDE.

*Acceſſit etiam*

## D. CAROLI MUSITANI MANTISSA,

*Atque*

## ANDREÆ BATTIMELLI AUCTARIUM,

*Denique*

## HIERONYMI PIPERI COROLLARIUM.

*Opus hac in noviſſima Impreſſione pluribus erroribus expurgatum.*

Atque Petri Poterii arcanis & inventis chymicis adauctum.

VENETIIS, MDCCXVIII.

Apud Jo: Gabrielem Hertz.

*Superiorum Permiſſu, ac Privilegio.*

BIBLIOTECA HISTORIA DE LA FARMACIA

Digitized by Google

Digitized by Google

# PRÆFATIO
# AD LECTOREM
## CANDIDUM
## ET BENEVOLUM.

ANte annos aliquot, *Lector benevole, cùm* Theſaurum *meum* Medico-Chymicum *primitùs publicarem, de cauſis nonnihil publicationem ſuadentibus, ſum præfatus. Cùm enim viri boni ſit, qui commune bonum amat (quo numero ſi quem alium, certè Medicum ſolertem, & in rerum experientia verſantem non inveniri ſolùm, ſed excellere etiam fas eſt) ſua non defodere, & occultare talenta; & meum eſſe arbitror, illa, quæ per Dei gratiam, mediante ingenii ſagacitate, arte, labore, & uſu continuo indagare datum, & invenire Arcana, tuis, candide Lector, uſibus, bonoque publico revelare. Quæ ſanè quo jam pridem candore, dexteritate, adeoque ſimplicitate ingenua profeſſus ſum, & aperui lubens, quippè qui per naturam odi ſucatum omne & ſimulatum, eodem nunc animo, eadem ingenuitate, ſed auctiora, & correctiora, uſibuſque tuis aptiora. Imò (quod monendum hic præcipuè) novarum compoſitionum quamplurimarum, earumdemque, armorum inſtar Vulcani, validiſſimarum reſpectu, novum etiam* Armamentarium Medico-Chymicum *conſtituentia repono. Quæ qualia ſint per ſe, quoad res, ſive materias ipſas medicinales, jam indicatum quodammodo fuit in edito illo antehac Theſauro meo, nempè non talia, quæ*

nemò

Digitized by Google

*nemo Medicorum tractarit hactenus, quæ nec Hippocrates, Galenus, Avicenna, aliique Veteres ſuis ſæculis, nec proximè ſuperiori magnus ille, & verè celſus Paracelſus, aliique tam hujus, quàm illorum Sectatores, Viri præſtantiſſimi, indagarint, noverint, deſcripſerint; non ſanè, non; ſed talia, quæ ad noſtra hæc tempora, noſtra loca, noſtros etiam homines accommodata, non rebus quidem & materiis ipſis, uti dictum, ſed rerum præparatione, uſu, & applicatione, ſive, ut brevius dicam, ratione methodica Nova ſint, & ita Nova, ut hanc ipſorum novitatem novitas morborum etiam, hac mundi ſenecta frigidiſſima, & novo quaſi ſæculo pullulantium ſubinde, & invaleſcentium, qui Veteribus illis planè fuerunt incogniti, non tam ſuadere, quàm flagitare, & imperare videatur. Quod ſi igitur priſcis illis, imò omnibus omnium temporum Medicis laudi dandum potius, quàm vitio, quòd ſuum quiſque cœlum, ſuos potiſſimum homines, Græcos, Arabes, Hiſpanos, Italos, & Gallos, alioſque alii, ſuis in compoſitionibus, & ratione medica deſcribenda, & præſcribenda reſpexerint, quis vitio mihi vertat, aut ſiniſtrè accipiat, quòd noſtris etiam noſtri cœli hominibus, & locis hiſce Borealibus, Saxoniæ præſertim inferioris, & Balthici Maris accolis, me accommodem, quæque rerum uſu quotidiano, labore indefeſſo, ſumptibus ingentibus, praxi denique feliciſſima, talia inveni, quæ ægrotantibus maximè tuta, ſalutaria, accepta grata, & ad citò convaleſcendum ſummè conducibilia, præſcribam, & propinem? Hinc relictis illis (tormentis potius, quàm medicamentis) quæ nauſeabunda, horrenda, & abominabilia, nec ſumuntur facilè, nec continentur, imò quibus miſerè homines excarnificantur, violenter omnia turbantur, ventriculus periculosè evertitur, calor nativus ſæpè mortificatur, plerumque*

*etiam animi vires defectione ſolvuntur, roburque earumdem proſternitur; horum ego loco talia ſubſtitui remedia, quæ tam odore, & ſapore, quàm doſi exigua ſingularem gratiam, ſuavitatem, & jucunditatem præferunt, ideoque cùm delectabilia, grata, & amica ſint, aſpectuque pulchra, ab ægrotis libentiſſimè accipiuntur, & avidiſſimè repetuntur; nec ſine ſingulari effectu, & fructu, cùm videlicet balſamum vitale reſuſcitent, augeant, foveant, dilatent, conſervent, adeoque vitam ipſam, quantum per artem licet, in ſtatu naturæ optimo, ad fatalem uſque terminum tueantur.*

*Et hinc ſanè perſuaſiſſimum mihi habeo, nihil eſſe omnino, quo Medicus ægris gratior, & decumbentes ægri Medico obſequentiores reddantur, quàm medicamentorum ſuavitate, jucunditate, parvaque doſis quantitate. Nec dubito, quin mecum ſententiæ ſint ejuſdem omnes Medici veri, & ſinceri, qui judicio pollent, & in praxi verſantur, quibus proinde, junioribus præſertim & novellis Practicis, meos hoſce labores, & experimenta, ad actum practicum ſeu curativum maximè neceſſaria, tutiſſima, probatiſſima, ipſis & ipſorum ſtudiis promovendis ingenuè hactenus communicata, haud ingrata fuiſſe, aut inaccepta, non confido tantùm, ſed planiſſimè ſcio. Unde etiam permotus ſum ad novæ hujus Theſauri & Armamentarii novi editionis publicationem promovendam, in qua, cùm prior illa Theſauri editio ſphalmatis Typographicis vitiata, me abſente, correctorem deſiderarit idoneum, & hinc errata remanſerint tum alia, tum præſertim in ponderum characteribus graviſſima, ubi pro Drachma ſæpè Uncia, & viceverſa pro hac illa perperam poſita; ne quid denuò & hìc tam enormiter erraretur, ſedulò operam dare non piguit. Præterea etiam, ut meum de re Medica, adeoque*

*bono*

*bono publico, benè merendi ſtudium magis, magiſque tibi, Lector, approbetur, promiſſam illam in Theſauri Editione acceſſionem ſecretorum, uſu probatiſsimorum, quæ ob vim, & efficaciam ſuam, in morbos deploratos ſingularem, nova referunt Arma Medica, hìc adjunctam habes, ſuis tibi locis inveniendam. Quibus nunc adjectis, opus hoc renatum, correctum, locupletatum, juſtam obtinere ſcias juſto modo perfectionem. Cætera quæ ſuperſunt adhuc, mihi, dum vivo, ſuperſunt, poſtea demum, me fatis functo, uſibus pariter publicis, ſi Deus voluerit, inſervitura.*

*Unum autem hìc monendum, quaſdam me compoſitiones, Theſauro illi jam ante edito inſertas, hìc omiſiſſe, ſubſtitutis aliis elegantioribus, & ſecretioribus, ita tamen, ut pro tuo, Lector, arbitrio, vel hiſce, vel illis uti poſsis fructuosè, certis quippè utriſque, & uſu probatis.*

*Tuum nunc erit, Lector benevole, meos hoſce labores, & ſtudia, bono publico deſtinata, ac propinata, æqui bonique conſulere, in judicando dexteritatem, & candorem, in utendo, fruendoque prudentiam adhibere, horum etiam tantorum munerum, adeoque omnis boni, ac doni Principio, Authori, & Datori Deo Opt. Max. gratias mecum agere: qui faxit, ut quicquid hìc boni eſt, in ſui vergat gloriam & hominum emolumentum, ſitque meæ erga Rempublicam Medicam obſervantiæ monumentum ſempiternum. Bene vale, laboribus hiſce meis ſalubriter fruere, & favere mihi perge.*

HA-

Digitized by Google

# HADRIANI A MYNSICHT DE MEDICAMENTIS CHYMICIS SELECTIS ET ALIIS PRETIOSIS, &c.

## SECTIO I.

## UNICORNU MINERALE.

HÆc glorioſa & arcana Medicina, propter indignos & ingratos Mundi filios, erat abſcondenda, & tenebris involvenda: ne Spagyricæ gemmæ viderentur ſuibus projectæ. Ego tamen hoc ſecretum ex Chriſtianæ dilectionis affectu, & almi Numinis impulſu, voui facere publicum, & inter alia myſteria, quæ vel ex lumine naturæ, & gratiæ inquiſita accepi, vel ſcrutinio propriæ experientiæ inveni, vel benevolentia eximiorum Spagyricorum Artificum, ſagaciumque rerum ſcrutatorum mihi revelavit, doctrinæ, & ſapientiæ filiis communicare gratis. Pono autem extra omne dubium, quin hoc ſalutare, & cœleſte præſidium ſint accepturi fronte hilari, prolubioque grati animi, erga Deum in laudem & gratiarum actionem devoti.

## PROCESSUS.

℞. VItriolum nativum viride, & ſolis Philoſophis notum, vel in hujus defectu, Vitrioli Veneris Cryſtallos optimè purgatas, ſublimè mundificatas, & omnis terreſtreitatis immunes; immitte validæ &

A bene

bene munitæ Retortæ, & ſecundùm gradus fortiter opus urge, quoad ſubrubri particeps fias olei, quod bene adſerva, cujus uſum poſtea declarabo: ♃. Deinde caput mortuum in fundo Cornutæ relictum, menſtruum appropriatum ſuffunde, & in frigido loco repone, tunc concreſcent de vitrioli natura, & ſapore cryſtalli. Calcina caput mortuum ſecunda vice, & ut ſuprà notatum eſt, procede, mox iterum ejuſdem ferè generis adhuc prodibunt cryſtalli; ſed huic myſterio minimè utiles. Laborem hujuſmodi toties, & tandiu itera, uſquedum nulla appareat vitrioli olentia; atque tum demum caput mortuum, quàm fortiſſimè, ſed philoſophicè calcina, & extrahe ſal pulchrum, & guſtu amabile, quod itidem ſpe ſubſecuturæ doctrinæ retine; dictique iſtius interim recordare:

*Viſitetis interiora terræ rectificando, & invenietis occultum lapidem, veram Medicinam.*

♃. Poſtmodum antè dictum oleum, & affundendo aquam, in illo ſolve Martis limaturam, & vitriolum ipſius præpara, illudque in pluviali diſtillata aqua ſolve, ut inde cryſtalli prodeant; quem laborem toties reſume, donec purum ab impuro, & ſine caliginis peplo cryſtalli appareant claræ, & pellucidæ. Ex his cryſtallis Martis denuò priore modo, igne fortiſſimo, rubicundiſſimum oleum diſtilla, & optimè rectifica, ne ullum illi adhæreat phlegma: Tunc habebis rubri Leonis ſanguinem, videlicet Mineralem, & unà Martis atque Veneris Sulphur, totalis vigoris, & à Vulcano captum, juxta illud:

*Mulciberis capti, Marſque, Venuſque dolis.*

Extrahe porrò ex capite mortuo ſal omni Martiali olentia vacuum, ad eundem modum ſuprà in extractione ſalis vitrioli Veneris tibi oſtenſum. Ambo hæc ſalia inæquali pondere miſce, vitreæ tabulæ immitte, in hypogeo ſeu frigido loco repone, ſeque in aquam Mercurialem reſolvere ſine: Solutionem poſteà recipe, unde iterum prodibunt cryſtalli; Et tunc habebis duplica-

tum Mercurium, ſal ſapientiæ, & naturæ, ſal Philoſophorum, ſub quo Mundi centrum latet abſconditum. Et hunc duplicatum Mercurium peplo obſcuritatis involutum, ante me nemo Philoſophorum tam apertè quàm ego manifeſtavit, quamvis obſcurioribus quibuſdam verbis, quę tamen vel minimo Philoſophi intellectu facillima ſunt: Scrutinio igitur ſubtilium cogitationum rem ulterius inquire, & Mercurium hunc à Philoſophis REBIS nuncupatum, tanquam terreſtrem Theſaurum, & ſecundùm Deum ſummæ & maximæ ſcientiæ experimentum, ad uſum ſequentem repone.

♃. Mercurium jam dictum, & Sulphur illud rubicundiſſimum; duo iſta pro Philoſophici ponderis vigore, & magni intellectus acumine conjunge, ita tamen, ut Spagyrici vaſis tres partes maneant vacuæ, quarta verò videatur adimpleta eſſe; ſigilla Hermeticè, & rege igne Philoſophico ſecundùm gradus in continuo calore, quoad coaguletur in unam maſſam, & induat Lapidis formam: Quem lapidem confectum poſtea pro voluntatis tuæ lubentia in priorem fontinam poteris redigere, eumque brevi tempore nobiliorem, & illuſtriorem reddere: Et ita magnum perfeciſti myſterium: Videbis etiam ante coagulationem, rerum multarum admirabilem apparentiam, & multivarium colorem, quæ omnia bene conſidera, Deum honora, & proximo tuo commoda.

## *Vires, Uſus, Doſis.*

Est Medicina univerſalis, & Theſaurus talis, qui poterit omnes ferè morbos curare, quocunque veniunt nomine in creaturis omnibus, & ſingulis. Unum, duo, vel plura hujus Arcani grana, pro qualitate, ſive conſtitutione Patientis uſurpata, totum corpus inſtar fumi penetrant, malignam vitioſitatem relegant, & meliorem naturæ conformitatem ſubordinant, creaturam totam renovant, & quaſi de novo regenerant, & ita ſervant ſartam tectam, citra accidentium morborum

gravedinem ullam, uſque ad ſenectam, & vitæ metam ab altiſſimo Deo conſtitutam, &c. Nam;

*Contra vim mortis non eſt medicamen in hortis.*

Hæc etiam illuſtriſſima Medicina cum puriſſimo Philoſophorum auro debitè fermentata, immunda Metalla innata Lepra depurgat, bonaque puri & fixi auri virtute tingit. Pro quo immenſo, & ineffabili beneficio, omniſque doni, & ſapientiæ communicato acervo, ſit laus, & gloria Creatori ſummo, qui eſt in excelſis Deo.

## UNICORNU SOLARE.

QUemadmodum Unicornu in Regno animali ab omnibus hominibus, & præſertim à Magnatibus æſtimandum magni, tantoque habetur in pretio, ut omnes gemmas, margaritas, aurum, & argentum longè eminentiſſimo antiſtet valoris, & antiſtitii ſuperpondio, locumque habeat in ſupremo Theſaurorum ſubſellio: Ita etiam Unicornu Solare in Regno minerali æſtimandum eſt magni, propter maximam fixitatem, & pluſquam ſolidam perfectitudinem: eſt enim ſummum, pretioſiſſimum, & univerſaliſſimo fonti proximum: Cui in virtute, & operatione partiaria conjunctiſſimum: & eò ſecretiſſimum myſterium: immò efficaciſſimum, & inacceſſum remedium.

## PROCESSUS.

QVi licèt gnaris & peritis ſit facillimus; ignaris tamen & imperitis erit difficillimus, & peplo caliginis propter ignorantiam involutus. ℞. Mineram auri, fruſtatim inſtar nucis avellanæ contunde: ab eo ad libræ pondus, vel aliquantò minus mitte in Cornutam, vel in aliud vas Spagyricum, & ſub lenta ignis flamma deſtilla, utrobique tamen clauſis, pro more, vitrorum juncturis, ne materia in fundo liqueſiat, ſed ſudore abſque

ſque aduſtione aquam ſuavem, & cœleſtem emittat, quam magnipende. Quia verò, & quidem Spagyrici artificii beneficio, libra mineræ vix tantum aquæ ſudorem emittit, quantum cochleare capit, toties laborem hunc cum nova minera iterabis, quoad ſufficere putabis. Hanc aquam rectifica vice octava, vel nona, ut purum ab impuro ſeparetur, & tunc ad uſum conſervetur inſtar veri Arcani, & Hermetici Theſauri: qui enim Chymico artificio hunc aquæ humorem in viſcoſum, & vividum liquorem tranſmutare noverit, ille reverà habet ſecretiſſimam, rariſſimam, pauciſſimiſque cognitam illam clavem, per quam facillimè caſtrum illud aureum triplici muro circumdatum recluditur, filiiſque ſapientiæ legitimè aditus conceditur ad reconditos in auro theſauros: Sed hoc opus, hic labor eſt, &c. ♃. poſtmodùm Aurum Arabicum optimum, per Antimonium lege artis in ſublimi gradu purificatum, ſine illud per aurifabrum in tenuiſſimam laminam extendi, quæ abſque additamento omni in ſubtiliſſimum pulverem poſſit redigi; vel, ſi noveris abſque corroſivo ſubtiliſſimam Solis calcem Spagyricè præparare, feceris meliore cum utilitate, &c. Inde hujus pulveris ſecretiſſimi in Vitrum Philoſophicum, quantum volueris, & affunde aliquantum Solaris menſtrui ad eminentiam dimidii minoris digiti, ſigillaque illud Hermeticè: digerantur calore tanto, quanto fovetur Embryo in matris utero, quoad aqua abſumatur, vel ab auri pulvere abſorbeatur; & tunc vitrum reclude, tantumque Solaris menſtrui ſuffunde, quantum prima vice: Exſiccetur iterum eadem lege, totieſque repete, donec tranſmutetur aurum in pulverem ſubrubeum. Et ſic Vnicornu Solare præparatum eſt; quod multis, vel ſaltem morbis deſperatiſſimis eſt comprobatum, ut accommodatiſſimum, & ſuaviſſimum remedium: Eſt verè illud vellus aureum, quod poſt multiplicem, & toties repetitam Philoſophicam coctionem, ignis vincit calorem nec ab illo vinci poteſt. Revocabis igi-



Digitized by Google

tur ad limam maturioris conſilii qualitatem hujuſmodi myſterii.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HOc Arcano ſapientiores Medici hactenus non ſolùm corporis ſanitatem, & valentiam, ſecundùm Dei volentiam, quàm diutiſſimè conſervarunt, vitæque metam in multos annos prolongarunt: Sed etiam Epilepſiam, Apoplexiam, Elephantiaſim, Morphæam, Melancholiam, Inſaniam, Quartanam, Iſchiaſin, Podagram, Arthritin, Hydropem, Icteritiam, Luem Veneream, Aſthma, Phthiſin, Pleuriſin, Lupum, Cancrum, Noli me tangere, & hujus generis ſimiles morbos hominum periculoſos, & aliàs inſanabiles curarunt; Nam uſque adeò fortis latet in illo ignis, qui non dumtaxat humores lethales abſumit; verùm etiam ipſiſſimam oſſium medullam, quaſi renovatam reficit, totumque corpus humanum ſemimortuum erigit. Eſt etiam notatu dignum, quod hoc Arcanum in ſe contineat vim fortiſſimam & diaphoreticam. Quicunque igitur hoc uti volet, ſi præſertim antè dictis morbis laboret, lecto ſe ad unam, vel duas horas deſtinet, & ſudorem expectet, quem ſuaviſſimè, & copioſiſſimè abſque ullo languore emittet, nihilque impuri vel ſuperflui in corpore humano relinquet. Juvenibus vitam longævam expetentibus, ſingulis menſibus ſemel offertur; ſed uſque ad veſperam iſtius diei, cibo & potu abſtineant, ſic illa materia in humoris radicalis parilitatem congermineſcet, unde corporis robur majorem in modum invaleſcet, pulchritudo accreſcet, quæ inſtar picturæ, inacceſſa venuſtate conſpicuæ, intuenti adlubeſcet, nec cum ætate illorum decreſcet. His autem qui antè numeratis morbis laborant, decem continuè dies propinatur in vehiculis appropriatis morbum propriè reſpicientibus, & ita quantum per artem licet, priſtinæ, Deo volente, ſanitati reſtituuntur. Senibus ſobriis,

briis, in menſe bis exhibetur: ſic manebunt, poſt Dei providentiam, ſanæ mentis, illorumque ſenecta erit viribus viridis uſque ad feretrum mortis. Virginibus, & fœminis junioribus datur hoc Arcanum ſingulis quatuor ſeptimanis, menſibus expletis; & erunt ſemper ætate floridæ, & ex omni parte corporis ſpecioſæ. Si item puerperis æquo diutiùs in partu laborantibus propinaveris, licèt fœtus glutine carnis eſſet accretus, ilicet tamen optatus, ſine ullo ferè dolore, ſubſequetur partus. Fœminis, quæ non ampliùs menſibus ſunt obnoxiæ, exhibitum, vegetas, & formoſas conſervat, adeò ut menſtrua interdum redeant, & ſic iterum puerperæ fieri poſſint. Medetur etiam peſti, & ſi extuberant carbunculi, illorum materiam diſpellit, & per ſudorem virtuoſiſſimè expellit. Pro quo magno, & glorioſo Arcano, Jehovæ Zebaoth, individuæ Trinitati ſit honor in ſæcula ſæculorum, &c.

---

## AURUM POTABILE.

24. AVrum Vngaricum apprimè per ſtibium, & fulmen præparatum, ſine illud in tenuiſſimam laminam per aurifabrum duci: poſtmodum reſolve per bonum & optimè rectificatum ſalis oleum, veris ſolummodò Chymicis notum, & poſt ſolutionem, illud per alembicum abſtrahe, tunc in fundo flaviſſimam Solis calcem reperis. Hanc recipe, & vaſi vitreo inde; & tantum olei Cinnamomi ſuffunde, ut fiat mixtura pulti ſimillima, & in puncto materiam nigreſcere, & efferveſcere videbis; tunc habe ad manus bonum Vini ſpiritum ſingulariter rectificatum, & à tartaro Sophorum impregnatum; de illo aliquantum ſuffunde ſuper eandem materiam, uſque ad latam minoris digiti eminentiam, & continuò ſpiritus extrahet Solis animam pulcherrimam, & auro ſimillimam; & quando pro quanti-



Digitized by Google

tate menſuræ nihil magis accreſcit tinctura, tunc ſpiritum tinctum effunde, & alium recentem affunde, & hunc laborem toties repete, donec ſpiritus tingendi virtute deſtituatur. Remanentem Solis calcem reſolve denuò à novo, recenti ſalis oleo, & procede, ut prima vice, repetendo, & continuando uſque dum reſolvatur totum corpus, & fiat liquor potabilis: poſt id circulatur hic liquor Solis aromaticus, ut acrimonia ol. ſalis evaneſcat, quæ ipſa tamen vel relicta cum S. V. profectò nihil nocet. Et hæc eſt optima ſolutio facta abſque corroſivis, quæ in æternum à nemine poteſt in aurum naturale reduci.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc eſt inter ſupremas Medicina præcipua, conſervandæ hominum ſanitati maximè proficua, quæ multos corporis defectus, & ægritudines, intrinſecùs originem trahentes, conſtantiſſimè, & ſumma cum admiratione curat. Totam naturam renovat, & conſervat. Omnes in homine ſpiritus vitales reficit. Malas humiditates abſumit. Hilares facit, & bonum Sanguinem impertit. Eſt ſpecificum cordiale, taliſque nobiliſſimus Chymiæ Theſaurus, pro quo, Deo optimo maximo ingentes gratiæ meritò ſunt agendæ, &c. Doſis à gut. iij. ad v. & vj. in liquoribus, ſeu vehiculis convenientibus, manè ſtomacho jejuno.

---

## ARGENTUM POTABILE.

℞. LUnæ puræ q. v. & in aq. forti reſolve, poſteà in frigido loco repone, protinus apparebunt cryſtalli, effunde tunc phlegma, & exime cryſtallos, inde vitreæ, ſeu lapideæ tabulæ, ſine in hypogeo reſolvere, aquæ naturam induere, & ad aridum uſque evaporare:

re: Tunc habebis pulverem, quem miſce cum ſale armoniaco, & ſecundùm artem ſublima, mox evehit ſecum ſal armoniacum animam Lunæ veram. Hanc ſublimatam materiam inde conchæ vitreæ, & aq. pluviali diſtillata optimè edulcora, tunc corroſiva & ſuperflua acredo aq. fortis cum ſale armoniaco expellitur. Pulverem ſicca deinde, & inde vitro, & ſpiritum Microcoſmi optimè rectificatum ſuffunde, & 24. horas in loco calido repone, tunc in momento extrahet hic ſpiritus animam Lunæ pulchram, pellucidam, cæruleam in ſaphyri colore. Menſtruum verò tinctum aufer, & recens affunde, donec ſulphur omne extractum ſit; poſteà ſine illud ſpontanea evaporatione evaneſcere, vel in cineribus per alembicum abſtrahe, & altera vice S. V. Philoſophorum affunde, qui fundamentaliter extrahet animam, illamque conſtantiſſimè retinebit. Si autem pro tua lubentia in forma pulveris expetis; Tunc menſtruum prius per alembicum abſtrahe, & anima remanebit in fundo, quam ad uſum retineto.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ARgentum hoc potabile, ſive anima Lunæ vera curat Epilepſiam, & omnium Lunaticorum morborum ſentinam, tam in genere, quàm in ſpecie. Curas graves diſpellit. Somno inquieto reſiſtit. Catarrhos conſumit. Aurium ſuſurrum placat: lenemque auditui aditum facit. Cerebrum confortat. Oblivionem relegat. Debilem Memoriam recreat. Vertiginem, mærorem & omnem Melancholiæ multiformis colluviem expellit. Eſt ſpecificum capitale, quod unamquamque naturam ab omnibus periculoſiſſimis capitis affectibus curare, & præſervare poteſt. Eſt denique pretioſus, & nobilis theſaurus morbis, & imbecillitatibus quàm plurimis medens. Doſis à gut. iij. v. ad ſcrup. dimid. in vehiculis morbum propriè reſpicientibus.



Digitized by Google

# ARCANUM DUPLICATUM.

APpellatur etiam hoc Arcanum Sal ſapientiæ, Item Sal de duobus, quod nempe ex duobus, vitriolo & nitro conſtet; paratur autem à Chymiatris ſequente modo: Extrahe ex capite mortuo Aq. fortis, ex vitrioli & nitri partibus æqualibus deſtillat. cum aqua tepida Sal candidiſſimum. Hoc poſteà totum, & ſubtiliſſimè ſupra marmor tritum impone cucurbitæ lutatæ, & ſucceſſivè augendo, & continuando ignem ad horas duodecim ſecundùm gradus ſæpius agitando calcinetur, ut circa finem fundus cucurbitæ aliquo modo candeſcat. Et poſtquam omnia refrixerunt, vitro rupto ſal eximatur, & à novo, ut prima vice, ſubtiliſſimè teratur, & hic labor denuò ſecunda, & tertia vice repetatur; & ſic verè præparatum eſt.

Quidam ſecretiores Spagyri hujus ſalis partibus ſeptem, vel decem addunt Calc. Solis vel Lunæ debitè ac ritè præp. p. j. Et invicem benè mixta, ſupra marmor ſubtiliter terunt; & poſteà beneficio ignis, ut ſciunt artifices, figendo uniunt, & theſauri inſtar cuſtodiunt.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Melancholia, Inſania, Mentis alienatione, Peſte, morbis Epidemicis, Febribus, &c. Secretum eſt. Et operatur hoc medicamentum variè per ſudores, ſedes, & interdum etiam ſomnum facit. Doſis à ſcrup. j. ad drach. dimid. in vehiculis appropriatis, & morbum propriè reſpicientibus.

ROS

Digitized by Google

## ROS MINERALIS.

♃ LEonem Spagyricum totum, non eviſceratum, ſed in Sole prius philoſophicè aſſatum: Impone illum Balneo ſapientiæ, valdè tamen ingenioſè, ad eſudandum Rorem mineralem, qui dulcis, & amabilis eſt. Hunc poſteà aliquoties per ſe rectifica, donec ſpiritualis, & cœleſtis fiat: Et ſic habebis aureum Jovis imbrem, veram ſcaturiginem Veneris, ſudorem Palladis, lachrymas Dianæ, & metamorphoſin Actæonis, multarum ſcilicet, & variarum ægritudinum. Pro quo glorioſo, & divo munere, Deo immortali laus ſit ſempiterna.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ESt Medicina generalis, & ad extrahendum omnium vegetabilium Eſſentias, & Tincturas appropriata: Quemadmodum enim cœlum in hæc ſublunaria rebus omnibus vitam largiendo, & conferendo, potenter agit; ita etiam cœleſtis hic liquor corporis humani valetudinem conſervat, Vitam prolongat, Juventam extendit, Senectam remoratur: necnon putredinem arcet, & omne morbi genus abigit. Doſis à drach.ij. ad unc. dimid. & unc. j. per ſe, vel in vehiculis ſpecificis.

---

## BEZOARTICUM JOVIALE.

HOc Secretum veri, & periti Chymici mecum talem in modum faciunt, & præparant: ♃. Reguli Antimonii unc. iij. Jovis Anglic. purificati unc. ij. Liquefiant invicem, & redigantur in pulverem ſubtilem, addanturque Mercurii ſublimati unc. x. Quæ omnia inter ſe mixta, & Retortæ immiſſa diſtilla; tunc apparebit materia alba, quam butyrum Antimon. Artiſtæ

vo-

vocant. Hunc album, & craſſum humorem inde Cucurbitæ, & diſtillando omnem humiditatem abſtrahe, & tantum adde ſp. ſalis Nitri, quantum pondus exempti pulveris requirit, & ex arena uſque ad aridum diſtilla. Iterum exime, in pulverem redige, & abſtractum liquorem unà cum unc. ij. ſp. ſalis Nitri recentis ſuffunde, & ſecunda vice, ut priùs, ad ſiccitatem uſque abſtrahe. Album pulverem denuò exime, quàm minutiſſimè tere, & liquorem diſtillatum cum aliis unc. ij. ſp. ſal. Nitri affunde, & tertia vice diſtilla. Tunc demum exemptum, & tritum pulverem tigillo immitte, & ad ignem duas vel tres horas ſine excandeſcere, & poſteà ad uſum repone. Ego ad hunc modum illud præparavi Anno 1610. prima vice, validumque & efficax in operatione deprehendi.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

Diaphoreticum eſt ſtupendum, & efficaciſſimum ſecretum in omnibus, & ſingulis matricis ægritudinibus, aliiſque mulierum morbis quàm plurimis. In Febribus, Peſte, Scorbuto, morbis Epidemicis, & omnis generis imbibito lethali veneno, ut etiam in omnibus caſibus in quibus Bezoarticis, & ſudoriferis eſt locus. Doſis à g. iij. ad v. & vj. in aq. Theriacali, vel de Corn. Cerv. noſt. aut alia conveniente.

## CROCVS METALLORVM ABSYNTHIACVS.

℞ Antimonii crudi, optimi, & perlucidi, ſal. Abſynthii ana unc. iv. Miſceantur, igniantur, & calcinentur ſingulari diligentia, & debito modo, ut eſt artis, & Antimonium calcinatum, ſubrubeum, fixum, & Arſenicali ſuo ſulphure penitus ſpoliatum invenies; quod

quod aqua dulci toties ablue, donec nulla ampliùs ſalis Abſynthii acrimonia guſtu percipiatur: poſteà pulverem ita edulcoratum, & exſiccatum, tanquam verum, & genuinum metallorum crocum ad uſum reſerva.

*Vires, Vſus, Doſis.*

REmedium eſt admodum utile, & morbis quàm plurimis accommodatum. In dolore capitis, Epilepſia qualicunque, Ventriculi affectibus, Febribus, Peſte, Melancholia hypochondriaca, Aſthmate, Pleuritide tam ſpuria, quàm exquiſita, Podagra, &c. inſignes, & mirandos effectus edit. In Hydrope ſine omni noxa, nauſea, & vomitu plerumque per inferiora tantùm purgat: In aliis verò morbis per vomitum, & inferiora ſimul operatur. Inſuper Hepatis obſtructionibus opitulatur. Icterum curat. Lienem rectificat. Scorbuto medetur. Doſis à g. iij. ad iv. vel v. aut vj. in conſervis, vel aliis vehiculis appropriatis. Vel quod melius, infundantur tot grana per noctem in vini albi Rhenani unc. ij. aq. Cinnamomi drach. ij. Manè colentur, & vinum clarum, abjecto croco, calidè bibatur. Si verò infuderis cum vino malvatico, raò movet vomitum, ſed per ſeceſſum tantùm evacuat: propterea pro vomitivo vinum album recipiendum.

---

## TARTARVS EMETICVS.

℞ ACidi Tartari ſubtiliſſimè pulveriſati, Croci Metallorum Abſynthiaci, ana un. ij. Bene permiſce, in phialam immitte, & aq. Benedict. noſtrę Serpilli lib. ij. affunde, optimè tectum, & obligatum tribus, aut quatuor diebus in Arena calida poſitum, ſæpius move, ut acidum Tartari perfectè ſolvatur. Poſteà ita calidum per manicam filtra, juxta artem, ut Crocus metallorum, à ſolutione bene ſeparatus, in illa remaneat. Solutionē verò,

quæ

quæ clarificata pertranſit, in locum frigidum ad cryſtallizandum transfer. Tum cryſtallos haſce Tartari impragnatas exime, ſiccataſque, & pulveriſatas ad uſum repone.

## *Vires, Vſus, Doſis.*

EMeticum eſt præſtātiſſimum in omnibus diuturnis, & obfirmatis morbis, corporumque affectibus, præſertim in illis hominibus, qui conſtitutione virium mediocri, & natura ſunt tenella, cum in operatione ſua multo lenius, & tutius fit Croco Metallorum, aliiſque vomitoriis mineralibus. Prodeſt autem imprimis contra Melancholiam, Maniam, Inſaniam, Delirium, diutinos Capitis dolores, qui ex aliis corporis partibus per conſenſum oriuntur, Vertiginem, Epilepſiam, Apoplexiam, Faſcinationes, difficultatem Auditus, tinnitum Aurium, & difficilem Memoriam. Item, contra Nauſeam, & inflationem Stomachi, & laterum, Icteritiam flavam, Hydropem, tertianas, quartanas, & alias diuturnas, continuas, putridas, & acutas Febres, Philtra, & Venena hauſta, pleuritidem bilioſam, & morbos in univerſum omnes, quos utraque bilis excitat. Prodeſt porrò contra Dyſenteriam illam veneno ſam tempore Peſtis vulgò graſſantem. Contra morbum etiam Ungaricum, divinum, & per quàm ſalutare eſt remedium. Si quis vel ex uſu pravi, & venenati cibi, aut potus, vel à muſcarum virulentarum, aranearum, & ſimilium improviſa ingluvie, vel à piſcium oſſiculis, aliiſque in fauce hæſitantibus; vel ab aliis etiam per incantationes immiſſis rebus, ut potè pilis, clavis, aciculis, panniculis, aliiſve id genus prodigioſis, in vitæ periculo verſaretur: hic Vomitorium iſthuc miros effectus præſtat. Doſis eſt à iiij. ad v. & vj. gr. præſertim in robuſtioribus cum vehiculis appropriatis, duabus, vel tribus horis ante, & poſt paſtum, vel tempore neceſſitatis.

Attendendum autem, ne vel hæc, vel alia vomiti-

va

va quibuſvis ſine diſcrimine ordinentur, & offerantur, ſed illis dumtaxat, qui ad vomitum ſunt proclives, ſtomachum fortem, thoracem amplum, & latum habent; quique vomere ſunt conſueti, & quibus humorum materia ſurſum fertur. Picrocholi verò, & qui per naturam à vomitu abhorrent, præterea & cerebri ſunt debilis, aut ullis affecti capitis imbecillitatibus, quæ ibidem propriè reſident, nec per conſenſum ex aliis partibus corporis ſuboriuntur. Omnes item Phthiſici, Aſthmatici, Tuſſiculoſi, Colici, Hæmoptoici, Inflammati, & qui Apoſtemata intrinſeca, vel obſtructiones inveteratas, & obfirmatas, Meſenterii, Hepatis, & Lienis, vel aliàs in eiſdem partibus ſcirrhoſos tumores, vel membra principalia læſa habent. Quin & illi, qui ardentibus, venenoſis, & peſtilentialibus Febribus valdè debilitati, & viribus exhauſti ſunt, nauſea etiam perpetua laborant, ut neque cibum, neque potum continere queant (quod ipſum non à materia quadam ventriculo inhærente, quam natura ipſa per vomitum eiicere conetur, ſed accidentaliter ex affectibus partium adjacentium oritur) Emetico hoc abſtineant. Denique tam gravidis, quàm aliis etiam mulieribus, & virginibus menſtrui retentione laborantibus, quæ non ex viſcerum impuritate, ſed ex ſola venarum matricem ingredientium obſtructione exiſtit, vomitiva hæc omnino vitanda. Notandum etiam, cùm quis vomere incipit, dari ſolitum ipſi vel piſorum, vel carnis juſculum minùs pingue, vel hauſtum cereviſiæ calidæ; idque, ſi opus, reiterandum, ut eò faciliùs vomitus provocetur, & actio medicamenti acceleretur.

## TARTARUS NITRATUS.

℞. *Sal. Tartari*, *Nitri præp.* ana p. æ. Solvantur in aq. Roſarum calida; Poſtea filtrentur, & ſuper ignem, incoquendo mediocriter, donec quaſi cruſtam acquirat,

reli-

Digitized by Google

reliquum in frigido concreſcat: ſic habebis cryſtallos, quas ad uſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PRæſtantiſſimum eſt medicamentum; ſingularem enim incidendi, & detergendi humores craſſos, & tartareos, nec non meatus obſtructos aperiendi, vim habet. Inſuper in Febribus putridis, Ungaricis, ac malignis experimentum eſt. Putredini reſiſtit. In inflammatione gutturis, quam Prunellam vocant, præſentiſſimè juvat. Calculum Renum expellit: Veſicæ impuritates expellit, urinamque movet. Doſis à ſcrup. j. ad drach. dimid. in vehiculis appropriatis.

---

## OXYSACCHARUM EMETICUM.

℞. *Croci Metallor. Abſynthiaci drach. dimid. Caſſiæ Ligneæ drach.* ij. *Lig. Aloes, Rad. Angelic.* ana drach. j. *Roſar. rubr. drach. dimid.* Mixta infundantur in aceto Flor. Tunicæ unc. xv. Stent in infuſione in loco calido per 24. horas, poſtea filtrentur, & ſacchari cand. alb. tantundem addatur, & ad uſum reponatur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN dolore Capitis, Melancholia, Epilepſia qualicunque, Angina, Peſte, Pleuritide, Tuſſi, Aſthmate, Ventriculi affectibus, præſervatione à Podagra, Dyſenteria, morbo Vngarico, venenis hauſtis, coagulatione ſanguinis, &c. excellens eſt. Doſis ab un. dimid. ad drach. vj. in vehiculis ſpecificis, vel per ſe exhibita.

CA-

Digitized by Google

# CATHARTICUM ARGENTEUM.

℞ ARgenti puri unc. j. Aq. fortis ex ſale Nitri, & Vitrioli exſiccati ana part. æqual. deſtillatæ, & per Retortam in arena lentiſſimo igne priùs rectificatæ unc. vj. Solve Lunam in hac acqua, & ſolutis adde recentis aq. fortis unc. iv. Nitri purificati unc. dimid. & invicem benè mixta per alembicum in B.M. vel arena vaporoſa ad tertium cohobium deſtilla, liquorem ſcilicet deſtillatum fæcibus ſemper reaffundendo ſecundùm artem. Poſteà in arenam ſiccam pone cucurbitam inferiùs luto munitam, & apertam, ut reliquus humor aq. fortis, uſque ad ſiccitatem inde penitùs eliciatur. Tunc fracto vitro, materiam coagulatam exteriùs nigricantem, intus verò albicantem, & craſſiculè priùs contuſam diſſolve in aq. fortis ſuperiùs cohobatæ unc. iv. vel circiter, donec pulvis niger, qui vera Luna eſt, fundum petat; tũc liquorem clarum aufer per inclinationem, & in loco frigido, ut cryſtalli concreſcant, repone. Has cryſtallos exime, ad ignem ſicca, non verò ad Solem, aliàs nigreſcunt, & ſunt inutiles. Cùmque ſatis deſiccatæ ſunt, ad uſum ita abſque edulcoratione tibi ſerva.

*Vires, Uſus, Doſis.*

CAtharticum eſt forte, quo peritiores Chimyatri in Cachexia, Hydrope, &c. omnes ſeroſas, ſive aquoſas humiditates corporis, & externorum membrorum tumores in complexionibus fortioribus purgant; retentas etiam, & occultas aquoſitates in angulis laterum, vel alibi collectas, & varia ſymptomata cauſantes, expellunt, & degravantes corporis partes relevant. Doſis a 4. ad 5. gr. manè in vini calidi bono hauſtu: Uſus verò decreſcente Luna, & falcata ſeu corniculata (niſi affectus ratio temporis hanc moram diſſuaſerit) maximè eſt conducibilis.

## TURBITH MINERALE VERUM.

VErum, & genuinum minerale Turbith à veris, & peritis Chymiatris, non ex Mercurio vivo cum aq. forti, ſed ex ſublimato, ſequenti modo, præparatur: ℞. Mercurii ſublimati q. v. reſolve illum in aq. cœleſti calida, & ſolutionem aliquoties filtra, filtratam vitro immitte, & guttatim infunde tantum ol. Salis Tartari, quantum putabis requiri; quoad in fundo appareat, & ſubſiſtat pulvis rubeus: Aquoſitatem profunde, & pulverem rubeum retine: aqua communi edulcora, uſque dum deſtituatur omni acredine, & ſalſedine. Cohoba deinde cum aq. mellis optimè rectificata 6. vel 7. vice, cohobiis tot repetitis, tandem pulvis eximatur, Alkohol vini ſuffundatur, ut benè humectetur, incendatur, & ferrea ſpatula continuo motu circumferatur, donec ſp. Vini ardore comburii abſumatur: Et ita Turbith minerale verè præparatum eſt, cujus virtutem nobiliſſimam omnibus ferè notiſſimam non cenſeo hic connumerandam. Doſis à gr. 5. ad 6. & 7. in vehiculis appropriatis.

## MERCVRIVS DVLCIS.

MErcurius dulcis à veris, & ſanioribus Spagyris ita præparatur: ℞. Mercurii ſublimati un. vj. Argenti vivi bene purgati un. iiij. Miſce exactè, ut Mercurius vivus amplius non videatur, & ſublima, ut eſt moris; ſublimatio hæc quinquies, vel ſexies reiteretur, donec dulcem, ſeu inſipidum ſaporem Mercurius acquirat. Pulvis rubeus in fundo, & albus in vitri collum ſublimatus ſemper reiiciatur, medius verò teneatur, quoad nihil inveniatur: Et ita verè præparatus eſt Mercurius dulcis, quem poſteà exime, tere, & ad uſum repone.

Vi-

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Hydrope, Peſte, Pleureſi, Podagra, Icteritia, &c. miranda præſtat; ſanguinem enim purificando, & medullam in oſſibus rectificando, ſimul omnia noxia è corpore humano radicaliter pellit: propterea Catharticum eſt inſigne, quod jure optimo meretur nuncupari Panacæa. In morbis deploratis ex humorum putredine cauſatis, ſingulare eſt experimentum: Quia omnes venenoſos, & vitioſos humores educit, & non movet vomitum, ſed ſaltem per ſeceſſum leniter purgat, & abſque moleſtia ſuas operationes exequitur. Inſuper vermes necat, & omnia ulcera Venerea, immò ipſam Luem Veneream, cerebrique defluxiones potenter exſiccat, & radicitus tollit. Doſis à ſcrup. j. ad drach. dimid. & ſcrup. ij. præſertim in robuſtioribus.

## MERCVRIVS VITÆ CORRECTVS.

MErcurius vitæ beneficio Borracis vulg. vitrificatus ſubtiliter teratur, aliquoties affundendo acetum deſtillatum à ſp. ſalis Nitri priùs fortiter impregnatum, & iterum exſiccando in cineribus: Sic habebis poſt debitam edulcorationem, pulverem, cujus tutior eſt uſus, & qui minori moleſtia operationes deſideratas exequitur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Quartana, aliiſque Febribus intermittentibus; nec non in morbis Capitis quàm plurimis, Peſte, Hydrope, Lepra, Lue Venerea, Vlceribus malignis, & ſimilibus gravioribus affectibus, &c. mirabiliter opera-



Digitized by Google

tur. Doſis in debilioribus à granis ij. ad iij. in robuſtioribus verò à gra. iv. ad v. aut per ſe, vel in Cons. Roſar. vel Violarum, vel tot grana in vino, aut alio conveniente liquore per noctem infuſa. & per linteum colata, manè exhibentur.

## MAGISTERIUM MARTIS APERITIVVM.

℞ SUcci Oxalidis expreſſi, & depurati lib.iij. & affunde Tamarindor. opt. unc. viij. Confricentur manibus, vel piſtillo ligneo in patina terrea, non ſtannea, ut fiant in modum pulmenti. Poſteà exemptis nucleis, & ſtipitibus coquantur parum, & clarificentur cum albuminibus ovorum duorum. Deinde colentur per laneũ pannum, clarificatum detur in cucurbita vitrea, cui adde limaturæ Chalybis à ſordibus bene purgatæ unc.iv. Digerantur in arena, loco calido tribus diebus & noctibus. Cucurbitæ ſuperponatur alembicus cæcus, ut ſemper agitari poſſit cum ſpatula lignea. Poſt digeſtionem coletur per chartam in patinam vitream, vel terream, & inſpiſſetur per arenam ad conſiſtentiam extracti liquidi: Et habes Magiſterium Martis aperitivum. Remanentia Chalybis in ſubtiliſſimum pulverem converſa exſiccetur, & ad uſum ſervetur: Et habes Chalybem cum aceto Tamarindorum præparatum pro vino Chalybeato, cujus deſcriptionem, & uſum quære in Sectione propria.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VIrtutem habet ſingularem aperiendi, diſſolvendi, & exſiccandi; quo nomine non ſolùm præſtanti cum fructu & emolumento in Hepatis, Lienis, & venarum meſaraicarum oppilationibus inveteratis; ſed etiam ad tumores duros ſcirrhoſos reſolvendos, ac conſumendos, ad exſiccanda etiam, & roboranda loca ſuper-

perfluis humiditatibus gravata, ac debilitata, feliciter ordinatur. Præterea ſingularem habet proprietatem attenuandi, ſolvendi, & præparandi atram bilem: Ideoque experimentum eſt in curatione Melancholiæ, Icteritiæ nigræ; Quartanæ, aliorumque affectuum ex ſuperfluitate, obturatione, putrefactione, ſimilibuſque humiditatibus ſubortorum. Aperit etiam modo ſingulari obſtructas Matricis venas, & impedita hinc menſtrua provocat, ac promovet. Experimentum quoque eſt in febre alba, ſive morbo virgineo, Cachexia, tumoribus Corporum, & principiis Hydropis. Partes item genitales in viris, & mulieribus ſuperfluis humiditatibus relaxatas, & debilitatas corroborat. Denique utiliſſimum etiam eſt tam contra Gonorrhœam inveteratam, quàm diuturnum Uteri fluxum album, & fœtentem. Magiſterium porrò hoc liquidum, ſi vino Rhenano miſceatur juſta quantitate, atro illud colore tingit. Si verò per chartam vinum filtretur, fit rurſus clarum, & dilucidum: nec minùs tamen vi Martiali fortem retinet guſtum, eſtque virtutis, & efficaciæ parilis, atque adeò in omnibus illis affectibus, ubi aquæ Spadanæ, acidulæ, ferreæ, vel aliæ ſimiles, mineram Martis continentes aquæ naturales, à Medicis practicis ſummè laudantur, ægrotantibus propinari poteſt. Vbi enim primò corpus per appropriatum purgans decenter evacuatum, vena etiam aliqua, ſi opus, adaperta, tum deinde per aliquot dies de vino illo martiali pluſculum potatum, & bona ſimul diæta obſervata fuerit, ibi tum eadem omninò effecta, quæ ab illis è terra promanantibus aquis præſtari unquam poſſint, æquè operatur. Doſis Magiſterii hujus aperitivi à dimidia ad totam drach. plus, minuſve in vehiculis appropriatis; vel cum electuariis, conſervis, morſulis, rotulis, aliiſque medicamentorum ſpeciebus pro medici arbitratu commiſcetur. Doſis verò vini Martialis eſt ab unc. ij. ad iij. per ſe, vel cum aliis mixti liquoribus.

## MAGISTERIVM JOVIS.

℞ CInerem ſtanni puri, operto igne præparatum, & cum aceto diſtillato forti extrahe ſalem, ut eſt artis. Poſtea ſume ſpiritum Vitrioli optimè rectificatum, illumque guttatim ſuper extractionem hanc priùs debitè filtratam inſtilla, ſic ſtatim albeſcet inſtar lactis, & præcipitabitur pulvis albus ad fundum vaſis: quem exime, & toties aq. pluviali diſtillata edulcora, donec omnis acrimonia ſeparetur: tandem pulvis exſiccatur, & ad uſum ſervatur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN aberratione Vteri, & aliis affectibus hyſtericis miranda præſtat: Aſſumptum enim, Vterum, vel ex eo tetros vapores ad ſupernas partes aſcendentes cogit, ſiſtit, & graviſſima ſymptomata hinc naſci ſolita impedit. Doſis à gr.iiij. ad vj. in vehiculis appropriatis.

## MAGISTERIVM SATVRNI.

℞ SAlis Saturni cryſtallini, & pulcherrimi q.v. Solve in aqua Roſarum; poſteà affunde Spiritum Vitrioli (ſunt qui oleo Tartari utuntur, ſed Spiritus Vitrioli præſtat) lentè, & celeri tamen lapſu, tamdiù, uſque dum colorem ſpiſſi lactis acquirat. Deinde filtra per chartam emporeticam, & Magiſterium albiſſimum in charta remanens, ſecundùm artem Spagyricam, aquis cordialibus edulcora, exſicca, & ad uſum reſerva.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAgiſterium hoc Saturni ab omni nauſeoſa, & noxia dulcedine liberum eſt, propterea feliciſſimè eo uti-

utimur in Phthiſi, Hectica, Febribus ardentibus, aliiſque inflammationibus internis. Item in Quartana, Lienis affectibus, Colica, & libidine Venerea, Secretum eſt; his enim omnibus contrariatur. Doſis à gr. iv. ad vj. in vehiculis congruis, & ſpecificis. Præterea uſus ejus præſtantiſſimus eſt in putredine oris, ulceribus malignis, Cancroſis, Saturninis, Lupo, Fiſtula, igne Perſico, Ambuſtis, Puſtulis faciei rubeis, Rubedine oculorum, &c. Poteſt variè vel Emplaſtris, vel Linimentis miſceri, vel in aliis appropriatis ſolvi, & externè applicari.

---

## ANIMA VITRIOLI.

℞ Aliquot magna, & capacia fictilia; quo majora, & capaciora, eò meliora; imple illa aqu. pluviali, & in unumquodque fictile duos, tres, vel plures manipulos communis vitrioli immitte; Vitriolum autem metire, adauge, vel imminue, pro fictilium quantitate: Vitriolum in aqua colliqueſcat, & aliquoties circumfuſum in Sole, vel aere immotum conſiſtat, ita tamen ne pluvia, vel res immunda in fictilia incidat: Tunc videbis animam Vitrioli inſtar Iridis, vel caudæ pavonis in aquæ ſuperficie natare vario colore, quem colorem quàm ſubtiliſſimè cochleari ab aqua aliquoties in die exime, aquam circumfunde, & mox illa quieſcente viciſſim apparebit anima, quam recipe, & tantum illius pedetentim collige, quantum putabis ſufficere. Et nota, quando colores non magis apparent in aqua, quod exempta ſit anima, quæ immiſſo recenti Vitriolo eſt reſtauranda. Abſtracta anima ſub initio eſt limo terræ ſimillima, quam tigillo immitte, & in fortiſſimo igne ſine excandeſcere, tunc illa ſanguinis colore tincta, erit fixa, & perdurabit in flamma, nec illi minimum decreſcet granum, licet plures dies ignis ſentiat comburium.



Digitized by Google

*Vires, Vſus, Doſis.*

HÆc Vitrioli anima (philoſophicè priùs extracta, & Spagyricè præparata) in morbis quàm plurimis, & præſertim in omnibus capitis, & ventris fluxibus, menſtruorum, & ſanguinis profluviis, &c. Epilepſia, Hydrope, Gonorrhœa, Puncturis laterum, Arthritide, Febribus, Phreneſi, &c. myſterium eſt. Doſis à granis 5. ad 6. & 8. in vehiculis appropriatis, & morbum propriè reſpicientibus.

## ARCANUM VITRIOLI.

DEſtilla ex Vitriolo nativo calcinato oleum rubicundum. ♃. Caput mortuum, & inde extrahe ultimum ſalem à Vitrioli ſapore omninò liberum: Deinde miſce tres partes hujus ſalis extracti, & duas partes olei diſtillati; ſine in igne areſieri. Hunc laborem toties repete, quoad ſal dupletur pondere, pro conſtitutione priore. Tunc ſalem in vitream cucurbitulam mitte, tantumdem ol. Vitrioli ſuffunde, ſigilla Hermeticè, pone in putrefactionem; poſteà in arenam calentem; ſic intra paucos dies reperitur coagulatum: Et ita pręparatum eſt.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HOc Arcanum non dumtaxat eſt ſpecificum ſtomachicum; verùm etiam efficaciſſimum contra omnimodos morbos remedium: Quo ego, pro conſervanda ſanitate corporis, in genere fœliciſſimè utor. Doſis à gran. 3. 5. ad 6. & 8. in vehiculis appropriatis.



Digitized by Google

# NITRVM VITRIOLATVM.

℞. Nitri præparati par. j. ſpiritus Vitrioli rectificati part. ij. Miſce, & diſtilla per Retortam ſecundùm gradus, primùm leni, deindè fortiori igne, donec tandèm Retorta candeſcat, & cùm nil ſpiritus aſcendit ampliùs, refrigeſcat paulatim, & ſic in fundo cornutæ pulvis remanet niveus, qui acredinem ſuam corroſivam, & nitroſam ferè amiſit: Huic ſpiritus Vitrioli recentis tantum affunde, quantum ad ſolutionem ejus perfectam ſufficiens; deindè per chartam emporeticam filtra, & ad medietatem uſque evaporare ſine: Et tunc demùm loco frigido infer ad cryſtallizandum. Has cryſtallos exime, ſicca, & ad uſum reſerva. Et ſic verum habes Nitrum vitriolatum, quod etiam a Chimiatris quibuſdam ſpiritus Vitrioli coagulatus appellatur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

EAndem virtutem, & operationem, quam ſpiritus Vitrioli, exempto quòd magis refrigerat, vimque diureticam majorem habet, in tingendo etiam idem quod ille præſtat. Operatio ejus præcipua conſiſtit in incidendo, diſſipando, mundificando, ſiccando, contrahendo, putredini reſiſtendo, & mediante acetoſitate ſua ſitim reſtinguendo. Hinc in omnibus Febribus malignis, peſtilentialibus, putridis, Vngaricis, Epidemicis, quæ ex ſulphurea, aſtrali, & venenoſa influentia in hominibus accenduntur, & moventur, præſtantiſſima eſt Medicina, Bezoarticam continens proprietatem, qua ſudorem ſæpe, & urinam promovet, ſimulque omnes fervidos, & noxios intus vapores conſumit: purgat, & confortat etiam ſtomachum ferveſcentem, & concoctionem ejus juvat, appetitum excitat, putredinem, halitus fœtentis cauſam, aufert, necnon vermes

mes ex cruditate, & putredine natos enecat. Hepaticis etiam, quorum facies ſcatent puſtulis rubentibus, uti & illis, qui Diarrhœæ ſæpè ſunt obnoxii, remedium eſt utiliſſimum.

In Angina, Pleuritide peſtilentiali, tumore Splenis, Gonorrhœa putrida, & fluxu albo mulierum, Scorbuto, & ſimilibus æquè proficuum eſt medicamentum. Doſis à granis 4. 6. ad 8. & 10. in conſervis, electuariis, Syrupis, Julapiis, vel aliis convenientibus liquoribus. In affectibus frigidis vino mixtum exhibetur: In Febribus autem ardentibus Fontana pura, vel hordei aqua. Aliàs contra Diarrhœam, & pro Hepatis confortatione, uti etiam in Gonorrhœa, & fluxu Matricis cum conſerva Roſarum rub. eſt miſcendum, ut aceſcat, & rubedinem ſanguineam induat, de quo manè, & veſperi ad quantitatem Caſtaneæ ſumatur. Omnes verò illi qui contracturæ, & nervorum convulſioni obnoxii ſunt, quique capitis valdè ſicci, corporis admodum macilenti, & aridi ſunt, adeòque illi etiam, qui Stomachum valde tenerum, & debilem habent, & orificium ventriculi ſubtile; Mulieres item, & virgines ſuppreſſione menſtrui laborantes, hi omnes à medicamenti hujus uſu abſtineant.

## FLORES NITRI.

SOlve nitrum præparatum in aq. Roſarum; poſtea inde ollæ novæ non vitreatæ, & pone in loco frigido per aliquot dies; donec Flores Nitri pertranſeant, & parietibus ollæ externis adhæreant: qui deinde pede leporino diligenter abſtergantur, & ad uſum, ſine ulteriore præparatione ſerventur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

FEbribus Ungaricis, & aliis malignis, & ardentibus ſingulariter conducunt. Omnes inflammationes

Digitized by Google

nes compeſcunt. Faucium ſcabritiem, confiniumque partium æſtum, præſertim quando nigreſcere incipiunt, citiſſimè tollunt. Inſuper ad cordis, Ventriculi, Pulmonis, Hepatis, Lienis, Renum, & Veſicæ intemperiem calidam alterandam inſigniter valent. Calculum expellunt, & Urinam remoratam pellunt. Doſis à drach. dimid. ad drach. j. in vehiculis appropriatis.

## SPIRITUS SALIS COAGULATUS.

℞. SAl Abſynthii cryſtallinum, vel ſummè rectificatum, huic ſuperadde de Spiritu Salis tantum, ut cum eo ſecundùm artem Spagyricam coaguletur, & uniatur, ita tamen ut ſapore, & vi prævaleat, & exſuperet Spiritus Salis. Hoc ita coagulatum, & juſtè jam conſiſtens, in vaſe vitreo ſerva ad uſum: Eſt enim tum circumgeſtatio ejus, tum tractatio multò commodior, quàm ipſius Spiritus Salis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

EXcellentiſſimum eſt medicamentum proprietatem habens balſamicam. Totum hominem renovat, Sanguinem purificat. Caput, Cor, & Ventriculum confortat. Obſtructiones Hepatis, & Lienis reſerat. Incidit, diſcutit, mundificat, & putredinem fugat. Prætereaque diureticum eſt efficaciſſimum, adeòque ſpecificum Hydropicum, omnes quippe aquoſas humiditates, & flatus, omnemque tartaream, & viſcoſam materiam, unde calculus Veſicæ, ac Renum procreatur, per urinam potenter expellens. In Iliaca, & Colica paſſione, Icteritia, Febribus diuturnis, & ardentibus, Dyſenteria, Paralyſi, Apoplexia, Podagra, Lepra, Lumbricis, Hernia, ſudore Anglico, Peſte, Venenis, &c. præſentaneum eſt auxilium, Doſis a granis 6. 7.

Digitized by Google

6. 7. ad 10. & 15. in vehiculis ſpecificis, & appropriatis. In Hydrope offertur (præmiſſis tamen univerſalibus) in aqu. Abſynthii, & ſp. flor. ſambuci ana mixtis, quotidiè continuando donec Hydrops, & Tympanites paucis diebus evaneſcant.

## SPIRITVS VITRIOLI COAGVLATVS.

EOdem modo Spiritus Vitrioli cum Sale Acetoſæ coagulatur, medicamentum certè divinum, & in uſu medico maximæ efficaciæ, ut experientia omnium rerum Magiſtra teſtatur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN corroborando languente ventriculo, cujus digeſtionem promovet, nec non in Febribus, Stomachi inflammationibus, Siti, &c. ſecretum eſt. Vtimur etiam in omnibus morbis Capitis, Suffocatione Matricis, Calculo, Ictero, Peſte, morbis Epidemicis, &c. fortiter enim impreſſioni reſiſtit, & à putredine conſervat. Doſis, corpore priùs evacuato, eſt ſaporis in acidum mutatio, ita tamen, ut dentes ſtupidi non reddantur: Exhibetur in jure carnis calido, vel in alio vehiculo appropriato: Cholerici tamen, & Picrocholi, &c. ab ejus uſu planè abſtineant. Coagulatur etiam à quibuſdam Spiritus Vitrioli cum Sal. Abſynthii, & æquè efficax eſt in ſua operatione.

## GEMMA VITÆ.

℞. SAlis Gemmæ priùs ingenioſè fuſi, poſtea aliquot vicibus ſecundùm artem Chymicam, in vino Rhenano diſſoluti, filtrati, & coagulati lib. iij.

In-

Indatur cucurbitæ argilla benè munitæ, & imponatur alembicus duplex, ut ſciunt artifices, cum recipiente ſatis capaci, & ſervatis gradibus, igne fortiſſimo ſublimetur, donec omnes albi, & corroſivi Spiritus exierint, & recipiens nubibus repletus, iterum factus ſit clarus. Deindè ſal in alembicum elevatum exime, & cum ſp. Vini extrahe. Impregnatum verò ſpiritum aufer per inclinationem, & ſeorſim cuſtodi. Sal in fundo relictum iterum in priori vino Rhenano abſtracto diſſolve, filtra, & per alembicum aquoſitatem evoca: Exſiccatum ſecunda vice ſublima, & ſublimatum denuò cum Sp. Vini, ut priùs extrahe, laborem hunc quater, vel toties reiterando, uſque dum nihil ampliùs extrahi poſſit. Vltimò omnem ſpiritum Vini ſeorſim ſervatum, à ſale impręgnatum, ſimulque mixtum in lento balnei calore ad ſiccitatem ſalis evocato: Sic habebis ſal ſpirituale, amabile, pulchrum, & cryſtallinum, magnæ profectò virtutis, & operationis.

Salem hunc vaſi argenteo aurato tandèm inde, funde, & in fluxu ſub tegula probatoria pedetentim tot folia auri puri, fermentando, impone, donec tingatur colore rubicundiſſimo; & tunc poſt quadrantem horæ exime, refrigeſcere ſine, in ſubtiliſſimum pulverem redige, & velut incomparabilem theſaurum ad uſum repone.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

EST Medicina maximis, & ingentibus laudibus meritò extollenda; & ut paucis omnia dicam: Eſt ſingularis vitæ humanę Theſaurus, adverſus quoſvis morbos etiam deploratiſſimos: major enim vis alterandi, penetrandi, immutandi, confortandi, expellendi, & putredini reſiſtendi, vix reperitur in alio. Prętereà omnia obſtructa aperit, venena diſſipat, necnon ſanguinis, omniumque ſpirituum ſubſtantiam, prolõgando vitam, niſi fatalis neceſſitas, Deo ita annuente, repugnet, purio-



Digitized by Google

riorem, atque illuſtriorem reddit. Doſis à gr. iv. ad ſcrup. dimid. cum appropriatis, in quibus tamen reſpe-ctus habendus eſt ad qualitatem affectus.

## ALUMEN TINCTUM.

℞. *Aluminis crudi* unc. j. *Sang. Dracon.* unc. dimid. Solve in aq. Cardui bened. & coagula, ut eſt artis.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

ALumen hoc à ſanguine Draconis impraegnatum in Febribus, etiam in ipſa Quartana, miranda praeſtat: necnon in Dyſenteria, caeteriſque alvi profluviis ſecretum eſt. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. j. in vehiculis appropriatis. In Febribus autem horis aliquot ante paroxyſmum cum aq. Nicotianae datur, ſudoribus, ſi fieri poteſt, provocatis.

## BEZOAR POTABILE.

AD hoc Arcanum effice, ac praepara, ſingulari tamen ſtudio, ſequens ſolvendi menſtruum: ℞. Nitri purgati, Sp. Vitrioli rect. an. p. ae. diſtilla per Retortam in arena ſecundùm gradus, & quando prima vice quarto ignis gradu detractum, effuſus inde liquor librandus eſt, & aequo huic pondere addendum de ſpiritu Vini alkoholiſati; atque ita bis adhuc cohobandum, primùm igni admodum lento, ne ſpiritus Vini evaporet, deinde gradatim, donec quartum gradum aſſequaris, nec quid ampliùs tranſcendere ſentias. Hic labor tribus horis circiter abſolvitur, ut quartus gradus habeatur; tùm denique Retortam videbis candentem: quae cùm refrixit, auferri poteſt vas recipiens,

ubi

ubi menſtruum jam paratum, reſidente in fundo Retortæ terra alba, eaque perpauca, & ſaporis ferè experte: Poſtea lapidis Bezoar Orientalis, ſubtiliſſimè pulveriſati ſume unc. j. in cucurbitulam vitream intromitte, de menſtruo dicto ad eminentiam trium digitorum ſuperinfunde, inque B. modici caloris impone, tum ſpatio 2. aut 3. horarum menſtruum illud lapidem Bezoar rubicundè reſolvet. Solutionem hanc deliqua, reſiduo non ſoluto denuò tantundem illius prioris menſtrui affunde, & in Balneum repone, uſque dum pariter ſolvatur. Jam porrò lapide Bezoar penitùs ſoluto, menſtruum illud tinctum infer cucurbitulæ, & per alembicum leniter abſtrahe; quo facto, reſiduo in fundo extracto ſpiritum Vini ſuperinfunde, eundemque igne lento indè evoca; & hoc ipſum ſecunda, & tertia vice itera, ita tamen, ut ſemper recentem Spir. Vini addas, donec nulla ampliùs acrimonia prioris menſtrui ſentiatur: Tunc porrò aqu. cornu cervi, vel alius cordialis unc. viij. affunde, in B. denuò repone, uſquedum Extractum illud totum hac aqua ſolutum. Posteà per chartam filtra, & lentè uſque ad dimidium evaporare ſine, ut unc. iv. remaneant, quas inſtar theſauri inter terrenos præſtantiſſimi ad uſum ſerva. Quo verò modo Aq. illa cornu cervini propriè, & peculiariter præparanda ſit, in Sectione de Aquis explicatum habes.

## *Vires, Uſus, Doſis.*

NObiliſſima iſthæc, & pluſquàm Regia Medicina, contra omne venenum cujuſcumque generis validiſſimæ virtutis, & efficaciæ eſt. Præcipuè autem vapores venenata putredine noxios peſtiferaſque infectiones in corporis habitu dominantes, & facultati vitali maximè infeſtas, per ſudorem ac inſenſibiles exhalationes expellit, nec non cor, cæteraſque

partes

partes interiores principales corroborat. Probatiſſimum hoc etiam inveni contra omnis generis ſubitaneos, & veneno peſtilentiali valdè periculoſos affectus, Febres petechiales, Variolas, Morbillos, Pleuritidem, Epidemiam, morbum Vngaricum, omneſque alios ex dictis malis enaſcentes morbos: uti nec minus contra Eryſipelas, & alia ſymptomata venenoſa, ubi diaphoretica Bezoartica, putredini, & malignitati virulentæ reſiſtentia, ac ſanguinem mundificantia requiruntur, magna virtute operatur. Doſis eſt à ſcrup. j. ad drach. j. in vehiculis appropriatis. Datur autem ægrotis, ita bibendum, ut habetur, haud calefactum, idque ſummo manè, vel etiam, ſi neceſſitas poſtulet, alio diei tempore; habita tamen ratione, ne vires ægrotantium ſint exhauſtæ, tum ut caleſcat æger, & ſudet, quantum ſine virium decremento, & debilitatione nimia fieri poteſt. Inſuper Medicamentum hoc ſecunda, tertia, pluribuſque vicibus pro infirmorum conditione, in omnibus complexionibus, & corporum conſtitutionibus, gravidis etiam mulieribus, puerulis, & infantibus, abſque omni periculo propinari, & adhiberi poteſt; Si præſertim ſtatus morbi talis, ut calida illa antidota Theriacalia & Alexiteria locum invenire nequeant. Quòd ſi decumbentium conditio requirere videretur, ut venæ ſectio præcedat, vel per vomitoria, aut cathartica purgetur corpus, & evacuetur, expediri id priùs poterit, & poſteà ſudoriferum iſthuc uſurpari. Si item corporis conſtitutione tali eſſet æger, ut ſudare per naturam non poſſet, quales quàm multi inveniuntur, is talis homo cumulatis tegumentis, aliiſve mediis ad ſudandum compelli non debet: cùm evenire poſſit, ut arcanum hoc, vel per vomitum, vel ſeceſſum, vel per urinam, aliamve inſenſibilem perſpirationem operetur, vel inſtar vulnerarii peſtilentialis materiam peccantem à centro ad emunctoria ſua extra corpus propellat, atque ita nihilo ſecus malignitatem invadat,

adeò

Digitized by Google

adeòque eundem hic fructum progeneret, quem in aliis ſubjectis ſudorem indè emittentibus. In exhibitione etiam diligenter obſervandum, & cavendum, ne quid aceti, vel alius acetoſi liquoris addatur, neve in Syrupis acetoſis, utpotè Citri, Ribium, Berberum, &c. offeratur; alioquin eſſentia lap. Bezoar præcipitaretur, & pulveris inſtar ad fundum decidit, nec ſolubilis manet. Quòd ſi verò Thraſo quiſpiam, cognitionis rerum naturalium, ſecretiorum præſertim, rudis & ignarus hic inſurgat, qui Medicamenti hujus divini efficaciam credere nollet, aut nequiret, iſte probet hoc modo: Venenum exhibeat columbæ, gallinæ, cani, feli, vel alii animali, quod cùm jacet jam jam moriturum, tunc eidem de hoc medicamento exhibe in vehiculo appropriato, & videbis, quid, auſpice Creatore ſuo, ſit effecturum. Ipſe ſæpenumero probavi, & per Dei gratiam apud infectos, in morbis acutis, Peſte, Petechiis, Venenis hauſtis, &c. magna, & mira eodem præſtiti. Notandum denique Bezoar hoc potabile, non vitris Venetis, aut Bohemicis, ſed Germanicis ſpiſſioribus, ob fideliorem virtutis ejus ſpiritualis cuſtodiam, ad uſum aſſervari oportere. Deo laus, & honor.

## MAGISTERIUM LAPIDIS BEZOAR.

DE lapide Bezoar Orientali pretioſiſſimum etiam, ac præſtantiſſimum Magiſterium ſiccum, virtutis, & efficaciæ ſubtilis, & penetrantis ſic paratur: Bezoar debito modo, & artificio ſolve in menſtruo, cujus præparatio jam ante fuit indigitata; ſolutum filtra per chartam: poſt ad manum habe acetum diſtillatum, vel ſuccum Citri clarificatum; hunc guttatim ſolutioni ſuperinfunde, celeri tamen, & alto lapſu;

ſic ſtatim tenellus ſubtiliſque pulviſculus præcipitabitur in fundum, ferè ſine omni acrimonia, qui deinde, evacuato priùs menſtruo, aquis cordialibus edulcorandus, ſiccandus, & ad uſum, ut potè verum & ſincerum lapidis Bezoartici Magiſterium, aſſervandus eſt.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

NObiliſſimum hoc Magiſterium ita præparatum, in omnibus affectibus, & ſymptomatibus malignis, contraque omnia veneficia cordi infeſta, præſertim ubi qualitas calida, & putredo deprehenditur; adeoque in aliis omnibus, ubi uſus lapidis Bezoar dilaudatur, adhiberi, & uſurpari poteſt, apud illos inprimis, qui naturæ ſunt tenellæ, nauſeantes medicamenta; nec minus apud gravidas, & infantes, cùm nec odorem, nec ſaporem ferè ullum habeat. Doſis ejus in infantibus eſt, à 2. 3. uſque ad 4. gr. In Adultioribus verò pro diſcrimine ætatis, & neceſſitatis, à 10. 12. ad 15. gr. Datur in aq. deſtil. & convenientibus, prout Medico perito commodiſſimum videbitur.

---

## MAGISTERIUM CORALLORUM ROSATUM.

℞. *Aceti vini deſtillat.* lib. iv. *Roſar. rub. exſic.* unc. j. Miſce, & ſtent in infuſione, donec Tincturam rubicundiſſimam accipias, quæ filtrari debet: Atque in hac diſſolve Corallia rubra, ut eſt artis: Poſtea in hanc ſolutionem Spirit. Vitrioli fac inſtillare, & mox pulvis ſubrubeus ſeſe præcipitat, quem in umbra, & non in ignis calore exſicca, & ſine omni edulcoratione, ne per illam acetoſitas Spirit. Vitrioli tollatur, & tinctura Roſarum abluatur, ad uſum reſerva.

Vi-

Digitized by Google

### *Vires, Uſus, Doſis.*

MAgiſterium hoc in illis adhibetur, & uſurpatur, ubi aliàs Corallorum rubeorum uſus communis in pretio habetur. Cor, & ſpiritus vitales confortat, & ab omni veneno præſervat. Sanguinem purificat, putredini, aliiſque morbis omnibus è ſanguine corrupto exiſtentibus reſiſtit. Modicè refrigerat, ſiccat, & contrahit: Unde membra omnia interna, è calida intemperie debilitata, rurſus corroborat, & in bono valetudinis ſtatu conſervat. In ſubverſione ſtomachi, vomitu, Hæmorrhagia narium, fluxu Hepatico, ſuffocatione Matricis, Menſtruis ſuperfluis, fluxu albo Uteri, Abortu, Gonorrhœa, Calculo Renum, Dyſenteria, cæteriſque alvi profluviis experimentum eſt maximè utile. Doſis à gran. iv. ad vj. in vehiculis appropriatis, & affectum propriè reſpicientibus.

### *ANNOTATIO.*

SImili modo, Magiſterium Corallorum Pæoniatum, ex floribus Pæoniæ, parare ſolemus, in Epilepſia, & aliis periculoſis affectibus medicamentum valdè commendabile, & laudabile. Et hoc de aliis quibuſdam floribus intelligendum eſt.

---

## SCAMMONIUM ROSATUM.

℞. SP. Vitrioli cum ſp. Vini prius rectificati unc. iij. Roſar. rub. exſic. drach. j. & dimid. Infundantur donec ſpiritus rubicundus evadat: quem per chartam filtra, & habes ſpiritum Vitrioli roſatum. Poſtea cum hoc ſpiritu diſſolve Scammonium crudum inſtar pultis, iterumque exſicca, & hunc laborem vice ſe-

cunda, & tertia repete. Tandem adde pauxillum Sp. Roſarum, & (piſtillo priùs Ol. Amygdal. dulc. illito) tere fortiter, ut fiat maſſa; ex qua deinde cum Ol. Stil. Roſarum, & Cinnamomi formentur Trochiſci fragrantiſſimi, & ſuaviſſimi odoris, qui per plurimos annos inviolati ſervari poſſunt.

## *Vires, Uſus, Doſis.*

DIverſos humores, inprimis autem flavam bilem citra moleſtiam evocat, & à vaſis, & ſanguine exhaurit: Hinc in multis morbis evacuatione egentibus, magno cum fructu exhibetur; leniter enim, & ſine omnibus torminibus alvum ſubducit. Doſis à granis xiij. vel xvj. ad xx. uſque. Formantur inde pilulæ, vel in pulverem poſt exſiccationem teritur, & in vehiculis appropriatis offertur.

## *ANNOTATIO.*

IN tota Republica Spagyrica, nobilius Scammonii correctorium invenire hactenus haud potui. Teſtor ipſam experientiam. Hoc enim cætera omnia, immò ipſam Scammonii reſinam ſuperat. Quia lentam, tenacem, viſcoſam, & venenoſam ipſius malignitatem diſſipat, atque corrigit, & certas dejectiones promittit: quæ ſemper ex reſina aſſumpta non ſequuntur.

---

# MAGISTERIUM SCAMMONII.

SPagyrica, & vera Scammonii præparatio, & correctio, qua ſecretiores Medici utuntur, hæc eſt. ℞. Scammonii ſelecti ſufficientem quantitatem, quam ſolve in S. V. ſophorum; poſt debitam filtrationem iterum in B. per alembicum ad medietatem ſaltem abſtrahe

hæ, & aq: Roſaceæ, quantum ad præcipitationem requiri videbitur, affunde, & præcipitabitur reſina Scammonii puriſſima, abſque omni venenoſa acredine, nauſeoſo ſapore, & odore omninò libera, quam remoto phlegmate ſicca, & ad uſum reſerva.

*Vires, Uſus, Doſis.*

EX corpore humano utramque bilem, alioſque humores diverſos, ſine omni læſione, & nauſea deducit: propterea vix mitius, ſuavius, & nobilius catharticum in rerum natura inveniri poterit. Doſis à ſcrup. dimid. ad j. ſcrup. in conſervis, vel aliis vehiculis appropriatis.

## MAGISTERIUM GUM. GHITTAJEMOV.

EAdem lege ex Gum. Peruviano Magiſterium, ſeù flores præparantur ad expurgandos ſeroſos, & craſſos humores, catharticum incomparabile, quod magnifaciendum, & ad uſum reſervandum. Doſis à 10. 12. ad 15. gr. & ſcrup. j. præſertim in robuſtioribus.

## GUMMI DE PERV ROSATVM.

℞. GVm. de Peru, ſeu Ghittajemou optimè pulveriſat. unc. j. aq. Cichorii unc. dimid. Sp. Vitrioli rectificat. drach. j. Hæc bene commixta, tabulæ vitreæ, vel vaſi Indico ſuperilline, loco calido (ſed non nimiùm tamen, aliàs nigreſcit, ac deperit) evaporare ſine; donec materia terreum colorem induat: Hanc poſtea pulveriſa, & adde pul. flor. Roſar. rub. unc. j. Sant. rub. drach. ij. Sp. Vini ſufficientem quantitatem

affunde, per horas 24. circula, tum quando refrixit, per chartam filtra, & paulatim uſque dum ſiccetur, evaporare ſine: Et ſic extractum habes rubicundum validæ ac præſtantiſſimæ efficaciæ, ipſo etiam aſpectu pulchrum, & amabile, cùm Gummi per ſe, vel ejuſdem magiſterium ob colorem ſuum injucundè flaveſcentem, nauſeam facilè pariat. Quo fine etiam inventum, nullique hactenus, niſi dignis, à me revelatum, & communicatum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

A Seroſis humiditatibus totum corpus humanum ſine omni periculo, & difficultate purgat. Undè ingenti cum fructu, & commodo in Cachexia, Hydrope, Arthritide, Podagra, ſimilibuſque affectibus, uti etiam in Scorbuto, & morbo virgineo, inſtar ſingularis experimenti, uſurpatur. Doſis à gr. 15. ad 21. præſertim in robuſtioribus.

---

## AMBRA MOSCHATA.

℞. Ambræ griſeæ & puræ unc. j. Moſchi odoratiſſ. drac. j. Elæoſacch. Citri drach. dimid. Miſce, & f. pulvis ſubtiliſſimus, qui irroretur Spir. Roſar. ardente, & iterum exſiccetur; hic labor aliquoties repetatur: poſtea denuò ſubtiliter teratur, & uſui reponatur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

CAlefacit, & ſiccat, Cerebrum confortat, corroborat, & omnibus ipſius affectibus ſuccurrit. Dolorem Capitis diuturnum mulcet. Albugines oculorum tenues detergit. Humidas oculorum defluxiones conſumit. Senibus, & natura frigidis mirificè opem præſtat. Vino infuſa temulentos efficit. Doſis à gr. iv. ad

ad vj. & vij. ad ſummum, in vino generoſo, vel in alio vehiculo appropriato.

## DIACINNAMOMUM REGIUM.

℞. Succulatæ Indæ unc. iv. Nuc. Moſchat. Indic. cond. No. ij. Syr. Cinnamomi noſt. q. ſ. Miſce in formam Electuarii, & adde: Conf. Alkermes unc. j. Ol. Cinnamomi unc. dimid. Ambr. moſchatæ, Margar. trochiſcat. ana drac. j. Fol. Auri Ungar. No. xxxj. Denuò miſce, & tanquam Regium & magnificentiſſimum medicamentum ad uſum repone.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

Calidæ eſt facultatis. Cerebrum, & Cor ſupra modum confortat. Stomachi vitioſos humores diſcutit, & concoctionem juvat. Syncopen, & cordis palpitationem ſedat. Inflammationem, tumoremque Ventriculi prohibet. Flatus diſſipat. Colicos dolores à cauſa frigida ſedat. Oris halitum commendat. Omnem putredinem impedit. Senibus, frigidis, & debilibus, & quibus humor nativus, & calor naturalis imminuuntur, convenit. Vires mirificè reficit. Sperma auget. Vim procreandi promovet; necnon ad Venerem moderatè ſtimulandam, libidinem ſuaviter excitandam, Coitum tutò augmentandum, experimentum Regium eſt. Doſis manè ante paſtum, & veſperi in introitu lecti quantitas nucis avellanæ, plus minuſve, pro ratione complexionis, & ſexus.

## MARGARITÆ TROCHISCATÆ.

℞. Sal. Perlarum Orientalium candidiſſimi, atque ab omni acetoſitate liberi, q. v. ſolve in aq.



Digitized by Google

Roris Majalis ſupra triticum collectæ, vel in alia cordiali: ſolutioni guttatim immitte ſp. Vitrioli rectif. quantum ad præcipitationem requiri videbitur, & præcipitabitur pulvis albiſſimus ad fundum, quem remoto phlegmate edulcora, & exſicca, ut eſt artis; verum enim Margaritarum magiſterium habes.

℞. *Hujus Magiſterii* unc. j. *Ol. Roſar. veri*, *Cinnamomi*, ana ſcrup. j. Miſc. & cum tragacanth. in aq. Roſar. & Cinnamomi ana diſſolut. f. l. a. Trochiſci parvi, quos theſauri inſtar cuſtodi, & ad uſum repone.

## *Vires*, *Uſus*, *Doſis*.

AD cordis affectus, ut potè dolorem, anguſtiam, tremorem, pulſationem, palpitationem, & animi deliquia, &c. Item in dolore Capitis, Vertigine, Epilepſia, Apoplexia, Paralyſi, Contracturis, Reſolutione nervorum, Convulſione, Phrenitide, Melancholia, Mania, Arthritide, Podagra, Tabe, Aridura, Marcore ſenili, Calculo, Hydrope, Scorbuto, morbo Venereo, Febribus, &c. ſummum eſt confortativum. Sanguinem enim purificant. Omnes ſenſus, Cerebrum, Memoriam, & Cor confortant, totumque corpus ſanum conſervant. Naturam internam & fœtum in Utero fortificant. Spiritus corroborant. Vires reparant. Semen humanum augent. Lac muliebre emendant. Oculorum nebulas detergunt. Catarrhos abſumunt, &c. Et Margaritæ hæ trochiſcatæ à multis Magnatibus, ex ordinatione noſtra, hactenus ſatis ſunt comprobatæ, inſtar ſecreti æſtimatæ, auroque potabili in effectu æquiparatæ. Doſis pro natura infirmi, & judicio præſentis Medici, à gr. vj. ad viij. in vehiculis appropriatis, & ſpecificis.

ELÆ-

Digitized by Google

# ELÆOSACCARUM CITRI.

℞. *Aq. Roſarum* lib. xvj. *Cort. Citri ext.* lib. 1. Diſti lla per veſicam, ſepara oleum ab aqua, rectifica, & ad uſum reſerva; poſteà ℞. *Sacchari cand. alb.* unc. iij. *Ol. Citri rectif.* unc. dimid. Miſce, & habebis Elæoſaccharum Citri odoratiſſimum. Eſt & alius ſecretior, Elæoſaccharum Citri, & Aurantiorum parandi modus, videlicet ex eorum corticibus exter. & recentibus ſuccus oleoſus expreſſus, & cum ſacchari candi albi ſ. q. miſtus, & benè incorporatus, quod Elæoſaccharum odore, & ſapore longè ſuavius, præſtantius, & paratu etiam facilius eſt.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD Cordis, & Ventriculi imbecillitatem juvandam, concoctionem promovendam, Flatus diſcutiendos ſalubre eſt. Inſuper Venenis adverſatur. Oris halitum commendat, & ſuavitatem accerſit. Vino etiam permiſtum, illud ſuaviſſimo ſuo odore, & ſapore magnificè illuſtrat. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. j. in vehiculis convenientibus.

*ANNOTATIO.*

HAc via ferè ex omnibus aromatibus, Gummis, Corticibus, Herbis, Floribus, & Seminibus, &c. Caryophyllis ſcilicet, Cinnamomo, Caſſia lig. Nuc. Moſchat. Mace, Pipere, Succino albo, Maſtiche, Majorana, Salvia, Ruta, Lavendula, Flor. Chamomil. Roſis, Aniſo, Fœniculo, Angelica, Carvo, Cumino, Anetho, &c. & ſimilibus, Elæoſacchara talia naturæ humanæ amiciſſima parari poſſunt.



Digitized by Google

## MAGISTERIUM PETROSELINI.

℞. Cineris Clavellat. vel Salis Tartari lib. dimid. & cum aq. pluviali ſ. q. fiat lixivium forte, & clarum; poſtea:

℞. Herb. Petroſelini in mediocri calore, & non in Sole exſiccat. & craſſiuſculè inciſ. q. v. Inde vitro, & affunde prædictum lixivium; Stent in digeſtione in loco tepido ad extrahendum Tincturam: Huic impraegnato & calido lixivio, Aluminis crudi in aq. pluviali diſſolut. lib. dimid. calidè affunde, benè invicem miſce, & præcipitabitur cum ebullitione Tinctura Petroſelini vera, & ſubviridis: Quàm diligentiſſimè edulcora, & ad uſum reſerva.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EXcalefacit, incidit, menſes, & urinam longè provocat, necnon flatus diſcutit, & calculum expellit. Doſis à gr. vj. ad ſcrup. dimid. & ſcrup. j. in vehiculis appropriatis.

*ANNOTATIO.*

SImili modo Magiſteria, ſeu Tincturæ ſiccæ ſubvirides ex Ruta, Naſturtio, Menta criſpa, Roremarino, Salvia &c. extrahuntur, & ad uſum Medicum reponuntur.



Digitized by Google

# SECTIO II.

# DE TINCTURIS LIQUIDIS.

## TINCTURA CORALLORUM.

SPiritum mellis verum, Philoſophicè deſtillatum, non autem corroſivum illum & venenatum vulgi, funde ſuper fragmenta Corallorum rubicundiſſima, per ſe priùs Spagyricè, & quidem ſine igne calcinata, ad extrahendum Tincturam, donec corpus album, & quaſi mortuum remanſerit: Extractiones omnes mixtas, poſt debitam ablutionem, & coagulationem, in B. M. lentè abſtrahe, & reſiduam eſſentiam rei ſolutæ, & non menſtrui ſolventis, denuò rectificatiſſimo vini ſpiritu extrahe, uſquedum Tincturam rubicundiſſimam ſanguinis inſtar acceperis, quam in forma olei, alcoholiſatam, ad medietatem evacuato, tanquam veram, & genuinam Corallorum, & nequaquam aq. Mellis Tincturam (ut multi hactenus, invidioſè ſecretum hoc occultando, ſomniaverunt) ad uſum retinere poteris.



Digitized by Google

*Vires, Vſus, Doſis.*

HAc nobiliſſima, & pretioſiſſima Eſſentia hactenus ſe extulerunt Artifices Hermetici; Vſi enim ſunt eadem contra Phantaſiam, Epilepſiam, & Melancholiam felici cum ſucceſſu, & magno fructu. Quia mundificat, & renovat pleniſſimè ſanguinem in toto humano corpore. Reſiſtit etiam omnibus defectibus ex putredine, & corrupto ſanguine orientibus: omneſque morbos internos radicitus evellit. Confortat quoque ſeptem membra principalia, præſertim autem Cor, & vitales Spiritus, quos contra virus, & omnes malos & periculoſos caſus munit. Item omnes obſtructiones in præcipuis membris, Pulmone, Jecore, Splene, & Renibus mirificè reſerat, & inflammationes ſedat. Febrium æſtum compeſcit, earumque materiam conſumit, &c. In vehementiſſima ſuffocatione Matricis, menſtruis ſuperfluis, Hydrope, Paralyſi, Scorbuto, Lue Venerea, Lepra, Dyſenteria, Gonorrhœa, Spaſmo, & ſanguine concreto, medicamentum divinum eſt. Doſis à guttis vj. ad ſcrup. dimid. & ſcrup. j. in vehiculis convenientibus, & morbos propriè reſpiciẽtibus.

---

## TINCTVRA MARTIS.

℞ SAlis *Armoniaci*, p. ij. *Limatur. Chalybis*, p. j. Miſce, & per Retortam ſecundùm gradus deſtilla primùm lento, deindè fortiori igne, ſic Martis eſſentia remanet in fundo, hanc exime, & optimè edulcora, ut ab omni Salis Armoniaci acredine ſit libera: poſteà materiam hanc edulcoratam cucurbitulæ immitte, & cum ſpiritu Vini extrahe tincturam, cùmque deſiit tinctio, ſpiritum tinctum exime, & per alembicum abſtrahe, uſque ad medietatem; reliquum manens cum eſſentia extracta, per chartam filtra, idque ipſum, utpotè veram Martis tincturam ad uſum aſſerva.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc Tinctura Martis ſingulare experimentum eſt in omnibus obſtructionibus Hepatis, & Lienis. Item in Melancholia hypochondriaca, Quartana, Cachexia, Hydrope, morbo Virgineo, Scorbuto, Menſibus ſuperfluis, & retentis, &c. Doſis à gut. vj. ad ſcrup. dimid. in Vino, vel Syrupis, vel decoctis, vel aliis liquoribus convenientibus, ut vires ejuſdem eò meliùs penetrare, etiam ad remotas corporis partes & angulos poſſint. In uſu autem ejuſdem corpus ab humoribus peccantibus ſæpiuſculè, decenter, & leniter purgandum, & ſimul bona diæta obſervanda.

---

## TINCTVRA ANTIMONII.

℞ VItrioli ad rubedinem debitè calcinat. q. v. ſuperfundatur acetum deſtillatum. Stent in loco calido per biduum, aut triduum, aufer tincturam per inclinationem, filtra, & menſtruum paratum eſt. Poſteà ℞. Antimonii crudi q. ſ. optimè pulveriſa, & affunde menſtrui jam dicti q. ſ. digerantur, ut eſt artis, donec flavedo in menſtruo appareat, aufer, & recens affunde, uſque dum omnis tinctura extracta fuerit. Hoc facto, omnes depletiones miſtas ad ſpiſſitudinem mellis deſtillentur; tandem cum ſp. Vini de novo extrahe, & ad medietatem iterum abſtrahe, tunc ſubrubeam tincturam retinebis, quam ad uſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Epilepſia, Melancolia, Mania, Philtris, & Venenis hauſtis, Peſte, Febribus acutis, &c. mirè operatur. Doſis grana vj. in vehiculo convenienti.

TIN-

# TINCTURA SVLPHVRIS.

FLores Sulphuris extrahe cum ſpiritu Terebinthinæ, more uſitato, quo facto, ſpiritum paulatim evaporare ſine, donec reliqua exſiccentur: exime tunc materiam illam exſiccatam, redige in pulverem; & hinc cum ſpiritu vini rectificato Tincturam extrahe, & deſinente tinctione, ſpiritum tinctum, cùm deliquaveris, miſce affundendo, quantum illius eſt, de aqua noſtra pectorali, & aliquot diebus loco calente, ut digerantur, repone: Poſteà ſpiritum Vini in B. M. lento igne abſtrahe, & ſic Tinctura Sulphuris remanet in aqua pectorali. Hanc aufer per inclinationem, & ad medietatem, ſeu oleitatem ſaltem evaporare ſine, reliquum per chartam emporeticam filtra, & ad uſum communem ſerva.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

HÆc Tinctura non ſolùm pectus ab omni humore craſſo, organa reſpirationis obturante, tuſſim, & anhelitus difficultatem cauſante, liberat; ſed pulmonum etiam, & vicinarum partium apoſtemata in thorace purgat, earumdemque curationem promovet; anhelitum tardum & facilem reddit, caputque frigefactum, conſumptis catarrhis delabentibus, refovet, ſiccat, & corroborat. Inſuper Colicos dolores ſedat. Omni putredini reſiſtit. Magno etiam cum fructu in peſtis humidæ contagio adhibetur, ſed hominibus præſertim plebeis, vili & vulgari victu multas humiditates pravas in ſanguine colligentibus, ideòque infectioni huic magis, quàm alii, ſubjectis, & obnoxiis. Doſis ordinaria eſt à v. vj. vij. uſque ad x. guttulas in vehiculis appropriatis.



Digitized by Google

# TINCTURA TARTARI.

♃ SAlis Tartari frequenti ſolutione, & coagulatione ſummè depurati, quantum vis; affunde opt. Spir. Vini alKoholiſatum ad eminentiam trium, vel quatuor digitorum; Pone in digeſtione per aliquot dies, quotidiè aliquoties, ut decet, movendo, ſed cavendo, ne ſpiritus vini vitrum rumpat, & tingetur colore rubicundiſſimo. Poſteà tinctum ſpiritum aufer per inclinationem, & recentem affunde, tamdiu donec non amplius tingatur, vel omnis tinctura extracta ſit. Ultimò ſpiritum vini tinctum, ſimulque miſtum filtra, & ad uſum reſerva.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VEſicam, & Renes à ſuperfluis liberat, atque calculos, urinam largiter movendo, & ſanitatem conſervando, rumpit, conterit, farinæque inſtar expellit. Omnes etiam obſtructiones, & putrefactiones, præ omnibus ferè aliis medicamentis & Arcanis, totum penetrando, & roborando corpus, egregiè tollit. A Paralyſi, & Podagra præſervat, ſi bis quotidiè exhibeatur, manè ſcilicèt & veſperi, per ſe, vel in liquoribus ſpecificis. Inſuper in rectificatione ſanguinis, dolore Capitis, Hydrope, Eryſipelate, Icteritia utraque, Colica, Lue Venerea, Scabie, Pruritu, Serpigine, Lentigine, menſibus retentis, Pleuritide, Punctura laterum, Febribus, Contracturis, Arthritide, cæteriſque morbis tartareis, & aliis venenatis, &c. multum facit, & eſt medicamentum nunquam ſatis laudatum. Doſis à Cochl. dimid. ad integrum per ſe, vel cum vehiculis appropriatis: quæ tamen doſis, habita ratione ætatis, ſexus, complexionis, & conſimilium circumſtantiarum, augeri, minuivè poteſt.

TIN-

Digitized by Google

## TINCTVRA LACCÆ.

℞ GVm. Laccæ ſubtiliter pulv. unc. dim. Aluminis uſti drach. ij. Miſtis affunde aq. Lap. Medicament. cum aq. Salviæ & Roſar. fact. lib. iij. Stent in digeſtione, donec perfectè tingantur: poſteà filtrentur, & tinctura rubicundiſſima ad uſum communem ſervetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN gingipedio morbo, ſeu Scorbuto oris experimentum eſt; Gingivarum enim laxitatem, putredinem, & fœtorem oris curat, & carnem amiſſam reparat; præſertim quando hac tinctura gingivæ laxæ, flaccidæ, & ſanguinolentæ frequenter fricantur, & abluuntur.

## TINCTVRA PROPRIETATIS.

℞ SP. *Vini aniſati* unc. xvj. *Elix. proprietatis* unc. j. *Conf. AlKermes* unc. dimid. *Flor. tunicæ rub.* drach. j. Stent in digeſtione, donec perfectè tingantur; poſteà Spiritum tinctum, & filtratum ſacchari candi alb. ſ. q. edulcora, & ad uſum reſerva.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Melancholia, Hemicrania, Vertigine, Paralyſi, Catarrho, Aſthmate, Tuſſi, Ventriculo debilitato, Cardialgia, Quartana, Calculo, &c. medicamentum eſt illuſtre. Inſuper ſenes confortat, Canitiem retardat, & lætitiam adfert, &c. Doſis à drach. j. ad drach. ij. in vehiculo conveniente, & ſpecifico.

TIN-

Digitized by Google

## TINCTVRA BAC. JUNIPERI.

℞ BAc. Juniperi rec. & craſſiuſculè contuſ. lib. i. Sem. Aniſi cont. unc. iv. Rad. Angelicæ unc. i. Lig. Nephritici unc. dimid. Macis elect. drach. ii. Miſta infundantur in Vini Malvat. lib. viii. Stent in infuſione per 14. dies, quotidiè aliquoties movendo; Poſtea B.M. deſtillentur, & cum hoc deſtillato liquore ex Bac. Juniperi Tincturam extrahe, ut eſt artis: quæ deindè filtretur, & parum edulcorata ad uſum ſervetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EXcalefacit, aperit, attenuat, & diſcutit. Stomacho utilis. Contra pectoris vitia, Tuſſim, inflationes, Tormina, & Serpentum ictus efficaciſſimè bibitur. Venenis mirificè adverſatur; quare Peſtilentiam arcet hauſta. Calculos quoque à Renibus pellit. Urinam ciet. Undè ruptis, convulſis, & Uulvæ ſtrangulatui ſubvenit. Doſis à Cochl. j. ad tria, manè jejuno ſtomacho.

---

## TINCTVRA PAPAVERIS ERRATICI.

℞ COnſ. Flor. Papaveris errat. unc. i. Flor. Papav. errat. Sp. Vitrioli irrorat. drach. i. Miſc. & cum aq. ex ſucco prædictorum florum deſtill. unc. xxx. extrahatur Tinctura rubicundiſſima, quam poſteà filtra, & adde: Syr. è ſucc. flor. Papav. errat. parum Vitriolat. unc viii. Miſce, & ad uſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN defluxionibus calidis, tenuibus, & acribus, aſperam arteriam, & fauces exaſperantibus, inſomniamque facientibus, quàm maximè valet: Tuſſim quo-



Digitized by Google

que indè natam; necnon Catarrhum, & Phthiſin ſedat, refrigerat, atque ſomnum conciliat. In pleuritide, & puncturis laterum ad dolorem mitigandum, inflammationem reſolvendam, ſudoremque eliciendum admirabile præſidium eſt. Inſuper ad alvi profluvium, & dyſenteriam ex materiæ acris & bilioſæ affluxu excitatam valdè prodeſt. Doſis ab unc.j. ad unc.ij. per ſe, vel cum aliis vehiculis idoneis.

## TINCTURA CASSIÆ LIGNEÆ.

℞ AQ. *Cinnamomi cum Vino Malvatico, vel alio generoſo diſtillat.* lib. j. *Caſſiæ ligneæ veræ* drac. vj. Stent tandiù in digeſtione, donec perfectè tingantur, poſteà filtra, & ad uſum reſerva.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

OMnibus frigidis affectibus idonea eſt. Stomachum, Jecur, Lienem, Pulmonem, Cor, Cerebrum, & nervos roborat. Viſum acuit. Venenis, venenatiſque ictibus ac morſibus prodeſt. Halitus gratiam commendat. Menſtrua, ac lotium educit. Nauſeam ſedat. Faſtidientem ſtomachum juvat. Omnibus tandem morbis auxiliatur, ubi calefacere, reſerare, attenuare, digerere, & confortare velimus. Qui tamen calidiori ſunt temperamento, cordis præſertim, aut aliquarum in meſenterio, cæteriſve locis partium inflammatione laborant, ea temerè non utantur.

## TINCTVRA HYPERICI.

℞ SVc. Herb. & flor. Hyperici exp. & dupurat. lib. ij. Anagallidis cum florib. purpureis exp. & depurat. lib.j. Sang. Aſinini ex venis poſt aures ext. lib. dimid.

Digitized by Google

mid. Flor. Buglossæ, roſar. rub. Anthos, ana drach. vj. Conf. AlKermes, Caſſiæ ligneæ, ana unc. dimid. Croci Or. drach. j. Infundantur per noctem, & B. M. deſtillentur ad ſecundum cohobium. ℞. Hujus aq. lib. ij. Eſſ. flor. Hyperici cum ſp. Vini ext. unc. dimid. Stent in loco tepido per noctem, manè aliquoties filtrentur, donec Tincturam rubicundiſſimam, rubini inſtar accipias; quæ ſacchari candi alb. ſ. q. edulcoranda, & ad uſum ſervanda.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Melancholia, Mania, Dementiis, faſcinationibus, & incantationibus, necnon in imminuta, & abolita Phantaſia, & ratiocinatione, hæc aqua valdè ſecreta eſt: imbecillitatem enim, hebetudinem, ſtupiditatem, torporemque mentis, & tarditatem ingenii emendat, & quantum per artem licet, corrigit, & omnes imaginationum affectus feliciter tollit. Inſuper Vrinam ciet. Menſtrua pellit. Tertianis, & quartanis ſuccurrit. Morbis quoque Renum, & Veſicæ prodeſt. Doſis à cochl. iij. ad iv. bis in die, manè ſcilicet ante Solis ortum, & veſperi eundo cubitum.

---

## TINCTVRA VITÆ.

℞ SP. *Vini ſimpl.* lib. vj. *Aq. Roſarum opt.* lib. iij. *Cort. Aurantiorum*, *Citri*, *Roſar. rubrar. exſicc. Menthæ criſp. Meliſſæ*, *Santali alb. Cinnamomi* ana unc. dimid. *Lig. Aloes*, *Macis* ana drach. ij. *Sem. Angelicæ*, *Coriand. Aniſi*, *Fœniculi* ana drach. j. dimid. *Spicæ nardi*, *Galang. min. Croci Orient. Cardamom. min. Caryophyllor.* ana drach. dimid. *Ambræ griſeæ*, *Moſchi Alexand.* ana ſcrup. dimid. Stent in digeſtione per octiduum, poſteà per alembicum diſtillentur.



Digitized by Google

℞. *Sp. evocati* lib. vii. *Caſſiæ ligneæ veræ* unc. ii. *Conſ. AlKerm.* unc. dimid. *Croci Orient.* ſcrup. i. Digerantur, donec perfectè tingantur, poſteà ſpiritus tinctus cum Sacch. candi alb. ſ. q. in phlegmate proprio diſſolut. edulcoretur, & ad uſum ſervetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SVa odoris eximia gratia Cor, & ſpiritus reficit, exhilarat, & vitam prolongat. Cerebrum, & Stomachum conſortat. Ventriculi calorem auget. Robur firmat. Flatus diſſipat. Concoctionem juvat. Tormina ventris ſedat. Inteſtina ſana conſervat; necnon ad frigida Thoracis, Hepatis, & Lienis vitia valdè utilis eſt. Doſis à Cochl. i. ad Coch. ii.

---

## TINCTVRA LIGNI GVAJACI.

℞. R*Aſ. Lig. Guajaci*, unc. iv. *Maſtichis elect.* unc. i. *Lig. Aloes reſinoſ.* drach. i. *Flor. Tunicæ exſic.* drach. dimid. Miſtis ſuperaffundatur ſp. Vini ſ. q. ad extrahendum tincturam, quæ poſteà filtrata ad uſum ſervetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CVm hac Tinctura ſæpiùs quotidiè abluantur os, & dentes dolentes; dolorem enim plerumque à Capitis defluxionibus ortum ſiſtit, Catharrum inhibet, fœtorem & putredinem oris aufert, ejuſque halitum emendat. Temporibus etiam Empl. de Gum. Elemi, vel Maſtiche factum, ſimul applicetur, quod tamen ante applicationem optimè calefiat. Item poſt expuitionem ſemper os decocto aniſi diligenter abluatur.

TIN-

Digitized by Google

## TINCTVRA LIGNI SASSAFRAS.

℞ AQ. *Fontanæ benè coct. & adhuc ſummè calidæ* lib. viii. *Ligni ſaſſafras in taleolas tenues inciſ.* unc. ii. Stent in infuſione per noctem in olla nova vitreata, & benè cooperta, donec per ſe refrigeſcant: Manè per chartam filtrentur, & colatura clara cum Tinct. Caſſiæ Ligneæ parum aromatizetur, & ad uſum pro potu quotidiano ſervetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAtarrhoſis, & Arthriticis Nectar eſt: Ob ingentem enim ſiccitatem, & moderatum calorem eſt remedium excellens ad omnis generis defluxiones, quas radicitus abſumit: necnon calculum eiicit. Flatus diſcutit. Vterum ad conceptionem præparat. Menſes provocat. Concoctionem juvat. Vomitus cohibet, & alvum ſubducit. Sed iis, qui extenuati ſunt, & imbecilles non convenit. Doſis propriè non obſervatur, ſed patiens ad libitum bibat, continuando per aliquot ſeptimanas.

---

## TINCTVRA ODONTALGICA.

℞ R*Aſ. Lig. Guajaci* unc. ii. *Saſſafras*, *Sarſ. Parill.* ana unc. i. *Rad. Pyrethri*, *Aluminis crud. Nitri præp.* ana unc. dimid. *Sem. Staphiſagriæ*, *Hyoſcyami* ana drach. ii. *Opii Spagyricè præp. Caryophyll.* ana drach. i. dimid. *Serpilli*, *Origani*, *Croci Or.* ana drach. i. Miſce, & f. pulvis, quem inde vitrò, & ſuperfunde ſp. Vini ſimpl. & aceti vini ana lib. i. dim. & f. Tinctura.

*Vires, Vſus, Doſis.*

DE hac Tinctura tantillum calidè in ore contineatur loco illo, ubi ſunt dolentes dentes; poſteà iterùm exſpuatur, & reiteretur, ſi opus eſt; efficaciſſimè omnes dentium dolores etiam acutiſſimos, affluxus inhibendo, ſedat atque placat. Immò mirabiliter extrahit humores illapſos: ab initio quidem videtur ſæpiùs dolor augeri, ſed paulò poſt mitigatur & deſinit.

---

## TINCTVRA VTERINA.

♃ B*Ac. Chamæactes*, *Sambuci* ana unc. iv. *Rad. Bryoniæ* unc. j. *Herbæ Majoranæ*, drach. j. Miſc. & affunde aq. Hyſteric. Li... A. dictæ ſ.q. Adde etiam aliquot guttulas ſp. Vitrioli, & fiat digeſtio in B.M. per aliquot dies uſque dum Tincturam rubini inſtar accipias, quam ad uſum reponas.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAnifeſtiſſimam hyſtericam, & Cephalicam vim habet: propterea omnes ſuffocationes, & ſtrangulationes uteri, etiam periculoſiſſimas; necnon præcordiorum compreſſiones, & dolores tollit. Doſis à Cochl. dimid. ad Cochl. j. per ſe, vel in aq. ſingulari hyſterica.

---

## TINCTVRA DIAPHORETICA.

♃ SP. *Vini ex confectione Bezoartici ſolaris noſt. reſidui*, *Flor. Sambuci rectif.* ana unc. iv. *Tartari aliquoties rectif.* unc. iij. *Vitrioli opt.* unc. j. *Conf. AlKermes* drach. vj. Digere per aliquot dies, ſæpius movendo, uſquedum per-

Digitized by Google

perfectè tingatur; poſteà liquor tinctus, & filtratus ad uſum reponatur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Peſte, putredine, morbis Capitis, Paralyſi, rectificatione ſanguinis, tremore Cordis, Cachexia, Hydrope, Ictero, Aſthmate, Pleuritide, Angina, puncturis laterum, Lue Venerea, Lepra, Vermibus, contracturis, menſibus retentis, Febribus, &c. ſingulare eſt medicamentum: membra enim principalia confortando, ſuperfluitates conſumendo, noxia corrigendo & expellendo, omnes nervos, muſculos, & medullam vi ſua diaphoretica penetrat; necnon omnia in priſtinum, naturalemque ſtatum reducit. Doſis à Cochl. dimidio ad integrum in aq. Card. bened. Sambuci, jaceæ &c.

## TINCTURA STYPTICA.

℞ *Vitell. ovorum ad duritiem coctorum* N. xxj. *Conſ. rad. Conſolid. major. Flor. Papav. errat.* an. unc. iv. *Raſ. Coll. Piſcium, Nuc. Moſchatæ, Gum. Arabici* ana unc. ij. *Cap. Papav. alb. cum ſeminibus, Flor. Urticæ mort. rub. Suc. Acaciæ*, ana unc. j. Miſc. & infundantur per 24 horas in Vini rubri ſtyptici lib. vj. poſteà adde aqu. Hypnoticæ noſt. unc. x. miſc. & in B. M. diſtillentur.

♃. *Liquoris ſtillatitii* lib. iv. *Sang. Draconis ſp. Vitrioli parum irrorati* q. ſ. Miſc. donec perfectè tingatur; deindè filtra, & tinctura rubicundiſſima Syr. è ſuc. flor. Papav. errat. priùs edulcorata, ad uſum ſervetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus alvi fluoribus, nempè Dyſenteria, Diarrhœa, Lienteria, Teneſmo, &c. valdè utilis, & magnæ efficaciæ eſt. Doſis ab unc. ij. ad unc. iij.



Digitized by Google

# SECTIO III.

## DE EXTRACTIS.

### BEZOARTICUM SOLARE.

℞ T*Heriacæ Andromachi*, *Mithrid. Damoc.* ana unc. viij. *Raſ. Lig. Guajaci*, *Saſſafras* ana unc. vj. *Bac. Iuniperi*, *Rad. Enulæ Camp. Angelicæ* ana unc. iv. *Vincetoxici*, *Zedoariæ*, *Tormentillæ* ana unc. ij. *Serpentariæ*, *Imperatoriæ*, *Valerianæ*, *Scorzoneræ*, *Diptam. alb. Petaſitis* ana unc. j. *Maſtichis elect. Myrrhæ rub. Lig. Aloes pond. Calami aromat. Cardamomi min. Zingib. alb. Cubebarum*, *Croci Orient. Macis* ana drach. vj. Pulveriſata, & miſta opt. ſp. V. ſecundùm artem Spagyricam extrahantur, ac Spiritum ab eſſentia extracta in lento balnei calore abſtrahe, donec craſſamentum inſtar mellis in fundo relinquatur; poſteà adde: *Confect. AlKermes* unc. i. *Bezoart. Ioviał. Diaphoret. mineral. Lap. Bezoar. Or.* ana unc. dimid. *Corn. Alcis*, & *Cervi Spagyricè calcinator. Cinnabaris nat. præp. Terræ ſigillatæ*, *Flor. Nitri* ana drach. iii. *Unicorn. Mineralis*, *Solaris*, *Animalis* ana drach. i. dimid. *Sal. Margarit. Or. Corallor. rub. Flor. Benzoin. Lact. Sulphuris* ana drach. i. *Sal. Veronicæ*, *Scabioſæ*, *Scordii* ana ſcrup. iv. *Lap. 5. pretioſor. præp. Oſſ. de Corde Cervi*, *Serpentum* ana drach. dimid. *Ambræ griſeæ*, *Moſchi laudat.* ana ſcrup. i. Omnia diligenter incorporentur, & demum immiſc.

Ol.

Digitized by Google

Ol. *Stil. Roſarum veri*, *Sem. Angelicæ*, *Aurantiorum*, *Succini albi*, *Caryophyllorum*, *Nuc. Moſchat. Cinnamomi*, *Camphoræ*, *Rutæ hort. Citri rect.* ana drach. i. Denuò miſc. & redigantur in formam juſtæ conſiſtentiæ, & ſalem è fœcibus calcinatis arte extractum majoris efficaciæ ergò admiſcere poteris.

## *Vires, Uſus, Doſis.*

IN variis, & ferè omnibus morbis, ſummum arcanum, immò efficaciſſimum medicamentum eſt, contra omnia metallica, animalia, & vegetabilia venena; ut potè Mercurium ſublimatum, Arſenicum, Napellum, Cerebrum felis, Toxica, Philtra, Virus aranearum, Viperarum, Serpentum, Scorpionum, & Bufonum, &c. quæ à corde, & cæteris membris principalibus per ſudorem virtuoſiſſimè expellit, totumque corpus penetrat, & conſervat. Valet quoque poſt debitum purgans in omnibus putrefactionibus, & ſuperfluis humiditatibus corporis, undecunque proveniant: Cachexia, Hydrope, &c. In Eryſipelate, (ita tamen, ut in robuſtioribus venæ ſectio præcedat) ſudore Anglico, Puncturis laterum, Variolis, Morbillis, Aſthmate, Melancholia, Lue Venerea, Obſtructionibus, & doloribus Hepatis, & Lienis, Lepra, Contracturis, longis, & obfirmatis morbis, &c. Item in Arthritide, Podagra, Gonagra, Iſchiaſi, Febribus, Menſibus retentis, Icteritia, necnon in Iliaca, & Colica paſſione, &c. ſingulare, & incomparabile eſt experimentum. In Peſte, morbo Ungarico, & in omnibus morbis Epidemicis ſecretum magnum eſt, quod ad miraculum, ægrotantium teſtimonio, operari ſolet: Eſt enim Veneni totius corporis, ut ſummatim dicam, univerſalis evacuatio. In Apoſtemate, Anthrace, Carbunculo, Pleureſi vera, doſis una adminiſtretur; deindè exactis quinque horis alteram exhibe, & qui illam horam



Digitized by Google

ram attingit ut tertiam doſin accipiat, de felici reſtitutione nequaquam dubitet. Si autem æger medicamentum vomitu reiiciat, mox illud repetendum; immò etſi illud retineat, ſemel exhibere non ſufficit, ſed ut venenum peſtilens planè è corpore eiiciatur, omninò neceſſarium eſt Alexipharmaca, & ſudorifera intra biduum quinquies, vel ſexies repetere: Quod cùm ſæpè negligatur, quàm plurimi, qui ſervari poſſent, moriuntur, & nobiliſſima etiam remedia infamantur. Inter ſudandum æger reficiatur Conſ. Roſar. Vitriolat. Acetoſ. Rob. Ribium, Succo, & Syrup. Citri, Granator. aq. cordialibus, & ſimilibus, &c. & à ſomnò æger abſtineat, donec bis ſudaverit. Finito ſudore linteis mundis, & moderatè calentibus totum corpus exſiccetur, diligenterque videndum, ne aere frigido occurrente venenum expulſum intrò recedat; linteamina quoque, & tegumenta lectorum mutentur: Si autem æger ſudore defatigatus fuerit, utatur cibis confortantibus, ut ovis recentibus, juſculis carnium, Ptiſana, & aliis, qui ſunt molles, & in parva quantitate multum nutriunt. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. j. Verùm correptus Peſte, ſive extremè deſperatus, ſtatim ab initio drach. dimid. vel ſcrup. ij. ex aq. Corn. Cervi noſt. vel Theriacali, aut Card. benedicti, aut alio appropriato vehiculo aſſumat, & ſudet; potentiſſimè venenum è centro foras vi ſua diaphoretica pellit: videbitis enim totum corpus ſudore diffluere: Pro quo divino auxilio nomen Domini ſit benedictum.

## AVREA HADRIANEA.

♃ E*xtractorum ſequentium cum aceto deſtillato factorum, Theriacæ Venet. Mithridatii, Gran. Al-Kermes* ana unc. j. *Rad. Anthoræ, Enulæ camp. Angelicæ* ana unc. dimid. *Scordii veri, Croci Orient. Vuar. Lupinor.* ana drach. iij. *Corn. Cervi, & Alcis ſpagyricè calcin. Bol. rub.*

*rub. cum ſuc. Citri præp. Terræ ſigillatæ, Lap. Bezoart. Or. Diaphoretici min. Bezoart. Iovial.* ana drach. ij. *Hyacinth. præp. Smarag. præp. ſal. Abſynthii Pont. Card. Bened. Centaur. min.* ana drach. j. dimid. *Mag. Perlar. Or. Corall. rub. Oc. Cancri* ana drach. j. *Oſſ. de corde Cervi, Serpentum, Unicorn. Animal. Ext. Lig. Aloes* ana drach. dimid. *Ol. ſtil. Succini alb. rect. camphoræ, Zedoariæ, Roſar. veri* ana ſcrup. j. *Caryophyl. Cinnamomi, Citri rectif. Angelicæ, Rutæ* ana ſcrup. dimid. Extracta miſce diligenter, ut invicem benè uniantur, & poſtquam probè miſta fuerint, adde olea, reliquoſque pulveres tenuiſſimè tritos; quos paulatim inſperge, tepidè miſcendo in formam extracti.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ANtidotus hæc à pretio, & virium præſtantia Aurea dicitur, & in virtute, & operatione Bezoartico noſtro Solari quàm proximè accedit, & paratu etiam eſt facilior. Inprimis contra Peſtem, morbos Epidemicos, & adverſus omnia venenorum genera, præſtantiſſimum eſt remedium. Quicunque enim in Peſte hanc medicinam uſurpaverit, eamque retinuerit, & deſuper ſudaverit, poſt Dei providentiam, evadet. Infectus autem utatur à drac. dimid. ad drac. i. in ſumma neceſſitate, & in lecto operatio expectetur; & ſomnus, dum ſudant, inhibendus, quem Medici quàm plurimi 24. horarum ſpatium, præſertim Anthrace, & Bubone apparentibus, non concedunt; qui tamen cùm vires reſtauret, & in ſomno ad exteriora potiùs, quàm interiora, calor feratur, non ultra modum inhiberi debet: Neque ægri per vim ad ſudores, niſi ſpontè erumpant, impellendi; cum & ſine eo, huius Alexiterii uſu, per inſenſilem tranſpirationem fiat evacuatio, & peſtifera illa vis retundatur, quod in omnibus Diaphoreticis exhibitis obſervandum. Inſuper Epilepticis, Apoplecticis,

ſticis, Hæmicranicis, Cephalicis, Vertiginoſis, Spaſmaticis, Paralyticis, & Melancholicis benefacit. Aſthmaticis, Cardiacis, Lienoſis, Hepaticis, Hydropicis, Hæmoptoicis, Dyſentericis, Cœliacis, Colicis, Iſchiaticis, Podagricis; necnon Febribus Quotidianis, Tertianis, & Quartanis præſenti eſt auxilio. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. j. & drach. dimid. in vehiculis appropriatis, & ſpecificis.

## EXT. PANCHYMAGOGON.

℞. F*Ol. Senæ elect.* unc. viij. *Pulp. Colocynthid. Rad. Turbith. alb. Hellebori nigri* ana unc. iv. *Mechoacannæ, Hermodact. alb. Elaterii veri, Ialappæ reſinoſ.* ana unc. iij. *Aloes roſatæ, Rhabarb. elect. Bacc. Ebuli* ana unc. ij. F. ſecundum artem ſpagyricam Extractum juſtæ conſiſtentiæ, cui adde:

*Scammonii roſat. Acidi Tartari* ana unc. j. *Ol. Caryophyllor. Cinnamomi, Fœniculi, Maſtichis, Chamomillæ, Aurantiorum, Macis* ana ſcrup. j. Miſc. & in forma pilulari ad uſum repone.

*Vires, Uſus, Doſis.*

CAtharticum eſt univerſale, omnique ætati utile: Quia tàm in genere, quàm in ſpecie omnes ſuperabundantes, & moleſtantes humores, quibuſcunque corporis partibus, & anfractibus deliteſcentes, ſuaviter & citra ullam nauſeam expurgat. Doſis à ſcrup. j. ad ſcrup. ij. & drach. j. præſertim in robuſtioribus.

## EXT. POLYCHRESTUM.

℞. A*Loes roſatæ, Fol. Senæ elect.* ana unc. iv. *Hermodact. alb. Turbith. alb.* & *gum. Ialappæ* ana unc. iij. *Hellebori nigri, Mechoacannæ, Troch. Albandal.* ana unc.

unc. ij. *Gum. Peruviani*, *Myrrhæ rub. Maſtich. elect. Ammoniaci*, *Sagapeni*, *Opopanacis*, *Sarcocollæ* ana unc. j. dimid. *Agarici trochiſcat. Bac. Ebuli exſic. Rhabarb. elect.* ana unc. j. *Myrob. Citrinor. & Indor. Polypodii quercini*, *Epithymi opt. ſem. Cumini*, *Flor. Stæchad. Arab.* ana unc. dimid. *Caſtorei veri*, *ſpicæ Indicæ*, *Caryophyllor.* ana drach. ij. Miſta extrahantur l. a. opt. ſp. V. & fiat juſtæ conſiſtentiæ Extractum pro pilulis noſtris polychreſtis.

*Vires*, *Uſus*, *Doſis*.

VOcatur polychreſtum, quòd ad multos affectus corporis præter naturam ſit utile, & omnes humores purget. Doſis à drach. dimid. ad drach. j. per ſe, vel cum aliis Catapotiis miſtis. Acuitur cum Scammonio noſtro roſato.

---

## EXT. SPECIFICUM HYDROPICUM.

℞. SUc. inſpiſſ. *rad. Ireos noſt. Elaterii veri* ana unc. viij. Miſc. & ſp. Vini, in quo Spec. Diarrhod. Abbat. maduerint, l. a. extrahe, & extractionem ſeorſim cuſtodi; deindè: ℞. *Pulp. Colocynthid. Rad. Turbith. alb. & gum. Hellebori nigri* ana unc. iv. *Rhabarbari elect. Ialappæ gummos. Mechoacannæ* ana unc. ij. *Cort. int. rad. Sambuci*, *Iuglandis*, *Frangulæ* ana unc. i. *Herb. Gratiolæ*, *Fumariæ*, *Gran. Coccognidii*, *Bac. Ebuli* ana drach. vi. Miſc. & ſimiliter cum ſp. V. rectif. in quo priùs Spec. Diacubebæ maduerint, extrahantur: poſtea omnes extractiones miſtæ in lento B. calore abſtrahantur, quoad craſſamentum inſtar pultis in fundo relinquatur, & tunc demum adde: *Mag. Ghittajemou*, *Scammonii roſati* ana unc. i. *Tartari vitriolati*, *Hyacint. præp.* ana unc. dimid. *Croci Metallor. Abſynthiac. Mercurii vitæ* ana drach. ii. *ſpir. Vitrioli rect.* drach. i. Hæc omnia ſubtiliſſimè, & ſeor-

Digitized by Google

& ſeorſim pulveriſata incorporentur fideliter, & circa finem immiſce: Oleor. Cinnamomi, Caryophyllor. Macis, Chamomillæ, Aurantior. Menthæ criſp. ana drac. dim. Et fiat ſ. a. Extractum, ſeu maſſa juſtæ conſiſtentiæ.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

SPecificum eſt Hydropicum; principaliter enim ad ſeroſum Hydropicorum excrementum purgandum, omnes ſuperfluas humiditates expellendum, aquam flavam emittendum, & materiam tumoris diſcutiendam inventum, & accommodatum eſt. Morbos etiam omnes ab humore ſalſo, & uſto natos; Elephanthiaſin, Pſoram, Lepram, Cancrum, Impetiginem, Serpiginem, Ulcera maligna, & fiſtuloſa præcavet, & curat. Exhibetur in aurora matutinali, & cum cautela, quoniam eſt Catharticum forte, phlegma, pituitam, ſeu aquoſitatem omnem à toto corpore validiſſimè purgans.

---

## EXTRACTUM DIASENÆ.

℞. FOl. *Senæ elect.* unc. iv. *Rad. Ialappæ*, *Polypodii.* ana unc. ij. *Agarici alb.* unc. ij. *Hellebori nigri præp. Rhabarb. elect.* ana unc. j. *ſem. Fœniculi* unc. dimid. *Cinnamomi*, *Schænant.* ana drach. ij. *Zingib. alb. Zedoariæ* ana drach. j. Macerentur in ſ. q. aqu. ad tepidum calorem, extrahatur aqua, & affundatur nova, donec tota virtus ſit educta: evaporentur ſecundum artem ad mellis craſſitiem, cui miſce: Ol. Aniſi, & Caryophyllor. ana ſcr. j. Et f. Extractum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

EST purgans utiliſſimum in omnibus conſtitutionibus, præſertim Melancholicis, &c. Doſis à drach. j. ad ſcrup. iv.

---

## EXT. SPECIFICUM EMETICUM.

℞. *Spec. Diarrhod. Ab.* unc. j. dimid. *Rad. Aſari recent. exſic. Bryoniæ, Cyclamin.* ana unc. j. *Cort. int. Rad. Frangulæ, Rhabarb. opt. ſuc. Glycyrrhiz. Maſtichis elect.* ana unc. dimid. Ex his cum ſp. V. tincturam in digeſtione, ut decet, aliquoties in die movendo extrahe, & ſeorſim cuſtodi; deinde: ℞. *Rad. Eſulæ min. præp. Helleb. alb. præp.* ana unc. viij. Inciſis, & mediocriter tritis Spiritus ſuperior tinctus ſuperaffundatur, atque in Lento balnei calore per 14. dies macerentur: poſtea ſpiritum per inclinationem aufer, & recentem affunde, tamdiù donec omnis eſſentia extracta ſit. Ultimò ſp. Vini verè tinctum, ſimulque miſtum ſ. a. ſpagyricam abſtrahe, uſquedum in fundo inſtar mellis appareat & tunc adde: *Sal. Vitrioli alb.* unc. dimid. *Gum. Ghittajemou, Tartari vitriolati* ana drach. ij. *Ol. Caryophyllorum, Cinnamomi, Nuc. Moſcat.* ana ſcrup. j. Miſce denuo, & f. l. a. Extractum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

EST ſpecificum Emeticum, & operatur variè per vomitum & ſeceſſum in omnibus Febribus, dolore Capitis, Arthritide, Podagra, Icteritia, Hydrope, Hepatis, & Lienis obſtructionibus, necnon in appetitu corrupto, & debilitato ventriculo, &c. valdè efficax eſt: Nihil enim pravi in illo relinquit, ſed omnes im-

impuros, & peccantes humores radicitùs evellit, nec quicquam infert nocumenti. Doſis habita ratione complexionis, & ſexus à ſcrup. j. ad drach. dimid. in liquore convenienti, vel in forma pilulari non longe à paſtu; tunc enim minori moleſtia vomitum movet.

---

## EXT. SPECIFICUM COLICUM.

℞. F*Laved. Cort. Aurantior.* unc. vj. *Spec. Diacumini, Gran. Iuniperi*, ana unc. iij. *Rad. Enulæ camp. Pimpinellæ, Caryophyllatæ, Zedoariæ* ana unc. j. dimid. *Sem. Chærefolii, Bac. Lauri exſic. Herb. Serpylli, Majoran. Suc. Glycyrrhiz.* ana unc. j. *Cardamomi min. Croci Orient.* ana drach. vj. Miſc. & extrahantur ſp. Vini, quem poſtea in B. M. ad ſpiſſitudinem mellis abſtrahe, & adde: *Nitri vitriolati*, drach. iij. *Corn. Cervi ſpagyricè calc. Tali Leporini, & ſuilli calc.* ana drach. ij. *Succini alb. præp. Mag. Corallorum, Lap. Carpionis* ana drac. j. dimid. *Diaphoretici mineral. Bezoart. Iovialis, Lap. Bezoart. Or. Lact. ſulphuris* ana drach. j. *ſp. ſalis rectific.* drach. dimid. Miſc. & fiat ſecundum artem Chymicam Extractum; cui denuò immiſce: *Ol. Carminativi noſt.* drach. ij. *Angelicæ, Caryophyllor. Succini alb. Maſtichis, Macis, Cinnamomi, Citri* ana ſcrup. j. Omnia benè incorporentur, & tandem Extractum ad uſum reponatur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

HOc ſpecificum Colicum valet propriè ad Colicam, & Iliacam paſſionem ex cauſa frigida, humida, & flatuoſa ortam; quoniam depoſitis priùs alvi excrementis, in vehementiſſimis, & graviſſimis inteſtinorum doloribus ſedandis, ſecretum eſt. Craſſos enim, & lentos humores tenuat, & flatus diſſipat. Hypochondriorum, & ventriculi diſtenſionem, & inflationem pla-

placat. Pectoris refrigerationi, & viſcerum imbecillitati opitulatur. Senibus, & quartanariis confert. Stomachi concoctionem juvat, & tartarum in inteſtinis reſolutum virtuoſiſſimè expellit. Doſis à ſcrup. i. ad drach. dimid. in aqu. noſtra contra Colicam, vel in alia appropriata.

---

## EXT. SPECIFICUM UTERINUM.

℞. B*Ac. Sambuci exſicc. Chamæactes* ana unc. iv. *Rad. Pæoniæ debitè collect. Artemiſiæ rub. Dictam. alb. Bryoniæ* ana unc. ij. *Viſci quercini*, *ſem. Ameos*, *Herb. Pulegii*, *Meliſſæ rec. exſic. Caſſiæ ligneæ* ana unc. i. *Croci Orient. Caſtorei veri* ana unc. dimid. Miſce, & extrahe cum ſp. Vini tincturam, & ſepara ſpiritum ad remanentiam extractorum; poſtea adde: *Sang. Porcæ in clibano exſiccati*, & *cum aq. Hyſteric. præp.* unc. dimid. *Bezoart. Jovialis* drach. ij. *Mag. Jovis Anglic. Matris Perlar. Corallorum* ana drach. i. dimid. *Ol. Anthophyllorum*, *Angelicæ*, *Succini albi*, *Aurantiorum* ana drach. i. Denuò miſce, & fiat Extractum, quod ad uſum reſerva.

*Vires, Uſus, Doſis.*

NOn habemus Vterinum ſecretius: Quia in ſuffocatione matricis, ubi omnia irrita, & quaſi deſperata ſunt, eſt medicina ſaluberrima; Hujus enim ferociſſimi affectus cauſam abſcindit, & omnes vel deploratiſſimas mulierum præcipitationes & ſtrangulationes uteri ob ſpermatis retentionem, aliaſque cauſas quàm plurimas ſiſtit, & matricis motum perfectè ſedat. Doſis hujus ſpecifici Vterini eſt à ſcrup. j. ad drach. dimid. tribus, aut quatuor diluculis continuis in aq. noſtra hyſterica, vel alia convenienti, utpotè Artemiſiæ, Meliſſæ, Matricariæ, Pulegii &c.



Digitized by Google

# LAUDANUM OPIATUM.

℞. *Opii Thebaici ſpagyricè præp.* unc. ij. *ſuc. Flor. Papav. errat. inſpiſſ.* unc. j. *Rad. Cynogloſſæ*, *Mumiæ tranſmar. Styrac. Calamit. ſuc. Glycyrrhizæ*, *Croci Orient.* ana unc. dimid. Cum ſp. V. extrahe tincturam cujuſque ſeorſim, præter opium, quod vel aceto diſtillato, vel ſuc. Citri extrahendum; poſtea tincturæ extractiones in lentiſſimo Balnei calore ad ſpiſſitudinem mellis abſtrahe, & adde: *Ext. Lap. Bezoart. Orient. ſulph. Anodyni Vitrioli* ana drac. ii. *ſal. Margarit. Orient. Corallor. rub.* ana drach. j. *Corn. Alcis Hermeticè calc. Oſſ. de cord. Cervi*, *Succini alb. præp.* ana drach. dimid. *Ambræ griſeæ* ſcrup. j. *Moſchi laudat.* ſcrup. dimid. Omnibus exactè incorporatis, & miſtis adde: *Auri potab. noſt.* drach. j. dimid. *Ol. Chamomill. Rom. Aurantiorum*, *Caryophyll. Abſynthii*, *Nuc. Moſc. Anethi*, *Citri rect. Aniſi*, *Carvi* ana ſcrup. dimid. Denuò miſce, & ex his ſecundum artem Chymicam, fiat Maſſa pilularis, ſeu extractum.

## *Vires, Uſus, Doſis.*

IN ſiſtendis omnibus humorum, & catarrhorum profluviis ſanguinis, & menſtruorum excretionibus. In vigiliis, & inquietudinibus immodicis, & in omnibus febrium generibus, viriumque reſolutionibus: In phreneſi, Mania, Melancholia, Vomitu, Epilepſia, Cardiaca, Singultu, Colica, debilitato Ventriculo, Pleureſi, Arthritide, Gonagra, Podagra, Iſchiaſi, Lithiaſi, & Nephritide, Medicamentum eſt ſtupendum. Quia in ſedandis omnibus vehementiſſimis, & acutiſſimis doloribus, divinum eſt auxilium, & quaſi ultimum Aſylum. Illuſtrius, præſentius, tutius, & ſecretius Anodynum in Republica ſpagyrica vix excogitari poteſt; teſtor rerum Medicarum ipſiſſimam matrem, eandemque Nutricem Experientiam. Propterea ad glo-

Digitized by Google

gloriam Altiſſimi, & proximi ægrotantis ſalutem hoc ſolo utere, & mecum gratias age. Doſis à granis ij. iii. ad gr. iv. v. vel vi. quæ veſperi circa introitum lecti, corpore inanito, & evacuato offerantur: refert autem cœnam eo die omittere, ne cibus corrumpatur. Et quia Laudanum opiatum hodiè famoſiſſimum, & frequentiſſimè uſurpatur; varium ejus uſum hic ſubnectere placet.

## IN CAPITIS AFFECTIBUS HAUSTUS.

℞. L*Audani Opiat.* gran. iij. iv. v. vel vj. *Aq. Majoranæ* unc. dimid. *ſyrup. Betonicæ* drach. ij. *Conf. Smaragd.* ſcr. j. *Ol. Margarit. Or.* gut. iij. *Fœniculi* gut. j. *ſp. Vitrioli q. ſ. ad gratiſſimam acetoſitatem*. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

### *ALIUS.*

℞. *Laudani Opiat. q. v. ſyrup. è ſuc. Ceraſor. nigr. Aq. Verbenæ, Nuc. Moſchat.* ana drach. ij. *Conf. Hyacinth.* ſcru. j. *ſal. Corallorum rub.* gran. iij. *Ol. ſuccini alb.* gut. j. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

### PILULÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Perlar. Or. Smarag. præp.* ana gran. iij. Miſc. & cum Ol. Fœniculi formentur Pilulæ parvæ deaurandæ pro una doſi.

### *ALIÆ.*

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Corallor. rub. Hyacinth. præp.* ana gran. iij. Miſc. & cum Ol. Succini alb. vel Majoranæ fiant Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una doſi.



Digitized by Google

## BOLVS.

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Conſ. Majoran.* drac.i. *Conf.Smaragdinæ* ſcrup.i. *Spec. Diambræ* ſcrup. dimid. *Elæoſacch. Cinnamomi q.ſ.* Vt fiat Bolus pro una doſi.

### *ALIVS.*

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Conſ. Anthos* drach. i. *Conſ. Hyacinth.* ſcrup. i. *Spec. Diamoſc. dulc.* ſcrup. dimid. *Ol. Maceris* gut. i. *Man. Chriſti perlat.* q.ſ. Miſc. & fiat Bolus pro una doſi.

---

## IN CORDIS AFFECTIBVS HAVSTVS.

℞. L*Audani Opiat.* q.ſ. *Syrup. Limonum* drach. ii. *Aq. Borraginis, Cinnamomi, Roſarum, Nymphææ* ana drach. i. *Conf. AlKermes, Tinct. Corallorum* ana ſcrup. dimid. *Sal. Perlarum Or.* gran. iii. Miſc, & fiat hauſtus pro una doſi.

### *ALIVS.*

℞. *Laudani Opiat.* q.ſ. *Syrup. Acetoſit. Citri, Rubi Idæi* ana drach. ii. *Aq. Meliſſæ, Bugloſſæ* ana drach. i. dimid. *Conf. Pretioſ. noſt.* ſcrup. i. *Tinct. Rubini veræ* ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

## PILVLÆ.

℞. *Laudani Opiat.* q.v. *Margar. trochiſc. noſt. Oſſ. de Corde Cervi* ana gran iii. Miſc. & cum Ol. Maceris fiant Pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

### *ALIÆ.*

℞. *Laudani Opiat.* q.ſ *Lap. quinque pretioſor. præp. Be-*

*zoar.*

*zoar. Orient.* ana gran. i. Miſc. & cum Ol. Cinnamomi fiant Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una doſi.

## BOLUS.

℞. *Laudani Opiat.* q. v. *Conſ. Borrag. vitriol.* drach. i. *Conſ. AlKermes* ſcrup. i. *Spec. Diamarg. frigid.* ſcrup. dim. Man. Chriſti perlat. q. ſ. ut fiat Bolus pro una doſi.

## *ALIUS.*

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Conſ. flor. Tunicæ vitriol.* drach. i. *Conſ. Citri noſt.* ſcr. i. *Spec. Diarrhod. Abb.* ſcrup. dimid. *Elæoſacch. Cinnam. q. ſ.* ut fiat Bolus pro una doſi.

---

# IN EPILEPSIA, VERTIGINE, &c.

## HAUSTUS.

℞. L*Audani Opiat.* q. ſ. *Syr. flor. Pæoniæ*, *Aq. Lilior. convall. Epilepticæ noſt.* ana drach. ii. *Conſ. Cephalic. noſt.* ſcrup. i. *Ol. Cubebarum*, *Corn. Alcis* ana gut. i. *Sp. Vitrioli q. ſ. ad gratiam*. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

## *ALIUS.*

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Syrup. de Betonic. Aq. Lavendulæ*, *Tiliæ* ana drach. ii. *Conſ. Smaragd.* ſcrup. i. *Eſſ. Camphoræ* gr. iii. *Ol. Succini alb. Corn. Cervi* ana gut. i. *Elix. Pæoniæ noſt. q. ſ. ad gratam acetoſitatem*. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

## PILULÆ.

℞. *Laudani Opiat.* q. v. *Unicorn. Animal. Mag. Corallor.* ana gran. iii. Miſc. & cum Ol. Cranii humani fiant Pilulæ parvæ deaurandæ pro una doſi.

## ALIÆ.

℞. *Laudani Opiat.* q. v. *Mag. Cranii hum. Sulph. Lunæ ſic.* ana gran. iij. Miſc. & cum Ol. Ung. Alcis f. Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una doſi.

## BOLUS.

℞. *Laud. Opiat. q. ſ. Conſ. Flor. Pæoniæ vitriolat.* drach. i. *Conſ. Smaragd.* ſcrup. i. *Spec. Dia-Lunæ noſt.* ſcrup. dimid. *Ol. Roriſmarin.* gut. i. Miſc. & cum Rot. Diambræ f. q. fiat bolus pro una doſi.

## ALIUS.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Conſ. Anthoſ.* drach. i. *Conſ. Cephalic. noſt.* ſcrup. i. *Spec. Diacranei noſt.* ſcrup. dimid. *Ol. Lavendulæ* gut. i. Miſc. & cum Rot. Diamoſch. dulc. f. bolus pro una doſi.

---

## IN VOMITU, SINGULTU, & Ventriculo debilitato.

℞. L*Audani Opiat.* q. ſ. *ſyrup. de Mentha*, *Aq. ſtomachal. noſt.* ana drach. iii. *Ext. Calami aromat. Sal. ſtomach. noſt.* ana gran. iv. *Ol. Nuc. Moſchat. Maſtichis* ana gut. i. *Elix. Vitrioli noſt. q. ſ. ad gratiam.* Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

## ALIUS.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *ſyrup. Cydonior. Aq. Calami aromat.* ana drach. iii. *Ext. Galang. min. Nitri vitriolat.* ana grana iv. *Ol. Caryophyll. Menthæ criſp.* ana gut. i. *Elix. ſulphuris noſt. q. ſ. ad gratiam.* Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

PI-

Digitized by Google

## PILULÆ.

℞. *Laud. Opiat.* q. ſ. *Spec. Diagalang.* ſcrup. dim. Miſc. & cum *Ol.* Salviæ fiant Pilulæ pro una vice, quæ deaurentur.

### *ALIÆ.*

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Spec. Aromat. Caryophyllat.* ſcrup. dimid. Miſc. & cum *Ol.* Abſynthii fiant Pilulæ parvæ deaurandæ pro una doſi.

## BOLUS.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Zingiberis condit.* drac. i. *Acori condit.* drach. dimid. *Ol. maſtichis, Zedoariæ* ana gut. i. Miſc. & cum Rot. Diagalang. fiat Bolus pro una doſi.

### *ALIUS.*

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Conſ. Menthæ criſp.* drach. i. *Diacydon. aromat.* drach. dimid. *Ol. Cinnamomi, Calami aromat.* ana gut. i. Miſc. & cum Rot. aromat. Caryophyllat. fiat Bolus pro una doſi.

---

# IN MELANCHOLIA, MANIA, & Phreneſi, &c.

## HAUSTUS.

℞. L*Audani Opiat.* q. v. *Julap. Baſilic. Aq. Bugloſſ.* ana drach. iii. *Spir. Terræ ſigillat. Eſſ. Hyperici.* ana ſcr. i. *Elix. proprietatis q. ſ. ad gratiam.* Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

### *ALIUS.*

℞. *Laudani Opiat.* q. v. *Aq. Meliſſæ* unc. dimid. *ſyrup.*

*Bugloſſ.* drach. ii. *conſ. Citri noſt.* drach. dimid. *Eſſ. Croci Or.* gr. iv. *Tinct. Smarag.* ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

## PILVLÆ.

℞. *Laudani Opiat.* q. v. *ſulph. Lunæ fic. Mag. Perlar. Or.* ana gran. iii. Miſc. & cum Ol. Cinnamomi fiant Pilulæ deaurandæ pro una doſi.

### ALIÆ.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Pulv. Teſtudinis combuſt. Mag. Corallor. rub.* ana gr. iii. Miſc. & cum Ol. Stil. Roſar. fiant Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una doſi.

## BOLUS.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *conf. Hyacinth.* drach. i. *Eſſ. Hyperici* ſcrup. i. *Spec. Diamargar. frig. Elæoſacch. Citri* ana ſcrup. dimid. Miſc. & cum Man. Chriſti perlat. ſ. q. fiat Bolus pro una doſi.

### ALIUS.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Conf. Smaragd.* drac. i. *Eſſ. Hyperici* ſcrup. j. *Tinct. Corallorum*, *Elæoſacch. Cinnamomi* ana ſcrup. dimid. Miſc. & cum Rot. Diarrhod. Abb. ſ. q. fiat Bolus pro una doſi.

---

# IN OMNIVM FEBRIVM GENERE.

## HAVSTVS.

℞. L*aud. Opiat.* q. ſ. *aq. Card. benedict.* unc. i. *ſyrup. de Centaur. min.* drach. ii. *ſal. Febril. noſt.* ſcrup. i. *Ext. Zedoariæ* ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

### ALIUS.

℞. *Laudani Opiat.* q. v. *aq. Febrifugæ noſt.* unc. i. *ſyr. de Ab-*

Digitized by Google

*Abſynt*. drach. ii. *Elix. Febril. noſt*. ſcrup. i. *Ext. Caryophyl.* ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

## PILVLÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. ſal. Febril. noſt*. ſcrup. dim. Miſc. & cum Ol. Abſynthii fiant Pilulæ parvæ deaurandæ pro una doſi.

## *ALIÆ.*

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Nitri vitriolat*. ſcrup. dim. Miſc. & cum Ol. Camphoræ fiant Pilulæ parvę deaurandæ pro una doſi.

## BOLVS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Theriac. Febril. noſt*. drach. i. *Zingib. condit*. drach. dimid. *ſpec. Febrifug. noſt*. ſcrup. i. *Elæoſacch. Myrrhæ* ſcrup. dimid. Miſc. & cum ſaccharo cando alb. fiat bolus pro una doſi.

## *ALIVS.*

℞. *Laud. Opiat. q. ſ. Theriac. Febril. noſt*. drach. i. *Calami Aromat. condit*. drach. dimid. *ſal. Febril. noſt*. ſcrup. i. *Elęoſacch. Rutæ* ſcrup. dim. Miſc. & cum Rot. Diarrhod. Abb. fiat Bolus pro una doſi.

---

# IN MORBIS PECTORALIBVS, Tuſſi, Aſthmate, Phthiſi, &c.

## *HAVSTVS.*

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. ſyr. de Glycyrrhiz. de Praſſio* ana drach. i. dimid. *aq. Loch. ſani, Hyſſopi, Fœniculi* ana drach. i. *Elæoſacch. Aniſi* ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

*ALIVS.*

Digitized by Google

## ALIUS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. aq. Marrubii, Tuſſilag. Veronicæ* ana drac. i. dimid. *ſyr. de Hyſſopo, de Jujubis* ana drac. j. *Rob. Nucum* drach. dimid. *Elæoſacch. Fœniculi* ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

## PILULÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Flor. Sulphuris comp. Benzoini* ana gr. iv. Miſc. & cum Ol. Salviæ fiant Pilulæ deaurandæ pro una doſi.

## ALIÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Lact. Sulphur. Tragacanth. alb.* ana gr. iv. Miſc. & cum Ol. Chamomillæ formentur Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una doſi.

## BOLUS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. Pectoral. noſt.* drach. i. *Loch. Sani & exp.* drach. dimid. *ſuc. Glycyrrhiz. ext. Elæoſacch. Fœniculi* ana ſcrup. dimid. *Extr. Croci Or.* gr. iii. Miſc. & cum Rot. Diaireos ſimpl. fiat Bolus pro una doſi.

## ALIUS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. conſ. Violarum* drach. i. *Loch. de pino* drach. dimid. *ſpec. Diaſulphur. noſt.* ſcrup. i. *Ext. Enulæ camp. Elæoſacch. Aniſi* ana ſcrup. dim. Miſc. & cum Man. Chriſti ſimpl. ſ. q. fiat Bolus pro una doſi.



Digitized by Google

## IN SISTENDIS OMNIBVS DEFLVXIONIBVS

omnium Humorum, & Catarrhorum tenuium, è capite in aſperam arteriam, perpetua tuſſi inſomniam parientium.

### HAVSTVS.

℞. Laudani Opiat. q. ſ. *aq. Cort. virid. jugland. Scabioſæ* ana drach. ii. *ſyr. de Papav. errat.* drach. i. dimid. *Rob. Nucum* drach. i. *Mag. Corallor. roſat. Elæoſacch. Nuc. Moſchat.* ana ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

### ALIVS.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *aq. Serpylli benedict. noſt.* unc. dim. *ſyrup. de Jujubis* drach. ii. *Diacodii crocat. noſt.* drach. i. *Elæoſacch. Cubebar.* ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

### ALIVS.

In cauſa valdè calida.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Vini Granator.* unc. dimid. *aq. Roſarum* drach. ii. *ſyr. de Papav. ſimpl. Diamor.* ana drach. i. dimid. *Nitri vitriol.* gran. iv. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

### PILVLÆ.

℞. *Laudani Opiat.* q. v. *Mag. Sandaracæ, Smaragd. præp.* ana gr. iv. Miſc. & cum Ol. Maſtichis fiant Pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

### ALIÆ.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Mag. Maſtichis, Succini alb. præp.* ana gr. iv. Miſc. & cum Ol. Thuris formentur Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una doſi.

BO-

Digitized by Google

## BOLVS.

℞. *Laudani Opiati q.ſ. conſ. Flor. Scabioſæ* drach i. *Loch. de Papav.* drach. dimid. *ſpec. Diaireos ſimpl.* ſcr. i. Miſc. & cum Diacodio ſolido fiat Bolus pro una doſi.

### *ALIUS.*

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Flor. Papav. errat.* drach. i. *Rob. de cornis* drach. dimid. *ſpec. Diamarg. frig.* ſcrup. i. Miſc. & cum Sacchar. penidii ſ. q. fiat Bolus pro una doſi.

---

## IN OMNIBVS PROFLVVIIS Inteſtinorum.

### HAVSTVS.

℞. L*Audani Opiat. q.ſ. aq. Tormentillæ* unc. dimid. *ſyr. ſtyptici noſt.* drach. ii. *Eſſ. Flor. rub. urticæ mort.* ſcrup. i. *Ext. Rad. Biſtortæ, Elæoſacch. Nuc. Moſch.* ana ſcr dim. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

### *ALIUS.*

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. aq. Plantaginis* unc. dimid. *ſyr. Cydonior.* drach. ii. *Eſſ. Balauſtior.* ſcrup. i. *Ext. Tormentillæ, Elæoſacch. Caryophyllor.* ana ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

### PILVLÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Corallor. roſat. Croci Martis* ana gr. iv. Miſc. & cum Ol. Maſtichis fiant Pilulæ parvæ pro una doſi, quæ deaurentur.

*ALIÆ.*

Digitized by Google

## *ALIÆ.*

℞. *Laudani Opiat.q.ſ. Mag.Gum.Arabici, corn.Cervi uſti & præp.* ana gran. iv. Miſc. & cum Ol. Salviæ fiant Pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

## BOLUS.

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Conſ. Roſar. antiq.* drach. i. *Conſ. Narcot.noſt.* ſcrup.i. *Spec. Dia Martis noſtr. Elæoſacch. Aurantior.* ana ſcrup. dim. Miſc.& fiat cum Rot. Diarrhod. Abb.ſ.q. Bolus pro una doſi.

## *ALIUS.*

℞. *Laudani Opiat. q.ſ.Conſ. Flor. Symphyti* drac. i. *Conſ. Stypticæ noſt.* drach.dimid. *Spec.Diaplantag.noſt.Elæoſacch. Citri* ana ſcrup. dimid. Miſc. & cum Rot. Diamarg. frig. fiat Bolus pro una doſi.

---

## IN SANGVINIS EXCRETIONE, & Menſtruorum nimia evacuatione,

## HAVSTVS.

℞. L*igni Braſilii M. j. Gum. Arabic.* drach.iii. Coq.in diplomate cum vini albi ſ. q. ℞. *Colaturæ claræ.* unc.. i. *Laudani opiat. q. ſ. Syr. Cydonior. Diacodii crocat.* ana drach. ii. *Mag. Corallor. roſat. Eſſ. croci Martis* ana ſcrup. dimid. *Elæoſacch. Caryophyllor.* gran. iv. *Rob.Berber. q.ſ.Ad gratum ſaporem*. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

## *ALIUS.*

℞. *Rad. Tormentillæ, Serpentariæ, Cichorei* ana dr. j.

*Raſ.*

Digitized by Google

*Raſ.corn.Cervi*, *Antheræ*, *Roſarum*, *ſem. Plantaginis*, *Acetoſæ* ana drach. dimid. *Herb. Burſæ Paſtor. Hepaticæ aur. Sanguiſorb.* ana ſcrup. i. *Flor. Millefolii*, *Roſar. rub. Anthos* ana ſcrup.dimid. *Sebeſten* No. ii. *Coq. in diplomate cum vini rub. Styptici ſ. q.* ℞. *Colaturæ claræ* unc. i. dimid. *Laudani Opiat. q.ſ. Syr. Papav. errat. de Symphyto* ana drach. ii. *Eſſ. ſang. Draconis* ſcrup.i. *Elæoſacch. Nuc. Moſc.* ſcrup. dimid. *Rob. Ribium q.ſ. ad gratiam*. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

## *ALIUS.*

### In Menſibus ſuperfluis expertiſſimus.

℞ L*audani Opiat.* gran.v. *aq.Burſæ Paſtoris* unc.i.dimid. *Rob. Sambuci* drach. iii. *ſal. Prunellæ* ſcrup. ii. *Ext. Tormentillæ* ſcrup.dimid. *Camphoræ* gran.iv. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

## PILULÆ.

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Bol.rub.Or.præp.Mag. Corallor.roſat.* ana gr.iv. Miſc. & cum Ol. Roriſmarini fiant Pilulæ inaurandæ pro una doſi.

## *ALIÆ.*

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Uſneæ pruni ſylveſt. Mag. Matris Perlar.* ana gr.iv. Miſc. & cum Ol.Salviæ f.Pilulæ parvæ deaurandæ pro una doſi.

## BOLUS.

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Carn.Cydonior.cond.* drac.i. *Troch. de Spodio* ſcrup. i. *Pulv. Oſſ.Sepiæ, Elæoſacch.Zedoariæ* ana ſcrup.dimid.Miſc. & cum Rot. Diamarg. frig. fiat Bolus pro una doſi.

*ALIUS.*

ALIUS.

℞. *Laudani Opiat.* q.ſ. *Rad. Symphyti condit.* dr. i. *Troch. de Terra ſigillat.* ſcrup. i. *Succini alb. præp. Elæoſacch. Nuc. Moſchat.* ana ſcrup. dimid.

---

# IN COLICA, ET ILIACA PASSIONE, &c.

## HAUSTUS.

℞ COnſ. *Roſar. rub.* unc. i. *Rad. Zedoariæ* drach. i. *Coq. in aq. Chamomillæ* unc. iv. ℞. *Colaturæ claræ* unc. i. dimid. *Laudani Opiat.* gr. iv. *Syr. Aurantiorum* drach. ii. *Ext. Colici noſt.* ſcrup i. *Elæoſacch. Carminativ. noſt.* ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

ALIUS.

℞. *Laudani Opiat.* q.ſ. *aq. Serpyll. noſt. Benedict.* unc dimid. *Syrup. de Mentha* drach. ii. *Ext. Colici noſt.* ſcrup. i. *Elæoſacc. Aurantior.* ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

ALIUS.

℞. *Laudani Opiat.* q.ſ. *aq. Carminativ. noſt.* unc. dimid. *Syr. cort. Citri* drach. ii. *Ext. Zedoariæ, Elæoſacch. Angelicæ* ana ſcrup. dimid. *ſp. ſalis Nitri* q.ſ. *ad gratiam.* Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

## PILULÆ.

℞. *Laudani Opiat.* q.ſ. *Mag. Lap. Carpion. Tali leporini calc.* ana gr. iv. Miſc. & cum Ol. Succini albi formentur Pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

ALIÆ.

Digitized by Google

## ALIÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Lap. Bezoar. Or. Tali ſuilli calc.* ana gr. iv. Miſc. & cum Ol. Cumini formentur Pilulæ parvæ deaurandæ pro una Doſi.

## BOLUS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. de Mentha* drach. i. *Ext. Colici noſt.* ſcrup. i. *Elæoſacch. Cinnamomi* ſcrup. dimid. Miſc & cum Rot. Dianiſi fiat Bolus pro una doſi.

## ALIUS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. flor. papav. errat.* drach. i. *Elæoſacch. Chamomillæ* ſcrup. i. *Nitri vitriolati* gr. iv. Miſc. & cum Rot. Diacumini fiat Bolus pro una doſi.

---

# IN DOLORE PLEURITICO.

## HAUSTUS.

℞ L*Audani Opiat. q. ſ. aq. flor. papav. errat.* unc. dim. *Syr. Capil. Veneris* drach. ii. *Ext. Rad. Glycyrrhiz.* ſcrup. i. *Elæoſacch. Aniſi* ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

## ALIUS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. aq. Card. Mariæ* unc. dimid. *Syr. de Jujubis* drach. ii. *Eſſ. flor. Papav. errat. Elæoſacch. Fœniculi* ana ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

## PILULÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Mandib. Lucii, Dent. Aprugni*

ana

Digitized by Google

ana gr. iv. Miſc. & cum Ol. Benzoni fiant Pilulæ parvæ inaurandæ pro una Doſi.

### ALIÆ.

℞. *Laudani Opiati q.ſ. Flor. Sulphuris comp. ſuc. Glycyrrhiz. ext.* ana gr. iv. Miſc. & cum Ol. Hyſſopi formentur Pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

### BOLUS.

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Conſ. Flor. Papav. errat.* drach. j. *Loch. Sani & exp.* drach. dim. *ſpec. Pleuriticæ noſt.* ſcrup. j. *Elæoſacch. Cumini* ſcrup. dimid. Miſc. & cum Rot. Diatragacanth. frig. fiat Bolus pro una vice.

### ALIUS.

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Conſ. Violarum* drach. j. *Diacodii Crocat. noſt.* drach. dimid. *Pulv. Pleuritic. noſt. ſecret.* ſcrup. j. *Elæoſacch. Chamomillæ* ſcrup. dimid. Miſc. & cum Rot. Diaireos ſimpl. fiat Bolus pro una doſi.

---

## IN DOLORE NEPHRITICO, & Arthritico.

### HAUSTUS.

℞. *Laudani Opiat. ſ. q. aq. Nephritic. noſt.* unc. dimid. *ſyr. de Althæa* drach. ij. *ſal. Lap. Percar.* ſcrup. dimid. *Ol. Perlar.* or. gut. iv. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

### ALIUS.

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. aq. Chamædryos* unc. dimid. *ſyr. de Malva* drach. ij. *Mag. Oc. Cancr.* ſcrup. dimid. *Ol. Corallor. rub.* gut. iv. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

### PILULÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Mag. lap. Iudaici, Borrac. Ve-*

 *net.*

Digitized by Google

*net.* ana gr. iii. Miſc. & cum Sp. Terebint. formentur Pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

*ALIÆ.*

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Lap. Spongiæ, Nitri præp.* ana gr. iv. Miſc. & cum Ol. Petroſelini fiant Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una doſi.

BOLUS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. Violarum* drach. j. *Rad. Pimpinellæ cond.* drach. dimid. *ſpec. Dianitri noſt.* ſcrup. j. *Elæoſacch. Petroſelini* ſcrup. dimid. Miſc. & cum Sacch Violac. fiat Bolus pro una doſi.

*ALIUS.*

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. flor. Malvæ* drach. i. *Rad. Eryngii condit.* drach. dimid. *ſpec. Nephritic. noſt.* ſcrup. j. *Elæoſacch. Citri* ſcrup. dimid. Miſc. & cum Sacch. Roſac. fiat Bolus pro una doſi.

---

## IN VIGILIIS, AC INQUIETUDINIBUS immodicis.

HAUSTUS.

℞. L*Audani Opiat. q. ſ. aq. Papav. rhæad.* unc. dimid. *ſyr. Papav. ſimpl.* drach. ij. *Elæoſacch. Aniſi* ſcrup. dimid. *ſp. Vitrioli* gut. iij. Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi, veſperi exhibendus.

*ALIUS.*

℞. *Laudani Opiat. q. v. aq. Hypnoticæ noſt.* unc. dim. *ſyr. flor. Papav. errat.* drach. ij. *Elæoſacch. Fœniculi* ſcrup. dim. *Ol. Margar. Or.* gr. iij. Miſ. & fiat hauſtus pro una doſi.

PILULÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Perlar. Or. Ambræ griſeæ*

ana

Digitized by Google

ana gran. iij. Miſc. & cum Ol. Styrac. cal. formentur Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una doſi.

## *ALIÆ.*

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Mag. Corallor. rub. lign. Aloes* ana gran iij. Miſc. & cum Ol. Aſæ dulc. fiant Pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

## BOLUS.

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Conſ. Roſar. rub. vitriolat.* drach. j. *Loch de Papavere* drach. dimid. *ſpec. Diamoſch. dulc.* ſcrup. dimid. *Extr. Croci Or.* gran. iij. Miſc. & cum Rot. Diarrhod. Abb. fiat Bolus pro una doſi.

## *ALIUS.*

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Conſ. Violar. vitriolat.* drach. j. *Diacodii crocat.* drach. dimid. *ſpec. Diambræ* ſcrup. dimid. *Extr. Flor. Elenii* gran. iij. Miſc. & cum Rot. Diamarg. frig. fiat Bolus pro una doſi.

---

## LAUDANUM MINERALE.

℞. S*ulphuris anodyni Vitrioli correcti & fixi* drach. ij. *Mag. Perlar. Or.* drach. dimid. *Ext. lign. Aloes*, *Croci Or.* ana ſcr. j. *lap. Bezoar. Or. Unicorn. animal.* ana gr. xv. *Ol. Caryophyll. Cinnamomi* ana ſcr. dim. Miſc. & cum Syr. è ſuc. flor. Papav. errat. f. l. a. maſſa molliuſcula.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

ANodynum eſt præſtantiſſimum, & ad ſomnum conciliandum accommodatiſſimum, necnon ad catarrhum ſiſtendum, Coryzam, Tuſſim, alioſque his ſuccedentes affectus valet: cohibet enim deſtillationes, ſive in Thoracem & Pulmones, ſive in dentes, & aliò procumbant. Doſis à gr. vi. ad gr. viij. & ſcrup. dim. cum conſerva aliqua, aut liquore conveniente, vel in forma pilulari.



Digitized by Google

# SECTIO IV.

## DE

# PRÆPARATIS.

### CORNU CERVI, ALCIS, CRANII, &c. *Spagyrica, vel ſine igne calcinatio & præparatio.*

Calcinatio hæc commodè in veſica perficitur coctione continua, mediante aqua dulci, per cujus vaporem cornu in collo veſicæ, qua parte maximè attingi, & penetrari queat ſuſpenſum, jucundo, & miro modo ad perfectam albedinem, abſque flammis violentis, vires aliàs exurentibus (ut in vulgari calcinatione fieri ſolet) calcinatur: Veſicæ autem quarta pars ſit vacua, & ſi inter bulliendum aqua evaneſcit, affundatur alia fervida, uſque dum fumigatoria hæc calcinatio (quicquid enim hac methodo calcinatur, non immeritò per fumigationem calcinatum dici poteſt) penitus abſoluta fuerit.

*Vires, Uſus, Doſis.*

Cornu Cervi ita præparatum, vi ſua diaphoretica Unicornui æquiparandum; omnibus enim cordis affectibus confert, & contra omnia venena mirificè præſtat. Inſuper morbo Regio, Dyſentericis, Cœliacis, ſanguinem excreantibus, Veſicæ doloribus, vulvæ fluxione laborantibus, &c. prodeſt. Cornu verò

Alcis

Digitized by Google

Alcis ejuſdem ferè efficaciæ eſt, cordiale nobiliſſimum, in febribus malignis, aliiſque morbis quàm plurimis ſecretum, & ſicut Cranium Epilepſiæ, Apoplexiæ, Vertigini, &c. ſingulariter medetur. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup.j. & drach. dimid. in vehiculo morbum propriè reſpiciente.

## OPII THEBAICI SPAGYRICA & vera præparatio.

OPium Thebaicum verum minutim conciſum Laminæ ferreæ impone, & ſuper ardentibus prunis tandiù agitando per ſe coque, donec omnes venenoſi, & corroſivi halitus ſurſum evaporando diſpareant. Ubi circumſpectè cavendum, ne quem exhalando inficiant. His autem omnibus evaporatis, opium ſuper laminas relictum, odorem violarum referens invenies, id quod verum ſignum omnis jam depulſæ venenoſitatis: Poſtea Opium hoc ita præparatum, vel aceto Vini diſtillato, vel ſucco Citri extrahe, menſtruoque rurſus evocato, ad uſum repone.

## NITRI PRÆPARATIO.

♃. NItri per flor. Sulphuris purificat. lib. dimid. ſolve in Sp. Vini, & Vitrioli ana ſ.q. deinde abſtrahe Spiritus, donec cruſtam nanciſcantur, pone in loco frigido, tum in fundo Nitrum in ſtirias deſidet: aufer humiditatem, & ſicca cryſtallos concretas, & ad uſum reſerva.



Digitized by Google

# MILLEPEDUM

## ſive Aſellorum Præparatio.

℞. MIllepedum q. v. abluantur Vino Malvatico, & in vitro bene clauſo, maſſa panis circumduct. in clibano exſiccentur, exemptis denuò affundatur tantum Vini malvatici, quantum poterunt imbibere, rursúſque exſiccentur, tertiò repetatur; quartò aq. Nephritica noſtra vitriolata imbibantur, & macerentur per biduum, vel triduum: poſtea exſicca, pulveriſa, & ad uſum reſerva.

---

# HELLEBORI ALBI

## Præparatio.

℞. HElleborum album ſubtiliter pulveriſatum, affunde aliquoties acetum à ſolutione Corallorum rub. rurſus abſtractum & vitriolatum, in quo tamen priùs flor. cordial. & grana chermes maduerint, iterùmque exſicca. Sic habebis Helleborum album optimè, & ſpagyricè præparatum, quod ſine ulla formidine in plurimis morbis intra corpus certa doſi, & miſtura tutò exhiberi poteſt.

---

# COCHLEARVM TESTARVM

## Præparatio.

℞. COchl. oblongas teſtas, quæ prope piſcinas, & lacus reperiuntur, affunde acetum diſtillatum, ſtent in infuſione per noctem ad extrahendum mucorem, quem diligenter abrades; poſtea pulveriſa, & cum

Digitized by Google

& cum aqu. Card. benedict. in marmore præpara: volatilis enim illarum cinis per calcinationem aliàs factus, nullius eſt pretii, nec operationis in uſu medico.

## SILICVM FLVVIATILIVM
### Calcinatio & Præparatio.

SIlices fluviatiles, albicantes, & nitentes, adeoque optimos tibi ſume, in igne forti fac candeſcere, eoſdemque ſemper aqua, in qua Sal Armoniacum diſſolutum, reſtingue, & hos candefactionis & reſtinctionis actus aliquoties repete; ſic niveo tandem colore Silices apparebunt, & in pulverem facilè redigentur. Pulverem hunc deinde aq. Roſacea edulcora, & farinam hanc albiſſimam ad uſum reſerva.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

PVlvis hic non ſolùm per ſe dentifricium eſt efficax; quod ab omni tartaro corroſivo, aliiſque ſordibus dentes derepente purgat, & candidos reddit; verùm etiam à ferro, chalybe, & hinc fabrefactis armis omnem rubiginem extemplò tollit, eademque pulchra, & nitentia facit, ſi nempe rubigo antea collinatur, & emolliatur oleo Templini, & tum demum hoc pulvere defricetur. Hoc modo expolita, & ſuſpenſa arma plurimos annos à rubiginis inſeſſu, & roſione, pura, & integra manent. Et hoc ſanè tum pro magnorum Principum, tum urbium etiam celebriorum armamentariis medium eſt non contemnendum.

## LAPIDIS PVMICIS PRÆPARATIO.

PVmex ignitus extinguatur in lacte vaccino dulciter, & quarta vice relinquatur, quouſque infrigidetur abſque alia extinctione: poſtea pulveriſetur, & pro farina virginea noſtra præparatus eſt.



Digitized by Google

## TERRÆ VITRIOLI DULCIS PRÆPARATIO.

℞. VItrioli virid. ad perfectam rubedinem calcinati q. v. pulveriſa, & aliquoties aq. pluviali deſtillata edulcora, uſquedum terra rubra ab omni ſalſedine, & acrimonia ſit libera: poſtea terram illam dulcem ſeu inſipidam exſicca, & ad uſum reſerva.

---

## ALUMINIS PLUMOSI calcinatio, & præparatio.

℞. *SAlis communis fuſi* partes ij. *Aluminis plumoſi opt.* partem j. Miſc. & ponantur in tigillo, & reverberentur l. a. per 12. horas: poſteà reverberatam materiam exime, & aliquoties aq. calida ad ſalis admiſti reſolutionem edulcora, donec pulverem omni ſalſedine liberum habeas. Cui ad eminentiam 3. vel 4. digitorum ſpirit. Vini Junip. affunde, & ad ſuos uſus repone.

## *LECTORI CORDATO.*

HAbes hìc, cordate Lector, ea dumtaxat arcana Chymica, & alia præparata, partim privata cura, & propria experientia elaborata, partim aliundè (certo tamen modo) huc translata, quæ pro ſequentibus compoſitionibus noſtris diſpenſandis tibi omnino neceſſaria, quibus paucis hac vice me denuò ſatisfeciſſe mihi videor. Ego nihil aliud, quàm pro inventis gratiam, pro omiſſis verò veniam ſpero, vel, ſi fas eſt, repoſco. Tu ſaltem hæc, qualiacunque etiam ſunt, tàm benevola, quàm prompta manu accipe, tuos ad uſus quando lubet, adhibe, adeòque ad proximi ſanitatem tuendam prudenter impende.



Digitized by Google

# SECTIO V.

## DE SPECIEBUS, ET PULVERIBUS.

### SPEC. DIASOLIS.

℞ C*orn. Cervi*, & *Alcis Spagyricè calcin. Terræ ſigill.* ana drach. i. dimid. *Lap. Bezoar. Or.* drach. i. *Diaphoret. mineral. Bezoart. Iovial.* ana ſcrup. ii. *Mag. Perlarum Or. Corallor. rub. Succini alb. præp.* ana drach. dimid. *Unicorn. Solaris*, *Animalis*, *Oſſ. de corde Cervi* ana ſcrup. i. *Galliæ Moſchat. veræ* gr. xj. *Ol. Cinnamomi*, *Citri* ana ſcrup. dimid. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN omnibus Epidemicis, & Peſtilentialibus morbis, Eryſipelate, Venenis hauſtis; necnon in Aſthmate, vel periculoſiſſimis pectoris anguſtiis arcanum eſt. Cor enim tuentur à labe veneni, & ab illo omnia noxia per ſudorem expellunt, ejuſque vitiis mirè opitulantur. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. i. in aq. Card. bened. Flor. Sambuci, Theriacali, vel aliis appropriatis.



Digitized by Google

## PVLVIS BEZOARTICVS IMPERIALIS.

℞ C*Orn. Alcis, & Cervi Spagyricè calcinatorum* ana drach. iii. *Boli rub. or. præp. Bezoart. Iov.* ana drach. ii. *Lap. Bezoar. or. Terræ ſigill.* ana drach. i. dimid. *Flor. ſulphuris comp. Unicorn. animal.* ana drach. i. *Mag. Perlarum or. Corallor. rub.* ana drach. dimid. *Cinnab. nativ. præp. Oſſ. de corde Cervi, Succini alb. præp.* ana ſcrup. j. Miſce, & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN omnibus morbis peracutis, Febribus ardentibus, malignis, & Epidemiis, &c. Diaphoreticum inſigne eſt: Omnes enim venenoſos, & vitioſos humores à corde, & cæteris membris principalibus per ſudorem egregiè pellit. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. i. in aquis appropriatis ſudoriferis, vel in aq. ſeu decocto raſuræ cornu Cervi.

---

## SPEC. DIALVNÆ.

℞ R*Ad. & ſem. Pæoniæ debito tempore collect. Corn. Alcis Spagyricè calcinat. Mag. Cranii* ana unc. dimid. *Animæ Lunæ veræ in form. pulv. Bezoart. Lunaris* ana drach. iii *Cinnab. nativ. præp. Viſci quercini, Squillæ præp.* ana drach. ii. *Secundinæ exſic. mulieris primiparæ filium enixæ, ſtercoris Pavonis præp.* ana drach. i. dimid. *Sal. Perlar. Orient. Corallor. rub.* ana drach. j. *Caſtorei veri, Piperis longi, Cubebarum* ana ſcrup. i. *Moſchi laudatiſſ. Ambræ griſ.* ana ſcrup. dimid. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, cui adde: *Ol. Corn. Cervi rectif. Succini albi, Nuc. Moſch. Rutæ* ana ſcrup. dimid. Denuò miſce, & ad uſum repone.

Vi-

Digitized by Google

*Vires, Vſus, Doſis.*

MIraculosè Lunaticis, Epilepticis ſeu Comitialibus, Vertiginoſis, Lethargicis, Subethicis, Congelatis, maliſque cerebri frigidis conferunt, & illis quibus tumultuoſa inſomnia obſervantur, & incertis timoribus corripiuntur, ſuccurrunt. Doſis in curatione à ſcr. j. ad drach. dimid. in aq. Epileptica, ſeu Apoplectica noſtra, vel alia conveniente in ipſo paroxyſmo. In præſervatione autem dantur in omnibus Lunæ quadris, & in omni humida, & minùs conſtanti aeris tempeſtate, à ſcrup. dimid. ad ſcrup. j. in aquis ſupradictis.

## PULVIS EPILEPTICUS MIRABILIS.

♃ *CRanii hominis ſtrangulati, & ſine igne calcin.* unc. i. *Viſci quercini, Cinnabaris factit. Ung. Alcis* ana unc. dimid. Miſce, & fiat pulvis, cujus ſcrup. dimid. pueris ſtatim poſt paroxyſmum datur, adultis verò ſcrup. i. iteretur, certiſſimè liberat.

## PVLVIS OPHTHALMICVS.

♃ *SAcchari cand. alb. Tutiæ præp.* ana drac. ii. *Margar. præp. Sarcocollæ* ana drac. dimid. *Fabarum marin. præp.* ſcr. i. Miſc. & f. pulvis ocularis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HIc pulvis in multis oculorum affectibus mihi valdè ſecretus eſt: Inprimis autem hebetibus oculis, & eorum

eorum maculis medetur, & nubeculas detergit, necnon aquam eò defluentem abſumit. Viſum acuit. Claritatem facit. Sanitatem oculorum conſervat. Tempore autem uſus, exigua pars hujus pulveris ex canaliculo pennæ in oculos manè, & veſperi inſtilletur, vel collyriis admiſceatur.

---

## SPEC. DIAMARTIS.

℞ Rad. *Tormentillæ*, *Nuc. Moſchatæ*, *Gallar. Turc.* ana unc. dimid. *Mag. Corallor. rub. berberiſat. noſt. Croci Hæmatit. Croci Martis per calcinat. fact.* ana drach. iii. *Zedoariæ electæ*, *Calami aromatici*, *Succini alb. præp. Quinquefolii, rad. Caryophyllorum* ana drach. ij. *Ciner. Spongiæ*, *Boli rub. Or. præp. Terræ ſigillatæ*, *Acaciæ* ana drach. i. dimid. *Sem. Plantaginis*, *Antheræ*, *Roſarum* ana ſcrup. iv. *Corn. Cervi*, & *Oſſ. Microcoſmi Hermeticè calcinator.* ana drach. j. *Aluminis plumoſi calcinat. Animæ vitrioli* ana drach. dimid. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

STomachi mollitiem corrigunt, & Dyſentericis, Cœliacis, purulenta, & ſanguinem excreantibus mirabiliter auxiliantur. Gonorrhœæ, Hœmorrhoidibus, urinæ incontinentiæ, lotioque cruento medentur. Fœminarum menſtruam purgationem perfectiſſimè morantur, & inhibent. Hæmorrhagiam variam, & ſanguinem denique undecunque emanantem ſiſtunt, & ſupprimunt. Doſis à ſcrup. j. & drach. dimid. ad drach. j. in convenienti liquore.

SPEC.

Digitized by Google

## SPEC. DIAMERCURII.

℞ SEm. *Citri opt.* drach. xiii. *Mercurii dulcis* drach. v. *Rhabarb. elect. Rad. Turbith. gum. Corallinæ*, ana drach. ii. *Raſ. Cornu Cervi*, *Myrrhæ rub.* ana drach. i. *Sum. Centaurii min. Tanaceti*, *Camphoræ veræ*, ana ſcrup. i. *ol. Lign. Avellanæ per deſcenſum diſtil. ſp. Vitriol. opt.* ana ſcrup. dimid. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

EXhibentur vermibus ſeu lumbricis ſcatentibus Luna decreſcente à ſcrup. i. ad drach. dimid. & drach. j. pro ætatis ratione in lacte, quod una cum pulvere ſumptum, illis non nutrimentum, ſed venenum erit; Mercurius quoque dulcis eis maximè peſtis eſt: Simul enim interficit lumbricos, & fomitem eorum per ſeceſſum expellit. Propterea eſt Medicina experta adverſus omne genus Vermium. Offertur etiam in aq. Abſynthii, Centaurii min. Tanaceti, Urticæ. Item in oxymelle Squillitico, Melle deſpumato, Syr. Acetoſ. Citri, Hydromelle, aut in alia quavis materia, qua pueri magis delectantur.

---

## SPEC. DIAJOVIS.

℞ FÆcul. *rad. Bryoniæ* unc dimid. *Sal. Iovis Anglici*, *Matris Perlar. Corallor. rub.* ana drach. iii. *Rad. Dictamni alb. Pæoniæ* ana drach. ii. *Succini albi præp. Croci Orient. Viſci quercini*, *Antophyllor.* ana drach. i. *Caſtorei veri* ſcrup. i. Miſc. & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vi-*

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN vehementiſſima, & deſperatiſſima ſuffocatione, & ſtrangulatione Vteri medicamentum eſt benedictum, & tanquam donum Mulieribus à Deo cælitus demiſſum: Non enim ſine admiratione hunc atrociſſimum affectum tollit. Pro quo divino auxilio nomen Domini ſit benedictum. Doſis à ſcrup. i. ad drach. dimid. tribus aut quatuor auroris continuis, vel tempore neceſſitatis, in aq. Hyſterica noſt. vel aliis vehiculis appropriatis.

## SPEC. DIAVENERIS.

℞ *Sulph. Vitrioli Veneris ſublimati, & Spagyricè præparat.* unc. dimid. *Borracis Venet.* drach. iii. *Sem. Linguæ avis, Erucæ* ana drach. ii. *Paſtinacæ, Urticæ, Porri* ana drach. i. dimid. *Rad. Pyrethri, Piperis albi, Boleti Cervini* ana ſcrup. iv. *Galangæ min. Zingiberis alb. Cinnamomi* ana drach. i. *Scinc. marin. præp. Mag. Perlarum Orient. Croci Orient.* ana drach. dimid. *Cantharid. abſciſſis chelis, & alis tenuioribus, Ambræ griſeæ* ana ſcrup. i. *Moſchi optimi, Ol. Macis* ana ſcrup. dimid. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, cui Sacchari candi albi unc. i. immiſce, & ad uſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

COntra actus Venerei defectum efficaciſſimum, immò omnium validiſſimum, & extremum experimentum eſt: Propterea qui Amicæ ſuæ placere cupit, & ſe virum ſtrenuum vult probare, capiat poſt cœnam, vel ſi ſtatim effectum quærit, eundo cubitum, aut ſi ſucceſſivè operari debet, manè à ſcrup. j. ad ſcrup. ij.

&

Digitized by Google

& drach. j. in lacte tepido, vel vino generoſo. Præparantur etiam ſine cantharidibus.

## SPEC. DIASATURNI.

℞ *Mag. Saturni* unc. i. *ſuc. Glycyrrhiz. purg. Lact. Sulphuris* ana drac. dimid. *Flor. Sulphuris comp. Rad. Chinæ elect.* ana unc. iii. *Sal. Margarit. Orient. Corallorum rubrorum, Panis triticei* ana drach. ii. *Boli rub. Orient. præp. Benzoin. ſublimati, Olibani* ana drach. i. *Croci Orientalis, Caſſiæ ligneæ* ana drach. dimid. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, cui adde: Sacchari candi albi unc. iii. & pulverem bene miſtum ad uſum reſerva.

*Vires, Vſus, Doſis.*

NEſcio quibus verbis hanc incomparabilem compoſitionem extollam: Phthiſis enim, quæ aliàs humana manu curari non poteſt, curatur ſæpe hac Medicina. Doſis manè, & veſperi à drach. dimid. ad drach. I. in aq. noſtra ſpecifica contra Phthiſin, vel in aliis vehiculis appropriatis.

## SPEC. DIASULPHVRIS.

℞ *Lact. & flor. Sulphuris comp.* ana unc. i. dimid. *ſuc. Glycyrrhiz. purgat. Cardamomi min. Terræ ſigillat.* ana drach. vj. *ſem. Vrticæ Rom. Cydoniorum, Cinnamomi acuti, Zingiberis albi, Nuc. Moſchatæ, Croci Orient. Piperis longi, Macis* ana drach. iij. *Tragacanth. alb. Rad. Ireos Florent. flor. Papav. errat. Maſtichis electæ, Crem. Tartari* ana drach. i. dimid. Miſce, & fiat pulvis, cui adde: Ol. Hyſſopi, Fœniculi, Salviæ, Aniſi, Chamomill. Rom. ana ſcrup. i. & ad uſum repone.

Vi-

Digitized by Google

*Vires, Vſus, Doſis.*

TVſſi diuturnæ, difficultati ſpiritus, & Aſthmati chronico ſuccurrunt. Humores in pectore diverſos, & craſſos incidunt, & extenuant. Præſervant, & curant abſque omni alia Medicina, Phthiſin, Ariduram, Pleuritidem, omneſque putrefactiones, & Apoſtemata, & in affectibus thoracis miranda præſtant, vociſque jacturam ſemper reſarciunt. Conſumunt etiam & exſiccant fluxus capitis, & pravos humores in corpore exiſtentes, è quibus Podagra, Iſchias, & Arthritici dolores exiſtere ſolent. Prophylacticon eſt in Epilepſia, Apoplexia, Lepra, Lue Venerea, Convulſione nervorum, Colica, Hydrope, &c. Doſis à ſcrup. j. & drach. dimid. ad drach. i. manè, & veſperi in vehiculo convenienti. In Hydrope autem offeruntur cum ana Mag. Croci Martis, corpore priùs evacuato, & neminem fallunt. In affectibus thoracis utimur in forma Trageæ, addito Saccharo cando albo, vel cum ſyrupis pectoralibus miſtis in forma Electuarii, ſeu Lambitivi.

## PVLVIS REFECTIVVS.

℞ *Sacchari candi in ſyrup. Violar. concreti* unc. i. *Lact. Sulphuris* unc. dimid. *Flor. Sulphuris comp. conf. AlKermes* ana drach. ii. *Mag. Perlarum Orient. corallor. rub. Saturni* ana drach. i. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Vi-

*Vires, Vſus, Doſis.*

VIres reficit. Cor, & totam naturam confortat. Multum nutrit, & impinguat. Fluxus capitis exſiccat. Cerebrum roborat. Tuſſim ſedat. Aſthma, Phthiſin, & Tabem curat. Doſis ſcrup. i. in aq. Pulmonis Vituli, vel Caponis, vel alia ſpecifica. Vel miſcetur tantum pulveris, ut vehiculum, quaſi albicante colore tingatur; de quo liquore miſto Doſis manè, & veſperi Cochl. i. vel duo.

---

## PVLVIS EXCELLENS CONTRA Tuſſim infantum.

♃. SAcchari penidii unc. iii. *ſpec. Diatragacham. frig. Diaireos ſimpl.* ana unc. dim. *Rad. Pæoniæ* drac. ii. *ſuc. Glycyrrhiz. ext.* drach. i. *Lact. Sulphuris, Croci Orient.* ana ſcrup. ii. *Cranii humani ſ. igne calcin. ſem. Papaveris alb.* ana ſcrup. i. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

## SPEC. DIAVITRIOLI.

♃ GAlangæ min. unc. i. *Mag. Vitrioli, Rad. Acori aquat.* ana unc. dim. *Piperis longi, ſem. Ameos, Zedoariæ* ana drach. ii. *Cinnamomi acut. Calami aromat. Macis* ana drach. j. dimid. *Cardamomi min. Zingiberis albi, Caryophyllor.* ana drach. i. *Croci Orient. Spicæ Indic. Lign. Aloes* ana drac. dimid. *Moſch. laudatiſſ. Ambr. griſ.* ana ſcrup. dimid. Miſc. & f. pulvis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EſtMedicina ſalubris ad frigidam humoroſitatem ventriculi, & putrefactionem in partibus ejus.

Ob id phlegma digerunt. Digeſtionem, & concoctionem juvant. Nauſeam,& vomitum ſedant. Calorem naturalem conſervant, & membra nutritionis calefaciunt. Flatus craſſos diſſipant, & acidos ructus compeſcunt. Exſolutis, & Jecineroſis auxiliantur. Convaleſcentibus, ac è diuturno morbo emergentibus proſunt. Fœtorem oris, & naſi, qui per conſenſum à ſtomacho oritur, emendant, & gigni prohibent. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. i. & drac. dimid. vel addito Saccharo fiat Tragea. Nota: Hæ, & aliæ compoſitiones, Moſchum in nimia quantitate recipientes, poſſunt etiam ſine eodem parari.

---

## SPEC. DIACINNABARIS.

♃ *Cinnabaris nativ. præp.* unc. dimid. *Lap. ſtellaris præp. corn. Alcis ſpagyricè calc.* ana drach. iii. *Raſ. Cranii partis ant. Viſci quercini* ana drach. ii. *Rad. & ſem. Pæoniæ* ana drach. i. dimid. *Spec. Diamoſchi dulc. Diambr.* ana drach. i. *Mag. Perlarum Orient. Coraller. rub.* ana drach. dimid. *Croci Orientalis, Ol. Succini albi* ana ſcrup. j. *Fol. Auri* No. xiii. Miſc. & f. omnium pulvis.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

Miram vim, & efficaciam habent in Epilepſia, & omnibus aliis morborum capitis periculoſorum generibus, ſuntque tam certiſſimum, quàm ſecretiſſimum experimentum, quo Deo aſpirante innumeros cæterorum Medicinæ incurabiles hactenus, quantumvis eorum non paucos ad 9. 10. 12. immò 18. pluresq. annos tali abominabili affectu laborantes, priſtinæ ſanitati perfectè, feliciterque reſtituimus. Doſis in curatione à ſcrup. j. ad drach. dimid. & ſcrup. ii. plus minuſve pro ætatis, & virium patientis diſcrimine in vehicu-



Digitized by Google

lis appropriatis, & ſpecificis, omnique manè reiterandis, uſque dum integram conſequantur ſanitatem.

## SPEC. DIANITRI.

℞ C*Ryſt. Nitri cum ſp. Vini, & Vitriol. præp.* unc. i. *Sal. Lap. Percar. piſc. Oculor. Cancri, Succini alb.* ana drach. ii. *Rad. Filipendulæ, Glycyrrhiz.* ana drach. i. dimid. *Sem. Vrticæ min. Lappæ major. Saxifragiæ, Milii Solis, Geniſtæ* ana drach. i. *Bac. Lauri excort. Iuniperi* ana ſcrup. iv. *Cinnamomi acut. Zingib. albi, Croci Orien. Piperis long. Macis* ana ſcrup. ii. *Leporis combuſti, ſang. Hirc.ni præp. Pul. Ceterach, Santali rub.* ana drach. dimid. *Millepedum præp.* ſcrup. i. *Sacchari albiſſ.* unc. iv. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN frangendo, & expellendo calculum Renum, & Veſicæ, experimentum valdè illuſtre eſt. Doſis à ſcrup. i. ad drach. dimid. ſummo manè in vehiculis ſpecificis.

## SPEC. DIATARTARI.

℞ T*Artari vitriolati, Mag. Scammonii* ana unc. ii. *Turbith. alb. & gum. Hermodact. albor.* ana unc. dimid. *Ol. Carophyllorum, Cinnamomi* ana ſcrup. dimid. Miſce, & f. pulvis, quem ad uſum reſerva.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN univerſo corpore tartarum coagulatum decenter reſolvunt, reſolutumque cum omnibus defluxio-



Digitized by Google

ribus podagricis ſecurè, & leniter, in quocunque etiam ſint membro, per ſeceſſum educunt. Flavam bilem, & pituitam copiosè deturbant. Aquâ intercute laborantibus mirificè conferunt. Cutis etiam fœditatem, Scabiem, Lepram, cæteraſque ejus generis ſordes eluunt. Inſuper ſcorbutum curant, & juncturarum dolores mitigant. Doſis à drach. dimid. ad drach. i. præſertim in robuſtioribus.

## SPEC. DIACRYSTALLI.

℞ *Carnis mammillarum vaccæ pinguis, ruffæ, juvenculæ, in vino coctæ, & in furno exſiccatæ* unc. i. *Piperis longi* drac. v. *Cryſtallor. præp.* unc. dimid. *Margaritar. præp.* dr. ii. *ſem. Borrag. Fœniculi, Lactucæ, Nigellæ* ana drach. i. *Rad. Hirci barbulæ, Cardui lactei, Rapunculor.* ana drach. dimid. *Sacchari albiſſimi* unc. iii. Miſc. & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAtrum, & nutricum lactantium, medicamentum eſt ſpecificum: Lac enim in illis adeò augent, ac emendant, ut omnis inde aſſumptus cibus ferè lacteſcat. Propterea ad lactis ubertatem præſtandam ſecretum eſt. Doſis à drach. dimid. ad drach. j. manè, meridiè, & veſperi, in cibo, juſculo, ſeu in aq. Card. Mariæ, vel in aliis convenientibus vehiculis.

## SPEC. DIASVCCINI.

℞ *SVccini alb. præp.* unc. dimid. *Mag. Corallor. rub. berberiſati, & tingentis, Nuc. Moſchat. toſt. Boli rub. Orient. Smarag. præp.* ana drach. ii. *Croci Martis per re-*

Digitized by Google

*reverberationem fact. Sang. Draconis* ana drach.i.dimid.*Styracis calamitæ*, *Corn. Cervi uſt. præp. Laudani opiat.* ana drach.i. *Antheræ Roſarum*, *ſem. Plantaginis*, *Flor. Papav. errat.* ana drach. dimid. *Caryophyllor. Croci Orient. Cinnamomi*, *Macis*, ana ſcrup. i. Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VIſcoſos, & tartareos Sales inteſtina erodentes, & alvi fluorem ſollicitantes compeſcunt, & obtundunt. Hinc omnibus Dyſenteriis, ſanguiniſque profluviis maximè medentur. Doſis à ſcrup.i. ad drach.i. in vehiculis appropriatis.

## SPEC. DIACRETÆ.

℞ CRetæ albæ cum aq. Roſar. præpar.* drac. iii. *Nuc. Moſchat.* drach. i. dimid. *Rad. Glycyrrhiz. Sem. Cydoniorum* ana drach. i. *Boli rub. Orient. præp. Corallorum rub. præp.* ana drach.dimid. *Lap. Carpionis cum aq. plantag. præp. Macis parum toſti*, *Maſtichis electæ*, *Croci Orient.* ana ſcrup. i. *Sacchari albiſſ.* unc. iii. Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAtholicon eſt in orexi, ſeu ardore ventriculi. Hæ enim ſpecies hanc dynamin habent, ut adverſentur ebullitioni flavæ bilis, & ſublimato in orificium ventriculi tartaro, quem efficaciter reſolvunt, & præcipitant. Doſis à drach. dimid. ad drach. i. in paroxyſmo: Medicamenta enim in hoc caſu ſunt adhibenda, quandocumque orexis uret, tamdiu donec ceſſet.



Digitized by Google

## SPEC. DIABORRACIS.

℞ BOrracis *Venet.* unc. dimid. *Caſſiæ ligneæ*, *Croci Orient.* ana drach. i. *Raſ. Lig. Sabinæ*, *Succini alb. præp.* ana drach. dimid. *Oſſ. de corde Cervi*, *Viſci quercini*, *Flor. Cheiri* ana ſcrup. i. Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

MUlieribus, quæ nequeunt parere, ſeu quæ in partu periculosè laborant, feliciſſimè offeruntur: Ad partum enim facilitandum, ſecundinas retentas, & fœtum mortuum eiiciendum, præſentiſſimum eſt remedium. Doſis à ſcrup. i. ad ſcrup. ii. & drac. i. in aq. Cinnamomi, vel Flor. Cheiri, vel Artemiſiæ, ſeu in vino albo generoſo.

---

## SPEC. DIATEREBINTHINÆ.

℞ TErebinthinæ in aq. Citri bis lotæ* unc. ii. *Mag. Scammonii* unc. i. *Turbith. alb. & gum.* drach. vi. *Tartari vitriolati*, *Hermodact. alb.* ana drach. iii. *ſpec. Lithontrib.* drac. ii. *Croci Orient. Macis* ana ſcrup. i. *Sacchari violat. tabul.* unc. iv. Miſc. & fiat omnium pulvis; cui adde: Ol. Aniſi, Aurantiorum, Caryophyllor. Cinnamomi, Fœniculi ana ſcrup. dimid. Denuò miſce, & ad uſum repone.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN Arthritide, Colica, Gonorrhœa, Dyſuria, Stranguria, Renum, & Veſicæ calculo, aliiſque meatuum Urinalium vitiis, &c. præſtantiſſimum eſt catharticum, & experimentum mirabile. Doſis à drach. dimid. ad drach. i. & drach. i. dimid. in jure Caponis, vel

gallin.

Digitized by Google

gallin. vel carnis bub. vel cicerum, aut in cereviſia, vel vino calido. Mulieribus offertur in aq. Meliſſæ, ſeu bac Juniperi.

## SPEC. DIAMUMIÆ.

℞ M*Umiæ transſmarinæ*, *Mag. Lap. Percar.* ana drach. ii. *Sang. Hircini præp. Caryophyllorum*, *Spermat. Ceti* ana drach. i. dimid. *Rad. Rubiæ tinct. Hirundinariæ*, *Tormentillæ* ana drach. i. *Succini alb. præp. ſal. Corallorum, rub. Boli rub. Or.* ana drach. dimid. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HÆ ſpecies valdè mirabiles ſunt ad caſum: Sanguinem enim coagulatum diſſolvunt. Præcipitatos, ruptos, contuſos, & fractos juvant, vulneraque interna glutinant, & prohibent apoſtemata ex caſu ab alto. Doſis à ſcrup. i. ad drach. i. in aq. Chærefolii, vino generoſo, vel in aceto vini.

## PVLVIS STIPTICVS,
ejuſdem ferè efficaciæ.

℞ R*Ad. Hirundinariæ* unc. i. *Rhabarbari electi*, *Mumiæ tranſm.* ana unc. dimid. *Laccæ rub. Sper. Ceti* ana drach. ii. *Boli Armen. præp. Terræ ſigill* ana drach. i. Miſc. & fiat pulvis. Doſis eadem.

## *ALIVS* PVLVIS STIPTICVS VALDE EFFICAX.

℞. S*Per. Ceti* unc. i. *Terræ ſigillat.* unc. dimid. *Bol. Armen. Sang. Drac. Lap. Hæmatit.* ana drach. ii. *Oc.*



Digitized by Google

*Cancr. præp.* drach. j. *Rad. Angelicæ odor. Rhapontic. Rhabarbar. elect.* ana drach. i: dimid. Miſc. & f. pulvis. Cujus Doſis eſt drach. dimid. in vino calido, expectando ſudorem, ſic per vulnera exit, & operatur.

## SPEC. DIAOLIBANI.

℞. *Rad. Pæoniæ debitè collect. Ireos Florent.* ana drach. iii. *Olibani optimi* drach. i. dimid. *Corn. Alcis ſ. igne calc. Mag. Cranii microcoſmi, Croci Orient. Viſc. querc.* ana drach. i. *Sacchari penidii* unc. ii. Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN metu Epilepſiæ, Apoplexiæ, Catarrhi ſuffocativi; in Tuſſi, Cardiaca, & in omni ſubito morbo, & periculoſo aliquo accidente infantibus, & pueris offeruntur. Cerebrum enim, & Cor confortant, ab iiſque omnem irruentem, & peccantem materiam longè propellunt. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. i. per ſe, vel in lacte materno, aut alio conveniente liquore.

## SPEC. DIATABACI.

℞. *Tabac. Indic. cum Ol. Aniſi præp.* unc. dimid. *Rad. Hellebor. alb. Lilior. convall. Pyrethri* ana drach. dimid. *Gran. Pæoniæ mar. Flor. Lavendulæ, Roriſmarini, Majoranæ, Origani* ana ſcrup. i. *piperis longi, Gum. Peruviani, Agairci trochiſc. Galliæ Moſch.* ana ſcrup. dimid.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

DE his ſpeciebus parum per nares attrahitur, tunc ſtatim frequentiſſimis ſternutationibus cerebrum be-

benignè expurgant, & in omnibus capitis doloribus, Catarrhis, Vertigine, Epilepſia, narium exitura & obſtructionibus, quam maximè valent: Excrementa enim tam craſſa, quàm putrida copioſè educunt, cerebroque robur reddunt. Doſis manè ſtomacho jejuno quantitas unius ciceris, quæ naribus attrahatur.

## SPEC. DIAMAJORANÆ.

℞ FLor. *Liliorum convall.* unc. dimid. *Herb. Majoranæ cum proprio Oleo prius riror.* drach. ii. *Lig. Aloes ponderoſ.* drac. j. *Cubebar. opt.* ſcrup. i. *Ambr. griſeæ* ſcrup. dimid. Miſce, & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN omnibus morbis, & affectibus, ubi ſternutatione opus, ſpeciebus hiſce feliciſſimè utimur: Supra modum enim totum Caput à craſſis, & pituitoſis humoribus liberant, cerebrumque ſimul, & organa ſenſuum mirè confortant. Doſis manè in aurora Piſi magnitudo naribus attrahenda.

## SPEC. DIABALAUSTIÆ.

℞ B*Alauſtiarum* drach. vi. *Rad. Caryophyllatæ, Cyperi rotund. Maſtichis elect. Terræ ſigillatæ, Caryophyllorum, Sandaracæ, Cort. Citri, Roriſmarini* ana unc. dimid. *Corallorum præp. Succini albi Flor. Pæoniæ, Roſarum rub. Olibani* ana drach. iii. *Nuc. Moſchat. ſem. Myrtillor. Coriand. præp. Santali citrini, Lig. Saſſafras, Cubebarum*, ana drach. ii. Miſce, & fiat pulvis, ſuturæ coronali inſpergendus.

*Vi-*

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Phthiſi, Hectica, Febribus aridis, & dolore capitis, purgata alvo, ad ſiſtendum, & exſiccandum catarrhos, & confortandum cerebrum, tutò capitis ſummo vertici, vel in loco ſuturæ coronalis noctu ante ſomnum inſperguntur. In cauſa autem frigida & humida caput priùs inunge opt. ſp. Vini ſalviato, & poſteà inſperge pulverem, & mira videbis: Quia impediunt deſcenſum aquoſitatis à cerebro ad nares, oculos, & ſubjectas partes,

## SPEC. DIABVGLOSSÆ.

℞. *Cort. rad. Bugloſſæ* unc. j. *Elæoſacch. Citri* unc. dimid. *Roſarum rub. exſic. Santali citrin. Lig. Aloes* ana drach. iij. *Mag. Perlar. Or. Corallor. rub.* ana drach. j. *Oſſ. de corde Cervi, Croci Or. præp.* ana drach. dimid. *Galliæ Moſchat. veræ, Auri potab. noſt. Spicæ Indic.* ana ſcrup. j. *Ol. Roſarum veri, Cinnamomi* ana ſcrup. dimid. *Man. Chriſti ſimpl.* unc. iij. Miſce, & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SUmma eſt medicina, ubi aliquis quaſi ad deſperationem ex nimia triſtitia venit; Propterea valde efficax eſt contra affectus melancholicos, cardiacos, &c. Medicamentum enim eſt Cordi amiciſſimum. Omnia membra, ex quibus virtutes animales, & naturales manant, confortant; necnon Cordis tremorem, & ſyncopen emendant. Malas cogitationes compeſcunt. Solitarios juvant. Bonos mores gignunt. Falſas imaginationes abolent. Lætitiam afferunt. Doſis à ſcrup. j. ad drach. dimid. & drach. j.

SPEC.

Digitized by Google

## SPEC. DIAPLANTAGINIS.

℞. S*Uc. Glycyrrhiz. ext. Terræ ſigillatæ* ana unc. j. *Rad. Plantaginis*, *Serpentariæ*, *Tormentill.* ana drach. vj. *Mag. Croci Martis per reverberationem fact. corn. Cervi uſt. & præp. Cort. Granator.* ana unc. dimid. *Lap. Hæmatitis*, *Nuc. Moſchatæ*, *Flav. cort. Aurant. Caryophyll.* ana drach. iij. *Fol. Salviæ acut. Viſci quercini*, *Balauſtior.* ana drach. ij. *Mag. Corallor. berberiſati noſt. ſem. Plantaginis*, *Priapi Cervi* ana drach. j. dimid. *Pellic. inter. ventriculor. Gallinar. præp. ſang. Draconis*, *Hypociſtid.* ana drach. j. Miſc. & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

CIbum faſtidientibus, ſanguinem mingentibus, & exſpuentibus; necnon mulierculis urinæ incontinentia poſt partum correptis miraculosè auxiliantur, Dyſentericis, Cæliacis, Menſibus ſuperfluis, Inteſtinorum, Renum, Veſicæ, fiſtulæque urinariæ exulcerationibus mirè ſubveniunt, & indè omnia ſymptomata tollunt. Doſis à drach. dimid. ad drach. j. manè ſtomacho jejuno, vel ante prandium, & cœnam, cum unc. ij. vel iii. liq. Stil. plantaginis.

---

## PULVIS POLYCHRESTUS IMPERIALIS.

℞. S*Acchari candi alb.* unc. vj. *Croci Martis cum aceto Tamarindor. præp.* unc. j. dimid. *ſem. Fœniculi*, *Raſ. Eboris*, *Tali Leporin. Oc. Luciorum*, *Cardam. min. Zingib. alb. Nuc. Moſchat. Rad. Glycyrrhiz.* ana unc. j. *Cinnamomi acut. Cubebarum*, *Caſſiæ ligneæ*, *ſpicæ nardi*, *rad. & ſem. Pæoniæ*, *Viſci quercin. acid. Tartari* ana unc. dimid.

*Mag.*

*Mag. Lap. Carpionum*, *Oc. cancror. Lap. Percar. piſc. Croci Oriental. ſem. Petroſelini*, *Apii*, *Caſtorei veri*, *Caryophyllorum*, *Myrrhæ rub. Lig. Aloes*, *Herb. Hyſſopi*, *Ol. Aniſi* ana drach. ij. *Mag. Perlar. Orient. Corallor. rub. Macis elect.* ana drach. j. *Fol. Auri Ung.* No. xxxxiij. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

EX ſtomacho, & inteſtinis flatus, ventoſitates, omneſque peccantes humores expellit, illumque confortat, & à putredine præſervat. Cerebrum roborat. Memoriam auget. In Epilepſia, Tremore, & debilitate Cordis, difficultate Pectoris, Tuſſi, Aſthmate, &c. multum præſtat. Mœrores mulcet. Triſtes exhilarat. Timidos animat. Hepatis, & Lienis obſtructiones reſerat. Tympaniten à cauſa frigida ortum, & multos alios morbos longos, & obfirmatos curat. Hæmorrhoides fluentes ſiſtit. Sanguinem purificat. Vividum colorem procreat. Matricem frigidam calefacit. Uteri intemperiem corruptam emendat. Renes, & Veſicam purgat. Calculos, arenulas, & ſaburram ejicit. Meatus aperit, & Stranguriæ auxiliatur. Doſis omni manè, Caſtaneæ quantitas per ſe, vel in liquore appropriato, morbum propriè reſpiciente.

## PULVIS DYSENTERICUS.

℞. COrn. *Cervi Spagyricè calc.* unc. j. dimid. *ſem. Sanguinariæ*, *Plantaginis* ana unc. j. *Cretæ alb. præp. Nuc. Moſchat. Viſci quercin. Nitri præp.* ana unc. dimid. Miſc. & f. pulvis ſubtiliſſimus, qui in omnibus fluxibus ventris etiam valdè efficax eſt. Doſis drach. j. in vehiculis appropriatis, & ſpecificis.



Digitized by Google

## SPEC. DIALAVRI.

℞. B*Ac. Lauri maſſa panis circumduct. & in Clibano debitè excoct. exſic. & pulveriſat.* unc. j. *Flor. Centaur. min.* drach. iij. *Rubiæ tinctor. Myrrhæ rub. Croci Or.* ana drach. j. *Ariſtoloch. rot. Cardamom. min. Galang. min.* ana ſcrup. ii. *ſal. Cinnamomi*, *Sabinæ* ana drach. dimid. Miſce, & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

OBſtructiones in utero egregiè aperiunt; necnon ſuppreſſos menſes mirificè cient, ac largiter movent. Doſis à drach. dimid. ad drach. i. in decoct. Sabinæ cum Croc. Or. aut vino, vel cereviſia calida bis de die, manè jejuno ventriculo, vel veſperi ante ingreſſum lecti, hocque continuetur, donec menſes prorumpere incipiant.

---

## SPEC. DIAJALAPPÆ.

℞. R*Ad. Ialappæ opt. & reſinoſæ* unc. ii. dimid. *Acidi Tartari* ſcrup. xi. *Ol. Cinnamomi* ſcrup. i. Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PEr inferiora ſine moleſtia purgant, & ſanguinem mundificant. Pituitam ipſam, utramque bilem, flatus, cæteraſque impuritates omnes è toto corpore educunt, & obſtructiones tollunt: Ob id doloribus articulorum, & hypochondriorum proſunt. Doſis à drach. dim. ad ſcr. ii. & dr. i. præſertim in robuſtioribus.

SPEC.

Digitized by Google

## SPEC. DIAESULÆ.

℞. R *Ad. Eſulæ min. præp. Rot. Diarrhod. Abb.* ana unc. j. dimid. *Hellebori alb. præp. ſal. Vitrioli alb.* ana drach. iij. *ſuc. Glycyrrhiz. ext. Santali rub.* ana drach. j. *Cinnamomi acut. Ireos Florent. Zingib. alb.* ana ſcrup. ij. *Mag. Perlarum Or. Corallor. rub.* ana ſcrup. j. *Elæoſacch. Caryophyllor. Nuc. Moſchat. Maſtichis* ana ſcrup. dimid. Miſc. & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VAlent in omnibus Febribus quotidianis, tertianis, ardentibus, omniſque generis infirmitatibus Ventriculi, defluxionibus ſalſis, Lumbricis, doloribus dorſi, Synovia, Peſte, morbis Epidemiis, Venenorum hauſtorum ſymptomatibus; per alvum enim & ſuperiora noxia quæque ſine moleſtia expurgant. Doſis à drach. dimid. ad drach. j.

---

## SPEC. STOMACHICÆ.

℞. ACidi Tartari unc. iij. *Galang. min. Zingib. alb. Piperis long.* ana drach. j. dimid. *Cardamom. min. Nuc. Moſchat. Caryophyllorum, Zedoariæ* ana drach. j. *Rad. Glycyrrhiz. raſæ, Fol. ſalviæ acut ſem. Rutæ, Carvi, Olibani* ana drach. dimid. *Ol. Cinnamomi* ſcrup. j. *Menthæ criſp. Aurantior. Aniſi* ana ſcrup. dimid. *Sacchari candi alb.* unc. viij. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

COllapſam appetentiam excitant. Tormina, vomitiones, & ſingultus ſedant. Aſthmaticos juvant. Crapulam arcent. Flatuoſitates expellunt. Ventricu-

Digitized by Google

triculum corroborant, & alimenti diſtributionem accelerant. Doſis manè, & veſperi à drach. dimid. ad drach. j. ex vino Malvatico, vel alio generoſo.

## PVLVIS STOMACHICVS NOBILIS.

℞. C*Remoris Tartari albiſs. & ſp. Vitrioli aliquoties irrorati, & iterum exſiccati* unc. ij. *cornu Cervi Spagyricè calc.* unc. dimid. *ſal. Lap. Percar. piſc. Ocul. Canc.* ana drach. ij. *Mag. Perlar. Orient. Corallor. rub.* ana drach. j. *Ol. Caryophyllorum*, *Cinnamomi* ana drach. dimid. *Sacchari candi alb.* unc. viij. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

UTi nobilis eſt, ità quoque cor, ventriculum, & reliqua nutritionis membra nobiliter confortat. Stomachi cruditatem, & mollitiem corrigit, pituitæque putredinem prohibet. Nephriticis, Lienoſis, cibumque vomentibus ſummoperè ſuccurrit. Præterea illos, qui ex diuturno aliquo morbo, penitus extenuati ſunt, plurimamque indè imbecillitatem contraxerunt, admodum corroborat. Doſis à drach. dimid. ad drach. j. in vehiculo appropriato.

## SPEC. PLEVRITICÆ.

℞. S*Ulphuris ſublimati* drach. ii. *ſem. Card. Mariæ, Bacc. Lauri excort. Viſci quercini*, *Rad. Zedoariæ*, *Olibani* ana drach. i. dimid. *Raſ. dentis Verris aprugni*, *Dent. Lucii acut. Flor. Papav. errat.* ana drach. i. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

MAgnum ſecretum eſt contra dolores pleuriticos, ſivè puncturas laterum, ubi præ vehementia ægrotantes ferè exanimantur. Doſis à drach. dimid. ad drach. i. in aq. Hyſſopi & Fœniculi, vel in aq. flor. Papav. errat. manè, meridie, & veſperi, vel ſint ad minimum quinque horæ inter quamlibet doſin. Offeruntur etiam in aq. Scabioſæ, & Deo favente, certiſſimè liberant.

---

## PVLVIS PLEVRITICVS SECRETISSIMVS.

℞. F*Lor. ſulphuris comp.* unc. dimid. *Raſ. dentis verris aprugni*, *Mand. Luciorum* ana drach. ii. *Flor. Papaveris rhead.* drach. i. Miſc. & f. pulvis ſubtiliſſimus, qui uſui reponendus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

CVrat non ſine adſtantium ſtupore pleuritidem, omnes putrefactiones, Apoſtemata, &c. Doſis à drach. dimid. ad drach. j. cum aq. è flor. Chamomillæ & Papav. errat. ana ſ. q. Efficacius remedium non datur, & certè hic ſolus hauſtus, ſaccharo cand. alb. parum edulcoratus, & aliquot vicibus exhibitus, admirabile præſidium eſt; quo ſæpiſſime ipſe ſum uſus, & ſemper, poſt Dei providentiam, integræ ſanitati reſtitutus.

---

## SPEC. FEBRIFVGÆ.

℞. C*Ochlear. long. teſtar. præp. corn. Alcis ſ. igne calc.* ana unc. i. *Sal. Centaurii min. Card. benedict.*

Digitized by Google

*dict. Abſynthii* ana unc. dimid. *Tartari vitriolati, Mag. Vitrioli* ana drac. iii. *Calami aromat. Nuc. moſchat.* ana drach. i. dimid. *ſem. Hyperici, Caryophyllorum, Piperis longi, Camphoræ* ana drach. i. *Rad. Tormentillæ, Ariſtoloch. rot. Zedoariæ, Oſtrucii*, ana drach. dimid. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

ABigunt ferè omnes Febres; præcipuè autem quotidianam, tertianam, & ſæpè quartanam curant. Dantur inſtante paroxyſmo, vel paulò ante in aq. Card. benedict. & Centaur. min. vel in hauſtu cerevisiæ calidæ: Sed patiens in lecto ſe contineat, & ſudet. Doſis à ſcrup. i. ad drach. i. habita ratione virium ſumentis.

---

## PVLVIS FEBRILIS PROBATVS.

℞. C*Alami aromat.* unc. i. *Rad. Gentianæ, Ariſtoloch. rot. Zingib. alb.* ana unc. dimid. *ſal. Centaur. min. Card. ben. Abſynthii* ana drach. iii. *Corn. Cerv. ſ. igne calc. ſem. Calendulæ, Camphoræ* ana drach. i. *Sacchari cand. alb.* unc. i. dimid. Miſc. & f. pulvis ſubtiliſſimus. Doſis à drach. dimid. ad drach. i. in vehiculis appropriatis, & ſpecificis.

---

## SPEC. NEPHRITICÆ.

℞. C*Ryſt. Tartari* unc. i. *Mag. Lap. Percar. piſc. Oc. Cancror.* ana unc. dimid. *ſal. Succini alb.* drach. i. *Ol. Aniſi* ſcrup. i. *Sacchari cand. alb.* unc. iv. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

H *Vi-*

Digitized by Google

### *Vires, Uſus, Doſis.*

NEphriticos oculariter juvant: Tartarum enim, & lapidem Renum, & Veſicæ, cæterorumque membrorum frangunt, atque inde mirabiliter expellunt. Iſchuriam, Dyſuriam, atque Stranguriam citrà moleſtiam ſolvunt: Propterea pro ſecreto magno contra omnia calculorum genera habeantur, & meritò exiſtimentur. Doſis in præſervatione ſcrup. j. ſingulis Lunæ quadris in aq. Nephritica noſt. vel alia convenienti. In curatione autem Doſis à drach. dimid. ad drach. j. in aq. jam dicta, vel in aq. Ononidis, Petroſelini, Hederæ terr. &c.

---

## SPEC. CHOLAGOGÆ.

♃. M *Ag. Scammonii* unc. j. *Spec. Diarrhod. Abb.* unc. dim. *Acidi Tartari* drach. ij. *Roſar. rub. vitriolat. flor. Cent. min.* ana drach. j. Miſce, & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

FLavam bilem citra moleſtiam educunt, ut ſimul obſtructiones liberent. Præterea calori, dolori, & ſiccitati ſtomachi, Cordis, Hepatis, Pulmonum, articulorum, & viſcerum conferunt, ipſorumque robur augent, & conſervant. Cardiacis, Tabidis, morboque Regio correptis maximè ſubveniunt: Propinantur etiam feliciſſimè ſenibus, & debilibus, in febribus ardentibus, & tertianis, &c. Doſis à drach. dimid. ad ſcrup. ij.

PUL-

Digitized by Google

## PULVIS CARMINATIVUS.

℞. SEm. *Cumini cum aceto præp. Carvi*, *Aniſi* ana unc. iij. *Zingib. albi* drach. vj. *Macis* drach. iij. *croci Orient.* drach. j. Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

FLatus inteſtina diſtendentes, & acrimonia ſua tormina concitantes, egregiè diſcutit, quotidiè, vel tempore neceſſitatis per aliquot dies continuando, & in prima menſa, cum jure aliquo, vel cum aq. Fœniculi, aut Aniſi, ſeu Carminativa noſtra calidè ſumptus. Doſis à drach. j. ad drach. i. dimid. Pulvis eſt juſculis accommodus.

## FARINA VIRGINEA NOBILIS.

℞. SIlicum *fluviat. calcinat. & pulveriſ.* unc. vj. *Lap. pumicis præp.* unc. j. *Rad. Ireos Flor.* unc. dimid. *Galliæ Moſchat. veræ* drach. j. *Ol. ſtil. Roſarum* ſcrup. j. Miſc. & fiat omnium pulvis inſtar farinæ; quem ad uſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD dentes in una quaſi hora dealbandos, & à tartaro corroſivo purgandos, medicina nulla excellentior eſt, ſi quotidiè hoc pulvere ſæpè hinc indè cum lacinia lanea diligenter fricentur, atque terantur; Propterea tàm gynæceis, quàm reliquis omnibus, hunc de ſilicibus ſuaviſſimum, & venuſtiſſimum pulverem commendare volui.



Digitized by Google

## PVLVIS HÆMORRHOIDALIS.

℞. F*Arinæ volatilis* unc. i. *Croci Martis* unc. dimid. *Boli rub. Or. præp. Rad. Verbaſci* ana drach. ii. *Hermodact. alb. per noctem in ſp. Vini infuſ. & iterùm exſic. Flor. Papav. errat. Sacchari cand. alb. ſang. Draconis*, *Olibani* ana drach. i. dimid. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, qui tactum effugiat.

*Vires, & Uſus.*

SAnguinem hæmorrhoidalem ſuperfluè emanantem citò reſtringit, vehementemque dolorem mirè ſedat: Tempore autem uſus, ex albumine ovi, & ſtuppa cannabina, vel ex lana typharum, & butyro veteri ſine ſale, fiat cataplaſma, cui de hoc pulvere parum inſpergatur, & ita hæmorrhoidibus apertis, & fluentibus apponatur.

---

## PVLVIS DE VERBASCO.

℞. HErb. Verbaſci viridis q. v. infer crucibulo quantum capit, ad ſummum uſque infarciendo, deindè alio contege crucibulo, luto benè munito, igni impone, ut nigreſcat eo, non verò in cineres abeat, cumque videbitur ſatis eſſe, crucibulum fac refrigeſcere; atram illam materiam exime, & in ſubtilem pulverem redige. Poſtea ℞. *Hujus pulveris nigri* unc. i. *Rhabarbari elect.* drach. ii. Miſc. & f. pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, & Uſus.*

CErtum hic pulvis eſt experimentum contra condylomata, & hæmorrhoidas cæcas. Cujus uſus eſt,

Digitized by Google

eſt ut ægrotus de induſio viri trito ſumat particulam, eamque in uno latere paulum propria ſua ſaliva humectet, de pulvere hoc aſpergat, & ita ſuperimponat, toties repetendo, quoties opus, donec condylomata, & hæmorrhoides illæ cæcæ diſpareant, quod brevi tempore evenit.

## PVLVIS PROBATVS
### ad exſiccandum, conſolidandum, & ſanandum variolas.

℞. F*Arinæ Lentium*, *Fabarum*, *Orobi* ana unc. dimid. *Lithargyr. Ceruſſæ lotæ*, *Tutiæ præp. Nihil albi* ana drach. ii. *Conch. marin. præp. Rad. Arundinis*, *Croci Metallor.* ana drach. i. Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, & Uſus.*

VAriolæ quando maturæ ſunt, poſt ſeptimum diem rumpantur cum acu aurea, ſeu argentea, auferatur humiditas, ne corrodat carnem, & faciat foveas, vel ſcindantur cum forcipe, ne iterum claudantur; deindè aſpergantur prædicto pulvere, qui etiam ſpargatur in lectum patientis.

## PVLVIS CYPRIVS
### Violato-Roſatus.

℞. R*Ad. Ireos Florent.* unc. iv. *flor. Violarum recenter exſic.* unc. i. *Rad. Cyperi rotund.* drach. ii. *Ol. ſtil. Roſar. veri* drach. i. dimid. Miſc. & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus, qui tactum effugiat.

*Vires, & Uſus.*

EX hoc ſuaviſſimo, & valde delectabili pulvere replentur pulvilli, quibus variè utuntur in gynæceis. Per ſe etiam crinibus, veſtibus, pellibus, linteis, &c. inſperſus, longè latèque jucundiſſimum ſuum odorem, cerebrum & omnes ſpiritus recreando, eructabit. Invenimus pro iis, qui à Moſcho, Ambra, Zibetha, & aliis valentioribus odoriferis planè abhorrent.

## PVLVIS CYPRIVS MOSCHATVS.

℞. *STyrac. calamit.* unc. v. *Rad. Ireos Florent.* unc. iv. *Roſarum rub. opt. Anthos* ana unc. ij. *Benzoini, Caſſ. Ligneæ* ana unc. j. *Ladani puri, Calami aromat. Caryophyllorum, ſem. Coriand.* ana drach. vj. *Ligni Aloes ponderoſ. Santal. citrin. Rhodini* ana unc. dimid. *Cort. Aurantior & Citri, Cyperi rotund.* ana drach. iij. *Origani Cret. Majoran.* ana drach. ij. *Fol. Lauri* No: iij. *Flor. Lavendulæ, Violarum* ana drach. j. dimid. *Moſchi laud.* drach. dimid. *Ambræ griſ.* ſcrup. j. Miſc. & fiat pulvis veſtimentalis; cujus uſus jam dictus.

## PVLVIS MANVALIS ODORATVS.

℞. *MAgmat. Exp. Amygdal. dulc. & amarar.* ana unc. iv. *Farin. fabarum* unc. ij. *Oryzæ albiſſ. Lupinor.* ana unc. j. dimid. *Rad. Ireos Florent.* unc. j. *Roſar. alb. exſic. Benzoin.* ana drac. vj. *Sal. Tartari alb. Cretæ alb. præp. Spodii præp. Sper. Cet. rec.* ana unc. dimid. *Ol. Lign. Rhodini* ſcrup. j. *Caryophyllorum, Lavendulæ* ana ſcrup. dimid. Miſc. & f. omnium pulvis, ſeu mixtura.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vires, & Uſus.*

HIc pulvis manus albas, ac nitidas, cutemque mollem reddit, ſi frequenter eo laventur, & fricentur.

## PULVIS ERYSIPELATODES.

℞. F*Arinæ volat.* unc. iv. *Plumbi uſti*, *Boli rub.* ana unc. ij. *Maſtichis elect. Olibani*, *Ceruſſæ* ana unc. i. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, & Uſus.*

HIc pulvis chartæ cæruleæ inſperſus, & in Eryſipelate, ſive igne ſacro, per ſe, loco affecto applicatus, vix dici poteſt, quàm huic malo ſit ſingulare remedium; præmiſſis tamen univerſalibus, necnon venæ ſectione præcedente, præſertim in robuſtioribus.



Digitized by Google

# SECTIO VI.

## DE
# CATAPOTIIS
## SEU PILULIS.

---

### PILVLÆ ALOEPHANGINÆ NOSTRÆ.

♃. FOl. *Senæ elect. ſ. ſtip.* unc. iv. *Rad. Polypodii* unc. ii. *Hellebori nig.* un. i. *Troch. Albandal*, *Cort. Aurantior. ſem. Cumini* ana unc. dimid. *Herb. Abſynthii Pont. Card. bened. Chamæpityos*, *Veronicæ* ana M. i. *flor. cordialium*, *Stæchad. Arab. Centaur. min. Chamomil.* ana P. iii.

Craſſiuſculè contuſa infundantur in vini Malvat. ſ. q. coquantur igne lento duplic. vaſe ad remanentiam tertiæ partis; deindè exprimantur fortiter, & colentur; in Colaturæ lib. ii. ſolve: *Aloes ſuccotrinæ optimæ & perlucidæ* unc. xvi. Agitentur continuè in loco calido, uſque dum inſpiſſentur; poſteà adde: *Spec. Diamoſch. dulc. Diambræ* ana unc. dimid. *Mag. Myrrhæ rub. Maſtichis*, *Croci Orient.* ana drach. iii. *Ol. Chamomillæ Rom. Succini alb. rect. Roriſm. Cumini*, & *Carvi* ana drach. dimid. Miſc. & incorporentur, ut fiat juſtæ conſiſtentiæ Maſſa pilularum.



Digitized by Google

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD omnia Capitis vitia, & dolorem, Vertiginem, Hemicraniam, Epilepſiam, Apoplexiam, &c. propriè conferunt. Viſum roborant. Mentis vigorem conſervant. Auditum amiſſum reparant. In Melancholia Hypochondriaca, cæteriſque Melancholicis affectibus, Cancro, Elephantia, Quartana, Ictero nigro, &c. omnes tam Jecoris, quàm Lienis obſtructiones reſerando, ſanguinemque mundificando, quàm maximè valent. Stomachum quoque à craſſis flatibus, vitioſiſque humoribus, concoctionem juvando, ſuaviter leniterque purgant, & omnia membra interna à putredine præſervant. Doſis à ſcrup. i. ad drach. i.

---

## PILULÆ CATHOLICÆ.

♃ M*Aſſ. pil. ſine quibus*, *Aurearum*, *Cochiæ* ana unc. dimid. *Ext. Hellebori nigri*, *Colocynthid.* ana drach. iii. *Tartari vitriolati*, *Scammonii roſat.* ana drach. ii. *ſp. Vitriol.* ſcrup. i. Miſc. & cum Ol. ſem. Fœniculi f. l. a. Maſſa pilularum: Et ſi adhuc eſſentia extractorum nimis liquida, fac ut ſpiritus Vini ſufficienter lento calore ab illis evaporet; hoc etiam in reliquis compoſitionibus æquè obſervandum eſt.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAgnificè, & citra moleſtiam alvum deiiciunt. Caput, Cerebrum, Ventriculum, & ſenſoria, craſſis, putridis, pituitoſis, bilioſis, & tartareis humoribus, & ventoſitatibus repleta, magna efficacia expurgant. Valent quoque ad Febres diuturnas, ad Podagram alioſque articulorum dolores; ad catara-

ctam,

Digitized by Google

ſtam, tinnitum aurium, &c. Viſum clarificant, & cuſtodiunt, aciem oculorum exacuunt, eorumque obſcuritati mirè conferunt. Doſis à gr. xii. ad ſcrup.i.

## PILULÆ BENEDICTÆ.

♃ TRoch. *Alhandal. cum ſp. Sulphuris prius irrorat. & iterum exſiccat.Ext.Pil.Aloephang.noſt.Scammonii roſati* ana drach.i.*ſp. Vitrioli* ſcrup.dimid.Miſc.& in mortario lapideo cum piſtillo lapideo, & cum aq. benedict. Serpylli noſt.fiat Maſſa: Ex qua poſteà cum Ol. Chamomillæ Rom.ex quolibet ſcrup. formentur pilulæ No:v.

*Vires, Vſus, Doſis.*

OMnes humores implicatos à Capite, Ventriculo, Hepate, Splene, Viſceribus, & Nervis, ſufficienter evacuant. Doſis à pil. 3. ad 4. 5. vel 6. præſertim in robuſtioribus.

## PILULÆ FAMILIARES.

♃ M*Aſſ. Pil. Aloephang.noſt.* unc.ii. *Rad. Jalappæ reſinoſ.* unc.i. *Acid. Tartari* unc. dimid. *Mag. Scammonii, Ext. Rhabarb.* ana drach.ii. *ſp. Salis rectif.* drac.i. Miſc.& cum vino Malvatico f. Maſſa pilularum; ex qua poſteà cum Ol. Aniſi, vel alio conveniente formentur pilulæ parviſſimæ in modum Aloephang. quæ deaurentur fortiter.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Catarrhis exſiccandis, & obſtructionibus reſerandis, valdè illuſtres, necnon ad varios Capitis, Stomachi, Lienis, &c. affectus, efficaces ſunt. Cerebrum,

Ven-

Digitized by Google

Ventriculum, ſenſoria omnia pedetentim, leniterque purgant, & ab humoribus craſſis, putribus, pituitoſis, bilioſis, & tartareis liberant. Inſuper ſanguinem, & ſpiritus purificant. Concoctionem juvant, & appetentiam excitant. Doſis à ſcrup. i. ad drach. dimid. quotidiè continuando, donec operationes deſideratæ feliciter ſequantur.

## PILULÆ PROPRIETATIS.

℞ MAſſ. Pil. *Aloephang. noſt.* unc. iv. *Tartari vitriolat.* unc. i. *Lact. ſulphuris* unc. dimid. *Ext. Lign. Aloes* drach. j. Miſc. & cum vino Malvatico fiat Maſſa; ex qua cum Ol. Sem. Fœniculi conficiantur pilulæ in m dum Aloephangin. videlicet quantitate majores, vel minores, & ſic quoque numero plures, vel pauciores, prout occaſio eſt: poſteà fortiter deaurentur, & ad uſum ſerventur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAput, Pectus, Hypochondria, & ſtomachum humoribus craſſis, pituitoſis, & putridis repleta, pedetentim quidem, ſed radicitus expurgant: Immò humores tartareos, & corruptos in ventriculo immerſos evacuant, & omnia membra principalia confortant, & à putredine præſervant. Prætereà omnes fluxus, ſeu catarrhos à cerebro ad ſubjectas partes delabentes exſiccant, & conſumunt. Concoctionem juvant, Appetentiam excitant. Virtutes naturales muniunt. Sanguinem, & ſpiritum clarificant. Mirificè adverſus peſtiferæ luis contagia populatim graſſantia pollent; necnon Lumbricos tam in pueris, quàm adultis necant, ſuffocant, atque deturbant. In Epilepſia, Apoplexia, Aſthmate, Phthiſi, Hectica, Lue Venerea, Convulſione nervorum, Arthritide, Po-

dagra,

Digitized by Google

dagra, Iſchiatica, Venarum, viſcerumque obſtructionibus, ſummoperè conducunt, & à me ordinatæ ſunt, potiùs ut confortent, quàm ut alvum ducant; poſſunt tamen pro lubricitate alvi ad libitum, ſive manè, ſive ſerò, ſive quavis hora diei poſt cibum, ante cibum, in omnibus ferè morbis, præcipuè autem phlegmaticis, & corroſivis uſurpari. Tum quoque in omnibus Febribus continuis, & intermittentibus, ægris feliciſſimo ſucceſſu offeruntur: Non ſolùm enim alvum aliquo modo ſolvunt; ſed etiam corporis vires reſtaurant, atque refocillant. Doſis eadem obſervatur, quæ in pilulis Aloephanginis noſtris.

## PILULÆ ANODYNÆ.

℞ EXt. pil. *Aloephang. noſt.* drach. iii. *Tartari vitriolat. Laudani opiat. noſt.* ana drach. i. Miſc. & cum Conf. AlKermes in aq. Hypnotic. noſt. diſſ. f. maſſa pilularum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD dolores acutos mitigandum, & ſedandum, torſiones placandum, ſomnum conciliandum, in Colica, Nephritide, Arthritide, Pleureſi, cæteriſque morbis omnibus, ſolùm excellunt; Et ipſo Laudano opiato longè tutiores ſunt: Quia ratione Ext. pil. Aloephang. Tartari vitriolat. additorum non admittunt conſtipationes, quibus poſt uſum Laudani opiati per ſe exhibiti, ægrotantes communiter afficiuntur. Doſis à gr. xii. ad xv. aut ſcrup. i. & à gr. xxv. ad drach. dimid. Harum enim pilularum gr. xv. Laudani opiati gr. 3. ſcrup. i. Laudani gr. 4. gr. xxv. Laudani gran. v. drach. dimid. Laudani gran. 6. in ſe continent. Et ſumuntur veſperi eundo cubitum.

PI-

Digitized by Google

## PILULÆ NARCOTICÆ.

℞ OPii Thebaici Spagyricè præp. atque extract. drac.iii. *Spec. Diambræ* drac.i. *ſal. Margaritar. Or. Corallor. rub.* ana drach.dimid. *Ext. flor. Papav. errat. Croci Orient.* ana ſcrup.i. *Lap. Bezoar. Orient. Oſſ. de corde Cervi* ana ſcrup. dimid. *Moſchi laudatiſſ.* gr.v. *Ol. Caryophyllorum, Cinnamomi, Majoranæ, Succini alb. Carvi* ana gut.iv. Miſc. & cum Conf. AlKermes in aq. Narcot. noſt. diſſ. fiat maſſa pilularum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN defectu Laudani opiati, pilulis hiſce feliciſſimè utimur; quibus etiam honorem frequentiſſimè conſecuti ſumus. Doſis à gr.iii. ad iv. v. & vj. hora dormitionis.

---

## PILVLÆ CEPHALICÆ.

℞ SCammonii *roſat.* drach. iii. *Ext. Pil. Cochiarum, Hellebori nigr.* ana drach.i.dimid. *Tartari vitriolat. Spec. Diambræ* ana drach. dimid. *Ol. Succini alb. Majoranæ* ana ſcrup.dimid. Miſc. & fiat l.a. Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum Ol. Fœniculi formentur pilulæ.

*Vires, Uſus, Doſis.*

CAput, Cerebrum, ſenſuſque omnes, Ventriculum, Vterum, & alia viſcera à frigidis, craſſis, ſeroſis, pituitoſis, & putridis humoribus mirificè expurgant, & in articulorum, & Colicis doloribus, &c. valdè celebres ſunt. Doſis à ſcrup. i. ad drach. dimid.

PI-

Digitized by Google

## PILULÆ SENECTVTIS.

℞ EXt. *Meliſſæ* drach. iii. *ſpec. Diamoſch. dul.* drach. i. dimid. *Succini alb. præp.* drach. i. *Margar. trochiſcat. noſt. Ambræ griſeæ* ana ſcrup. i. Miſc. & cum Conf. Al Kermes in aq. Lil. Convall. diſſ. f. Maſſa pilularum; ex qua poſteà cum Ol. Caryophyllor & Majoranæ ana ſ. q. formentur pilulæ ad quantitatem Cicerum, quæ deaurentur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VIgiliis ſenum; & illorum, qui in ſummis curis verſantur, medentur: Animi tranquillitatem, ac hilaritatem præſtant; necnon ad pellendas curas valdè utiles ſunt. Doſis à pil. 3. ad 4. vel 5. ſub noctem.

---

## PILVLÆ SMARAGDINÆ.

℞ SMaragd. *præp.* drach. i. dimid. *Sulph. Lunæ ſicci* Scrup. ii. *Hyacinth. præp.* drach. dim. *Mag. Perlar. Orient. Corallor. rub.* ana ſcrup. i. Miſc. & cum Syr. Cort. Citri Moſchat. f. Maſſa pilularum; ex qua poſteà cum Ol. Aniſi formentur pilulæ parvæ, quæ argento puro obducantur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

SOmnia gravia, & terribilia, (quæ aliàs valdè debilitant) arcent, & ſomnum inducunt; Venenis reſiſtunt, & in confortandis ſpiritibus vitalibus, totiuſque corporis plurimum valent. Doſis hora ſomni ſcr. j.



Digitized by Google

## PILVLÆ ODONTALGICÆ.

℞ OPii Thebaici drach. i. *Camphoræ*, *ſem. Staphiſagriæ*, *Zingiberis alb. Piperis longi*, *Gallar. Turc. Cretæ albiſſ. Aluminis uſti* ana drach. dimid. *rad. Peucedani*, *Hyoſcyami*, *Urticæ min.* ana ſcrup. i. *ſp. Salis Nitri q.ſ. ad perfectam acetoſitatem*. Miſc. diligenter, & cum Balſamo Odontalg. noſtro f. l. a. Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum dicto etiam balſamo formentur pilulæ oblongæ alterutra ſui parte in acumen deſinentes.

### *Vires, & Uſus.*

IN uſu quotidiano pro ſecreto habemus: perforatis enim, & concavis dentibus impoſitæ, acutiſſimum dolorem confeſtim, & ex tempore ſolvunt.

---

## PILVLÆ DE CALCE VIVA.

℞. CAlcis vivæ drach. i. *Far. Siliginis*, *Piperis long. cort. Granator. Gallar. Turc.* ana drac. dimid. *ſem. Hyoſcyami*, *Caryophyllorum*, *Opii Thebaici*, *Aluminis uſti* ana ſcrup. i. Miſc. & cum ſuc. inſpiſſ. rad. Pyrethri fiat Maſſa pilularum: Ex qua poſtea cum Ol. Origani Cret. & Camphoræ ana ſ. q. fingantur pilulæ oblongæ.

### *Vires, & Uſus.*

DEntibus dolentibus impoſitæ ſubitò medentur, firmiores eos reddunt: Vermiculos in eorum cavernis deliteſcentes enecant, necnon fluxiones omnes ad gingivas lapſas extrahunt.

PI-

## PILVLÆ ODORIFERÆ.

℞ S*Tyracis calamit*. drach. ij. *Aſæ dulc*. drac. j. *Rad. Ireos* drach. dimid. *Galliæ Moſchat. Santali citrin*. ana ſcrup. j. *Ol. ſtil. Roſar. veri* ſcrup. dimid. Miſc. & cum modico infuſionis tragacanth. cum aq. Cinnamomi fact. fiat Maſſa, de qua formentur pilulæ dentibus excavatis imponendæ.

*Vires, & Uſus.*

FOetorem dentium excavatorum relegant; necnon immiſſæ, & retentæ, ſuaviſſimum, & dulciſſimum faciunt anhelitum.

## PILVLÆ DE ORIGANO CRETICO.

℞ O*Rigani Cretici* drach. i. *Galliæ Moſchat. veræ, Caſſiæ Ligneæ, Lig. Aloes, Santali citrin. Ireos Flor.* ana drach. dimid. *Styracis calamit. Aſæ dulcis, Caryophyllorum, Galang. min. Nuc. Moſchat. Cubebarum, Macis* ana ſcrup. i. Miſc. & cum Conf. AlKermes in aq. Majoranæ diſſol. f. Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum Ol. ſtil. Roſar. & Cinnamomi ana ſ. q. formentur pilulæ ad quantitatem cicerum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

FActa purgatione, & præmiſſis univerſalibus; de his pilulis 3. vel 4. aſſumptæ, mirabiliter fœtorem oris, & naſi, ſive per conſenſum à cerebro, ſive à ſtomacho ortum, emendant, corrigunt, & anhelitum gratiorem, & jucundiorem reddunt. Inſuper Ventriculum confortant, & concoctionem juvant.

PI-

Digitized by Google

## PILULÆ ROSATÆ.

℞ SCammonii roſat. unc. dimid. Mag. Jalappæ; Turpethi ana drach.ii. Tartari vitriolat. drach.i. Ol.ſtil. Roſar.veri ſcrup. dimid. Miſc. & cum ſp. Roſar.f. Pilulæ ex quolibet ſcrupulo No.9.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VAlentiſſimè bilem deiiciunt, quam à ſanguine exhauriunt; necnon craſſam, lentamque pituitam vacuant, atque hanc à Ventriculo, Thorace, nervis, ac remotioribus artubus educunt. Doſis à ſcrup. i. ad drach. dimid. & ſcrup. ii.

## PILVLÆ POLYCHRESTÆ.

℞ EXt. Polycreſt. noſt. Scammonii roſat. ana unc. dimid. Tartari vitriolat. drac. i. Miſc. & cum ſp. Aniſi f.l.a. Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum Ol. Majoranæ fingantur pilulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

QVòd ad quamplurimos totius corporis affectus maximè ſint utiles, & omnes ferè purgent humores, polychreſtæ appellantur: Quapropter ad complicatas, & diuturnas Febres, Quartanam, Melancholiam, Apoplexiam, Epilepſiam, varioſque Capitis, Oculorum, Ventriculi, Splenis, Jecinoriſque morbos valdè probantur. Ex iis enim pituitam, & utramque bilem efficaciter expurgant. Adverſus Podagram, & Arthritidem etiam inſigniter proſunt. Doſis à ſcrup. i. ad drach. dimid. & ſcrup. ii. præſertim in robuſtioribus.



Digitized by Google

## PILULÆ MELANAGOGÆ.

℞ MAſſ. Pil. Indarum unc. dimid. *Lap. Lazuli præp. Scammonii roſat.* ana drach. ii. *Ext. Troc. Alhandal, Hellebori nigri, Jalappæ* ana drach. i. dimid. *Eſſ. Fol. Senæ Alexand. Hyperici* ana drach. i. *Croci Or. præp. Epithym.* ana drach. dimid. *Spicæ Indicæ*, *Caryophyll.* ana ſcrup. dimid. Miſc. & cum Conf. Alkermes in aq. Roſarum diſſol. fiat Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum Ol. Citri formentur pilulæ.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

VT per has pilulas humanus intellectus quaſi deperditus reſtauretur, ſecretiſſimè tenebantur: Propriè enim valent ad mentis alienationem, Maniam, Melancholiam, & inde ortum timorem. Item, ad omnia vitia ex humore Melancholico nata; Cancrum nimirum, Lepram, Elephantiaſin, Quartanam, Icterum nigrum ex vitio Lienis procreatum, conferunt. Sanguinem inſigniter defæcant, & ſeroſa excrementa ita largiter evacuant, ut omnes hiſce utentes, ſemper tam mentis, quàm corporis ſanitatem recipiant. Doſis à ſcrup. i. ad drach. dimid.

---

## PILVLÆ HYDRAGOGÆ.

℞ TUrbith. mineral. veri unc. dimid. *Ext. Hellebori nigr. Colocynthid.* ana drach. iii. *Rhabarbar. Elaterii* ana drach. ii. *Mag. Corallor. tingent. Hyacinth. præp.* ana drach. i. dimid. *Croc. Metallor. Abſynthiac. Gum. de Peru. roſat.* ana drach. i. *Sp. Vitriol. dulc.* drach. dimid. Miſc. & cum Ol. Macis, Caryophyllorum, Cumini, & Cinnamomi ana ſ. q. f. l. a. Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum Ol. Chamomillæ formentur pilulæ.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Cachexia, Hydrope, Scabie, Serpigine, Impetigine, Prurittu, &c. Catharticum eſt ſtupendum, immò ſpecificum: Craſſos enim, & ſeroſos humores expurgat, & viſcera nutritionis corroborat. Prætereà in Podagra, Icteritia, Lue Venerea, cujuſcumque etiam ſpeciei, gradus, atque ætatis; necnon in omnis generis inveteratis, & peſſimis ulceribus, Lupo, Cancro, Fiſtulis, & hujus ordinis aliis: Item in omnibus Febribus continuis, & intermittentibus remedium eſt appropriatum. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. j. plus minuſve. Exhibeatur autem bis in hebdomada, ſi vires ferant.

---

## PILULÆ SPLENETICÆ.

℞ *GUm. Ammoniaci in aceto ſquillitico diſſolut. & ad juſtam conſiſtentiam coct.* unc. j. *Chalybis cum aceto Tamarind. præp. Extr. Rad. Filicis* ana unc. dimid. *Tartari Vitriolat. Aloes non lotæ* ana drach. ii. *Mag. Myrrhæ rub. Maſtichis* ana drach. i. *ſal. Abſynthii, Scolopend. Centaur. min.* ana drach. dimid. *Sem. Fraxini, Croc. Or.* ana ſcrup. i. Miſc. & cum Suc. Fumariæ inſpiſſ. f. l. a. Maſſa pilularum, quæ conſervetur in aluta madefacta Ol. Benzoin. Poſteà tempore uſus cum Ol. Roriſmarini formentur pilulæ.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN omnibus deploratis Lienis, & Jecinoris obſtructionibus, & doloribus miranda præſtant: Splenem enim modeſtè aperiunt, & confortant; necnon (præmiſſis tamen univerſalibus, videlicet, Medicinis at-

I 2 tenuan-

Digitized by Google

tenuantibus, & alvum ſubducentibus) ejus duritiem, tumorem, & diuturnum ſcirrhum pedetentim, & ſine moleſtia tollunt. Debent etiam ante, & poſt harum pilularum uſum clyſteres, & ſuper locum affectum fomentationes adhiberi. Doſis à ſcrup. i. ad drach. dimid. manè, ſeu veſperi ratione morbi, & complexionis.

## PILULÆ DULCES.

℞ *Succ. Glycyrrhiz. in aq. Pectoral. noſt. diſſolut. colati, & ad juſtam conſiſtentiam iterum coct.* unc. i. *Spec. Diaſaturni noſt. Diaſulphuris noſt.* ana unc. dimid. *Ext. Rad. Myrrhidis, Sacchari candi albi* ana drac. ii. *Flor. Benzoin. Sem. Cydonior.* ana drach. i. Miſc. & cum Diacodio crocat. noſt. fiat l. a. Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum Ol. Aniſi, & Fœniculi formentur pilulæ.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Catarrhis, & morbis pectoralibus; utpotè Tuſſi, Aſthmate, Dyſpnœa, Orthopnœa, Phthiſi, Hectica, Pleuritide, &c. commendare voluimus. Doſis à ſcrup. i. ad drach. i. manè, & veſperi.

## PILULÆ PERUVIANÆ.

℞ *Mag. Gum. Peruviani opt. Ext. Panchymag. noſt.* ana drac. vi. *Acid. Tartari* drach. i. dimid. *Spir. Vitrioli rect.* ſcrup. i. Miſc. & fiat. ſ. a. Maſſa; Ex qua poſteà cum Ol. Chamomillæ Rom. formentur pilulæ, ex quolibet ſcrupulo No. v.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD humores ſeroſos, & craſſos evacuandum in Cachexia, Hydrope, Arthritide, Scabie, Icteritia,

tia, obſtructionibus Hepatis, & Lienis, &c. Item in Febribus quotidianis, & tertianis, &c. hiſce quotidiè tanquam experta medicina utimur feliciſſimè. Doſis à ſcrup. i. ad dr. dim. & ſcrup. ii. præſertim in robuſtioribus.

## PILVLÆ DE TEREBINTHINA.

℞ T*Erebinthinæ Cypriæ in ſucco Limonum lotæ* unc. i. dimd. *Suc. Portulacæ inſpiſſ.* drach. vj. *Ext. Rad. Glycyrrhiz. Rhabarbari*, *Tartari vitriolati* ana drach. iii. *Spong. in arbuſto Roſar. Sylveſt. natæ*, *Oſſ. Meſpilor.* ana drach. i. dimid. *Sal. Succini alb. Nitri præp.* ana drach. i. *Mag. Lap. Percar. piſc. Oc. Cancr.* ana drach. dimid. Miſc. & f. l. a. Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum Ol. Citri rect. formentur pilulæ.

*Vires, Uſus, Doſis.*

MIrum in modum ad frangendum Renum calculum, & ciendas urinas conveniunt, præcipueque calidioribus naturis conferunt: Tartarum enim, & arenulas ad miraculum uſque expellunt. Gonorrhœam, & id genus alia curant; necnon Hepatis, Lieniſque obſtructiones liberant. Doſis longè à cibo à drac. dimid. ad drach. i.

## PILVLÆ STYPTICÆ.

℞ S*Uc. Glycyrrhiz. ext.* un. dimid. *Spec. Diaplantaginis*, *Diamartis* ana drach. iii. *Laudani opiati* drach. ii. *Fung. Betulini*, *Coag. Leporis*, *Camphoræ* ana drach. dimid. *Ung. Equi uſtæ*, *Sandaracæ*, *Olibani* ana ſcrup. i. Solvatur ſuccus Glycyrrhiz. in vino granatorum, & f. l. a. Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum



Digitized by Google

Ol. Nuc. Moſchat. & Caryophyllorum formentur pilulæ in modum cicerum, quæ deaurentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

OMne alvi profluvium à quacunque cauſa ortum cohibent, & ſanguinem à quacunque parte emanantem coercent, necnon uterinos fluores omnes ſiſtunt placideque compeſcunt, dolores mitigant, & ſomnum inducunt. Doſis à ſcrup. j. ad drach. dimid. veſperi eundo cubitum.

## CICERA TARTARI.

℞. *TErebinth. Cypriæ in aq. violarum lotæ, & in eadem ad juſtam conſiſtentiam coct.* unc. ii. *Acidi Tartari* unc. i. *Spec. Diaireos Simpl.* drach. ii. *Nitri præp.* drach. j. Miſc. & manus immittendo in aquam violarum frigidam, formentur pilulæ ad quantitatem Cicerum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

FEliciſſimè utimur in omnibus ægritudinibus tartareis à craſſiore materia genitis; Hinc per experientiam cognoviſſe licuit, quoſdam harum pilularum uſu inſtantes dolores podagricos adeò præcaviſſe, ut iidem aliquot annos non, vel tardiùs redierint, aut in quibuſdam mitiùs ſaltem afflixerint, & citiùs deſierint. Commendabiles quoque ſunt in omnium viſcerum, & venarum obſtructionibus, Hemicrania, Icteritia, Contracturis, Hydrope, Febribus, Menſium retentione, &c. Calculos Renum, & Veſicæ (ipſum Ventriculum, & proximè vicina membra non ſolùm levando, ſed & iiſdem ſingulare robur ſuggerendo) comminuunt, atque expellunt. In Aſthmate, Tuſſi,

Phthiſi,

Digitized by Google

Phthiſi, &c. aliiſque morbis pectoralibus, harum pilularum uſus etiam valdè celebris eſt. Interdum per ſudores, & urinas operantur, prout natura ægri in hanc, vel illam pronior fuerit aut propenſior. In præſervatione, Doſis ſingulis Lunæ quadris à drac. dim. ad drach. j. In curatione autem quotidiè manè in aurora à drach. i. ad drach. i. dimid.

## PILVLÆ DE SANDARACA.

♃. SAndaracæ elect. unc. dimid. *Ext. polypodii*, *Tartari alb.* ana drach. ii. *Succini alb. præp* *Piperis nigri*, *Aluminis rochæ*, *Sarcoll. rub.* ana drach. dimid. *Laccæ ablutæ*, *Nitri præpar. Ariſtoloch. rot. Sem. Rut. ſylveſt. Petroſelini*, ana ſcrup. j. Miſc. & cum ſuc. inſpiſſat. Centaur. min. f. maſſa pilularum; Et ex quolibet ſcrupulo formentur pilulæ duæ, quæ deaurentur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

PLagues extenuant, necnon omnem carnoſitatem præter naturam corpori humano additam attenuant. Detur autem omni die pilularum una, quando ſurgit à lecto.

## PILULÆ DE SABINA.

♃. SAl. *Herb. Sabinæ* unc. ii. *ol. ſtil. ejuſdem* unc. i. Miſta Hermeticè ſigilla, & igne philoſophico coque, donec lapidis duritiem acquirant; poſteà ♃. *Maſſ. pil. Aloephang. noſt.* unc. i. dimid. *Lapidis hujus præp.* unc. i. *Borrac. Venet.* drac. iii. *Ext. Spec. Dialaur. noſt. Flor. Centaur. min. Herb. Sabinæ* ana drac. dim. *Croci Orient.* ſcrup. i. Miſc. & cum Ol. Bac. Juniperi f. l. a. Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum Ol. Cinnamomi, & Macis formentur pilulæ.



Digitized by Google

*Vires, Vſus, Doſis.*

ADeò feliciter obſtructiones Vterinas reſerant, Menſeſque retentos copiosè movent, ut meritò inter arcana medica, muliebria ſcientia, primas obtineant. Doſis manè, & veſperi à ſcrup. i. ad drach. dimid.

## PILVLÆ VTERINÆ.

℞ MAſſ. Pil. *Aloephang.* unc. i. *Fæc. Bryoniæ* drac. i. *Sal. Jovis Anglici*, *Matris Perlar. Corall. rub.* ana drach. dimid. *Ext. Caſtorei veri*, *Callor. Equar.* ana ſcrup. i. *Ol. Angelicæ* ſcrup. dimid. Miſc. & f. l. a. Maſſa pilularum, ex qua poſteà cum Ol. Succini rect. formentur pilulæ, quæ deaurentur fortiter.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SPecificum, & peculiare eſt medicamentum ad Vteri ſtrangulatum; Fœminas enim hyſterico pathemate quaſi ſuffocatas feliciter excitat. Doſis à ſcrup. j. ad drach. dimid. auroris aliquot continuis.

SE-

Digitized by Google

# SECTIO VII. DE ROTULIS.

## ROTVLÆ IMPERIALES.

℞ COnfect. *Alchermes* unc. dimid. *Margarit. trochiſcat.* drach. i. *Ambræ griſeæ* ſcrup. i. *Moſchi laudatiſſ.* ſcr. dimid. *Sacchari albiſſ. in aq. fragrantiſſ. Roſarum diſſ.* unc. viii. & fiant. l. a. Rotulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SVpra modum caput, cerebrum, & memoriam confortant. Cor frigidum, & tremulum roborant, & omnibus ipſius affectibus opem præſtant. Dolorem capitis diuturnum mulcent. Vertiginem diſcutiunt. Viſum acuunt. Humidas oculorum defluxiones ſiccant. Canitiem retardant. Vitam ex mala victus ratione abbreviatam prolongant. Doſis ſæpiùs in die ab 1. ad 2. vel 3. pro una vice.

## ROTVLÆ SMARAGDINÆ.

℞ SMarag. *præp.* drach. ii. *Corn. Alcis Spagyricè calc.* drach. i. dimid. *ſem. Pæoniæ maris decreſcente Lu-*

Digitized by Google

*Lunæ collect.* *Citri excort.* ana drach. i. *Rad. Diptamni alb.* *Gran. Chermes*, *Galangæ min.* *Croci Orient. præp.* *Cubebarum*, *Viſci quercin.* ana drach. dimid. *Mag. Perlar. Orient.* *Corallor. rub.* *Hyacinth. præp.* ana ſcrup. i. *Ol. Succini alb. rectif.* *Nuc. Moſchat.* *Macis*, *Cinnamomi* ana ſcrup. dimid. *Roriſmarin.* *Lavendulæ* ana gut. iv. *Sacchari alb. in aq. Apoplect. & Epileptica noſt. ana diſſolut.* unc. xvi. Miſc. & fiant l. a. Rotulæ.

*Vires, Uſus, Doſis.*

MIraculosè ab Apoplexia, Epilepſia, Paralyſi, &c. præſervant. Vertiginem corrigunt. Cerebri debilitatem auferunt. Memoriam, & ſenſus acuunt. Caput confortant. Spiritus recreant. Literatos omnes, meditationibus continuis, curiſque variis facultates animales periculosè debilitantes, maximè iuvant, atq; liberaliter ſuſtentant.

---

## ROTVLÆ HYACINTHINÆ.

℞ SPec. *Diarrhod. Abbat*, *Diamarg. frig.* ana unc. dimid. *Hyacinthi præpar.* drach. ij. *Flor. Nitri* drach. j. *Mag. Corallorum rub.* ſcrup. j. *Ol. ſtil. Roſarum* ſcrup. dim. *Sacchari alb. in aq. flor. Nymphææ ſ. q. diſſolut.* unc. xvj. Miſc. & fiat l. a. confectio in Rotulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD univerſi corporis caliditatem, & inflammationem conferunt, omnemque virium imbecillitatem firmant. Syncopen juvant atque longo morbo dejectos ſupra modum recreant, refrigerant, ac confortant. Aſthmaticis, Cardiacis, Hepaticis, Ictericis, Tabidis, Tuſſientibus, & malignè Febricitantibus

Digitized by Google

bus mirè auxiliantur. Doſis à 2. 3. ad 4. vel 5. ſæpius in die.

## ROTVLÆ CORDIALES.

℞ Spec. *Diarrhod. Abb.* unc. dimid. *Conf. AlKermes* drach. ij. *Margarit. trochiſcat. Mag. Corallor. rub.* ana ſcrup. j. *Ol. Caryophyli. Macis*, ana gut. iv. *Sacchari albiſſ. in aq. Cinnamomi diſſ.* unc. viij. Miſc. & fiat Confectio in Rotulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

COr inſigniter confortant, illudque ab omni corruptione illæſum præſtant, & ne facilè à maligno aere depravetur, tutantur. Doſis 2. 3. vel 4. pro una vice.

## ROTVLÆ PECTORALES ALBÆ.

℞ Spec. *Diatragacanth. frigid. Diaireos ſimpl.* ana unc. dimid. *Lact. Sulphuris* drac. ij. *Pulv. Benzoin.* drach. j. *Ol. Fœniculi* ſcrup. j. *Sacchari albiſſ. in lact. ſem. Papav. alb. cum aq. Violarum ext. diſſolut.* unc. xvj. Miſc. & fiant l. a. Rotulæ.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD omnem faucium, & linguæ aſperitatem valent. Pectoris, & thoracis gravitatem à cauſa calida, & ſicca allevant. Tuſſientes, Phthiſicos, tabidos, macie confectos, & eos, qui defluxionibus, & deſtillationibus è capite obnoxii ſunt, juvant. Doſis quavis hora 1. 2. vel 3. pro una vice.

RO-

## ROTVLÆ PECTORALES CITRINÆ.

℞ LOch. ſani & experti, *Spec. Diarrhod. Abb.* ana unc. dimid. *Suc. Glycyrrhiz. ext. flor. ſulphuris* ana drach. i. *Pulv. Benzoin. Rad. Ireos Flor.* ana ſcrup. ii. *Ext. Croci Oriental. Bal. ſulphuris aniſat.* ana ſcrup. i. *Sacchari albiſſ. in aq. Fœniculi diſſol.* unc. xvi. Miſc. & fiant l. a. Rotulæ.

*Vires, Uſus, Doſis.*

PVlmones expurgant. Pectus leniunt. Sputum facilitant. Ideoque Tuſſiculoſis, Pleuriticis, & difficulter ſpirantibus mirum in modum auxiliantur. Doſis ſæpius in die ab 1. 2. ad 3. vel 4. pro una vice.

## ROTVLÆ PECTORALES RVBRÆ.

℞ SPec. Diarrhod. Abbat. unc. i. *Loch. ſani & exp.* unc. dimid. *Conf. Alchermes* drach. ii. *Suc. Glycyrrhiz. ext. Flor. Sulphuris* ana drach. i. *Pulv. Benzoin. Rad. Ireos Flor.* ana drach. dimid. *Ol. Aniſi* ſcrup. i. *Sacchari albiſſ. in aq. Hyſſopi, cum Santal. rub. priùs tinct. diſſolut.* unc. xvi. Miſc. & fiat l. a. Confectio in rotulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

THoracem, & Pulmonem expurgant, eoſque ad expectorandam craſſam, & lentam materiam roborant. Hinc tuſſi diuturnæ, Aſthmati, & Pleuritidi auxiliantur. Doſis à 1. 2. 3. vel 4. pro una vice.

## ROTVLÆ LAC PROVOCANTES.

℞ CRyſtallorum *præp.* unc. dimid. *Corallorum rub. præp.* drach. i. *Margaritar. præp. Piperis longi*

ana

Digitized by Google

ana drach. dimid. *Ol. ſem. Fœniculi* ſcrup. j. *Sacchari albiſſ. in aq. Nuc. Moſch. diſſ.* unc. viij. Miſc. & f. l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN provocatione lactis, ſecretum eſt; dantur Nutricibus ſingulis diebus, manè, meridie, & veſperi 4. aut 5. pro una vice.

## ROTULÆ REFECTIVÆ.

℞ M*Argarit. trochiſcat.* drac. j. *Mag. Corallor. rub. Ambræ griſeæ* ana ſcrup. j. *Sacchari albiſſ. in lact. Amygd. dulc. cum aq. Roſar. ext. diſſolut.* unc. iv. Miſc. & fiat l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN morbis chronicis vires reficiunt, alunt, & deſperatos refocillatis viribus ſanitati reſtituunt, totamque naturam corroborando conſervant, & ad priſtinum robur recuperandum conducunt. Doſis eſt, ut, neceſſitatis uſu ita depoſcente, duæ vel tres aſſumantur, & ſenſim lingua confricentur, ac deinde deglutiantur.

## ROTULÆ STIMULANTES.

℞ B*Orracis Venet.* drach. ij. *Sem. Linguæ avis* drac. j. *Boleti Cervini, carnis Scincor.* ana drach. dimid. *Piper. long.* ſcrup. j. *Canthari d. corp. Ol. Cinnamomi* ana ſcrup. dimid. *Sacchari albiſſ. in aq. Rad. Satyrii, & Anthos ana diſſ.* unc. vj. Miſc. & fiant l. a. Rotulæ.

Vi-

*Vires, Uſus, Doſis.*

MIrabiliter irritant, atque excitant: Propterea ad impotentiam, & læſam virilitatem quàm maximè valent. Doſis eundo cubitum à 3. 4. 5. ad 6. plus minuſve pro ratione duelli. Sumi etiam poſſunt poſt primam coitionem à media ſcilicet nocte.

## ROTVLÆ AROMATICÆ.

℞ G*Alangæ min.* drach. j. dimid. *Calami aromat.* *Gran. Paradiſi*, *Zingib.* ana drach. j. *Caryophyllor. Caſſ. Ligneæ*, *Zedoariæ*, *Pimpinellæ*, *Piperis longi*, *ſem. Carvi* ana drach. dimid. *Cubebarum*, *Nuc. Moſchat. Croci Orient. Maceris* ana ſcrup. j. *Ol. Cinnamomi*, *Menthæ criſp. Aurantior. Roriſmarin.* ana ſcrup. dimid. *Sacchari albiſſ. in aq. Stomachal. noſt. diſſolut.* unc. xvj. Miſc. & fiat l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

OMnia membra principalia, ut potè Caput, Cerebrum, Stomachum, Cor, Hepar, Lienem, Inteſtina, &c. refrigerata, egregiè calefaciunt, corroborant, atque à doloribus præſervant. Colicam impediunt. Vomitum phlegmaticum ſiſtunt. Appetentiam excitant. Necnon flatus ventriculum diſtendentes probè diſcutiunt, omnemque totius corporis noxam à cauſa frigida proficiſcentem curant. Doſis quovis tempore 2. 3. 4. vel 5. pro una vice.

## ROTVLÆ REFRIGERANTES.

℞ S*Pec. Diarrhod. Abbat.* unc. j. *Elæoſacchari Citri*, *Flor. Nitri* ana drac. ij. *Cryſtallor. præp.* drac. j. *Tin-*

Digitized by Google

*Tinct. Corallor. rub. Gran. Chermes, Santalorum* ana drach. dimid. *Mag. Saturni* ſcrup. i. *Ol. ſtil. Roſar.* gut. iv. *Sacchari albiſſ. in ſuc. Berber. & Ribes ana diſſolut.* unc. xvi. Miſc. & fiat l.a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

INſigniter refrigerant, & ad extinguendam ſitim in morbis quaſi ignitis, febribuſque acutis ſunt admodum convenientes. Confortant Stomachum, & calidum innatum; Cor, & Hepar supercalefactum alterant, & omnes inflammationes tam internas, quàm externas modeſtè delent, ſuaviterque ſiſtunt. Doſis pro libitu 2. 3. 4. vel 5. pro una vice.

## ROTVLÆ CARMINATIVÆ.

℞ OL. *Carminativi noſt.* drach. i. dimid. *Cinnamomi, Caryophyll.* ana ſcrup. dimid. *Sacchari albiſſ. in aq. Carminativ. noſt. diſſol.* unc. xvj. Miſc. & fiat l.a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

DIſſipant flatus, & ventoſitates in Ventriculo, & inteſtinis latentes. Concoctionem juvant. Acido ructui medentur. Nephriticos dolores, urinam provocando, & calculum educendo, leniunt. Dantur neceſſitate ita exigente 3. 4. aut 5. pro una vice.

## ROTVLÆ DIACVMINI.

℞ SPec. *Diacumini, Dianiſi* ana unc. dimid. *Diamoſch. dulc. Diambræ* ana drach. i. *Bal. ſulphuris*

ani-

*aniſat. Ol. Fœniculi* ana ſcrup. i. *Aurantiorum, Maceris* ana ſcrup. dimid. *Sacchari albiſſ. in aq. Benedict. Serpylli noſt. diſſolut.* unc. xvj. Miſc. & fiat l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

INteſtinorum flatus potentiſſimè diſſipant, & proſunt ad omnes frigidos affectus. Cephalicis, Vertiginoſis, Stomachicis, Arteriacis, Tuſſientibus, Aſthmaticis, Cardiacis, Iecinoroſis, Lienoſis, Inflatis, Colicis, Quartanariis, & Senibus mirificè ſuccurrunt. Concoctionem juvant. Cachexiam emendant: & Hypochondriorum diſtenſionem ſaluberrimè liberant. De quibus ſumat æger unam atque alteram ad lubitum.

## ROTVLÆ CONTRA VERMES.

℞ SPec. *Diacinę noſt.* unc. ii. *Sacchari albiſſ. in aq. rad. Graminis, & Tanaceti ana ſ. q. diſſol.* unc. xvi. Miſc. & fiat Confectio in rotulis, ut eſt artis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VErmes interficiunt, & educunt. Exhibentur quotidiè pueris lumbricis ſcatentibus duæ, tres, vel quatuor, aut quinque, plus minuſve, pro una vice.

## ROTVLÆ MITHRIDATICÆ PRÆSERVANTES.

℞ EXtract. *Mithridatii cum aceto diſtill. parat.* drach. i. dimid. *Corn. Cervi Spagyricè calc. ſem. Citri*

*tmi excort. Flor.ſulphuris comp.Smarag.præp.Boli rub. Orient. præp.* ana drach.i.*Rad.Tormentillæ,Zedoariæ* ana drach.dimid.*Margarit. trochiſcat. Mag. Corallor. rub. Camphoræ* ana ſcrup.i. *Ol.ſuccini alb.rectif.Angelicæ* ana ſcrup.dim. *Caryophyll. Rut.* ana gut.iv.*Sacchari cryſtallini in aq.oxalidis,& Roſar.diſſolut.* unc.xvi.Miſc.& fiat l.a.Confectio in rotulis.

## ROTULÆ THERIACALES LIBERANTES.

℞ EXt.*Theriacæ Androm.cum aceto diſtill. parat.* drac. i.dimid.*corn.Alcis ſpagyricè calc. Terræ ſigillatæ, ſem.Acetoſæ,Tinct.ſulphuris,Hyacinth.præp.* ana drac.i.*Rad. Enulæ camp. Angelicæ* ana drach. dimid. *Lig. Aloes ponderoſi,Oſſ.de corde Cervi,Succini alb.præp.*ana ſcrup.i. *Ol.Camphoræ veri,Myrrhæ rub.* ana ſcrup.dimid. *Caſſiæ ligneæ,Zedoariæ* ana gr.iv. *Sacchari albiſſimi* unc.xvi.Miſce,& fiat, ſaccharo diſſoluto in aq.Card.benedict. & Scabioſæ,Confectio in rotulis.

## ROTULÆ ANGELICÆ.

praeſervativæ pro gravidis.

℞ EXt. *Rad. Angelicæ cum aceto diſtillat.fact.* drach.i. dimid. *cornu Cervi ſpagyricè calc. Terræ ſigillatæ, Boli Armen.præp.Rad.Pæoniæ fœm.ſem. Acetoſæ* ana drac.i. *Margarit.trochiſcat. Mag. Corallor. rub. Smarag. præp.Hyacint. præp.* ana dim. *Macis in aceto macerati & exſic.Caſſiæ ligneæ, Croc.Or.* ana ſcrup.i. *Ol.ſuccini alb.rect.Zedoariæ* ana ſcrup.dimid. *Caryophyllor.Citri* ana gut.iv.*Sacchari cryſtallini in aq. Tormentillæ, & Veronicæ diſſ.* unc. xvi. Miſc. & fiant l.a. placentulæ.



Digitized by Google

## ROTULÆ ZEDOARTICÆ ſalvificantes pro pueris.

℞ *Ext. Zedoariæ cum aceto diſſ. fact.* drach. i. dimid. *C. cern. Alcis ſpagyricè calc. Succini alb. præp. Terræ ſigillatæ, Bol. rub. Or. præp.* ana drach. j. *Rad. Pæoniæ maris, Diptam. alb. Tormentillæ* ana ſcrup. ii. *Smaragd. præp. Hyacinth. præp. ſem. Citri excort. Acetoſæ, Cinæ,* ana drach. dimid. *Mag. Corallor. rub. Perlarum Or. Oc. Cancri, Oſſ. de corde Cervi, Balſ. ſulphuris aniſat.* ana ſcrup. i. *Ol. Cinnamomi, Macis, Citri* ana gut. iv. *Sacchari albiſſ.* unc. xvi. Miſc. & Sacchara ſol. in aq. flor. Nymphææ; & Roſarum ana ſ. q. f. confectio in placentulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

CONtra Peſtis contagionem quàm maximè valent: ab illa enim liberant, totumque corpus à corruptione præſervant, & ne à maligno, & peſtifero aere lædatur, tutantur. Doſis tempore neceſſitatis, 2. vel 3. pro una vice.

---

## ROTVLÆ CATARRHALES CALIDÆ.

℞ SPec. Diamoſch. dulc. Diambræ ana drach. i. *Aromat. roſat. Diaireos ſimpl.* ana drach. dimid. *Thuris elect. Maſtichis, Succini alb. corn. Cervi præpar.* ana ſcrup. i. *Sacchari albiſſ. in aq. Betonicæ diſſ.* unc. v. Fiant Rotulæ, quæ Ol. Caryophyllor. leniter inungantur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

QVando humor è cerebro per nares, os, oculos præter naturam excernitur; vel ſi ad partem aliquam cor-

corporis dilabitur, atque in ea continetur, functionibus ejus partis læſis, qualitatibus atque excrementis à naturali ſtatu mutatis, percipitur, hæ Rotulæ percelebres ſunt: omnes enim Catarrhos frigidos ſiſtunt, caput pectuſque confortant. Doſis à tribus ad quatuor pro una vice.

---

## ROTVLÆ CATARRHALES FRIGIDÆ.

℞ *SEm. Papav. alb. contuſ.* unc. iv. *Siliquarum craſſiuſculè inciſar.* unc. ii. Infundantur per aliquot dies in aq. Scabioſæ, & Tuſſilag. ana ſ.q. Poſteà deſtillentur, & in hujus ſtillatitii liquoris ſ. q. diſſolve gran. Maſtichis unc. j. coquantur parum, & filtrentur, & additis Sacchari albiſſ. unc. viii. f. l. a. Rotulæ.

*Vires, Uſus, Doſis.*

QVando Catarrhus eſt tenuis, acris, caput calidum, facies & oculi rubicundi apparent, partes per quas defluit, exaſperantur, & exulcerantur, amaritudo, & ſalſedo percipitur, Febris adeſt, hæ Rotulæ valdè commendabiles ſunt. Doſis à tribus ad quatuor pro una vice.



Digitized by Google

# SECTIO VIII. DE MORSULIS.

## MORSULI CEPHALICI.

℞ *Conſ. flor. Pæoniæ, Anthos* ana unc. dimid. *ſpec. Diamoſch. dulc. Diambræ* ana drach. ii. *Cranii humani ſpagyricè calc. corn. Alcis eodem modo calc.* ana drach. i. *Rad. & ſem. Pæoniæ debitè collect. Viſci quercini* ana drach. dimid. *Ol. Succini alb. rect.* ſcrup. i. *Lavendulæ, Nuc. Moſchat. Carvi* ana gran. iv. *Sacchari albiſſ. in aq. Apoplect. & Epilept. noſt. ana ſ. q. diſſolut.* unc. xvi. Miſc. & f. ut eſt artis, Confectio in morſulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

A Tota ſubſtantia tam in curando, quàm præſervando, Epilepſiæ, Apoplexiæ, Paralyſi, Caro, &c. cæteriſque periculoſiſſimis capitis, cerebri, & nervorum affectibus conferunt. In præſervatione Doſis à drach. dimid. ad drach. i. in omnibus Lunæ quadris, malaque aeris conſtitutione. In curatione autem datur à drach. j. ad drach. ii. & iii. in ipſo paroxyſmo Epileptico, vel paulò poſt, per ſe, vel in vehiculis appropriatis: Et ſi ne-

Digitized by Google

ſi neceſſarium fuerit, reiterandum. Pueris pro ratione ætatis dimidia, aut minor doſis ſufficit.

## MORSVLI REGII.

P*Iſtac. virid.* unc. ii. *Pincarum mund. Amygd. dulc.* ana unc. i. *Margarit. Trochiſcat. Mag. Corallorum rub.* ana drac. i. *Flor. Cordial. minutim inciſ.* ana P. i. *Ol. Macis* ſcrup. i. *Sacchari albiſſ. in aq. Roſar. diſſol.* unc. xvi. Miſc. & f. Confectio in morſulis, ut eſt artis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SAporis ſunt grati, & ſupra modum confortant, alunt, & nutriunt. Phthiſicos, tabidos, longoque morbo extenuatos, & imbecillitate languentes recreant. In doſi non facilè errari poteſt; quia cum cibo, ante cibum, & poſt cibum ad libitum ægrotantis, ſumi condecenter poſſunt.

## MORSVLI ROSATI.

♃ C*Onſ. Roſarum rub. opt.* unc. ii. *ſpec. Diarrhod. Abbat.* unc. dimid. *De gemmis frig. Diamarg. frig.* ana dr. ii. *Conſ. AlKermes, Troch. de Berberis, Flor. Nitri* ana drac. i. *Mag. Perlarum Orient. Corall. rub.* ana drac. dimid. *Eleoſacch. Roſarum, Citri* ana ſcrup. i. *Cinnamomi, Macis* ana ſcrup. dimid. *Sacchari albiſſ. in aq. Roſarum, & Fragorum ana ſ.q. diſſ.* unc. xvi. Miſc. & fiat, ut eſt artis, Confectio in morſulis.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD Capitis, Cordis, Ventriculi, Jecinoris, Uteri, Renum, &c. intemperiem calidam; Item ad febres ardentes, bilioſas, &c. valent. Debiles, longoque morbo dejectos recreant, & ad priſtinum robur conducunt, Tremori cordis, defectioni animæ, ac concoctioni auxiliantur; necnon illos, quibus forma corrumpitur, maximè juvant. Doſis à drach. ii ad unc. dimid.

## MORSULI PECTORALES.

℞ *Loch. ſani & experti* unc. ii. *ſpec. Diarrhod. Abbat.* unc. i. *Flor. ſulphuris comp. ſuc. Glycyrrhiz. ext.* ana drach. ii. *Pul. Rad. Ireos Flor. Aliptæ Moſchat.* ana drach. i, *Balſ. ſulphuris aniſat. Ol. Fœniculi* ana ſcrup. dimid. *Sacchari albiſſ. in aq. Praſſii, & Tuſſilag. ana ſ. q. diſſ.* unc. xvi. Miſc. & fiat ut eſt artis, confectio in morſulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

TUſſi diuturnæ, vocis aſperitati, & aſthmati ſtrenuè ſuccurrunt. Spirandi difficultatem auferunt. Humores in pectore, & pulmone craſſos incidunt, attenuant, & indè natum dolorem levant. Doſis quavis hora ad libitum patientis à drach. dimid. ad drach. i & drach. ii.

MOR-

## MORSULI REFECTIVI DE CANCRIS.

℞ CArn. Cancrorum fluviatil. in aquis pectoralib. coct. unc.ii. Conſ. Roſar. Damaſc. unc. i. dimid. Pinearum mund. Piſtac. virid. Amyg. dulc. de nocte in aq. Scabioſ. macerat. ana un.j. Sacchari albiſſ. in aq. pulm. vituli noſt. diſſolut. unc.xvi. Miſce, & in fine adde: Syrup. Maſtichin. unc. ii. Lact. ſulphuris drach.ii. Margarit. trochiſcat. Ol. Nuc. Moſcat. exp. ana drach. i. Balſ. ſulphuris aniſat. ſcrup. i. Miſc. & fiat, ut eſt artis, ſingulari diligentia confectio in morſulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

ARcanum eſt contra Phthiſin, & conſumptionem corporis, quod multis aliis remediis meritò præferendum. Nihil enim ferè eſt, quod humidum radicale magis conſervet, quàm hi Morſuli. Vires amiſſas reſtituunt, & membra principalia confortant. Doſis ſæpius in die à dr.ii. ad unc.dimid. plus, minuſve pro ratione complexionis, & ſexus.

## MORSULI STOMACHICI.

℞ DIacydon. ſimpl. unc.ii. Zingib. de China condit. unc. j. calami aromat. virid. condit. unc. dimid. Nuc. Moſchatæ, Caſſiæ ligneæ veræ, Galang. min. Maceris ana drach.i. ſem. coriand. præp. Ameos ana drach. dimid. Ol. Caryophyllorum, Cinnamomi ana ſcrup. i. Sacchari albiſſ. in aq. ſtomachal. noſt. diſſ. unc. xvi. Miſce, & fiat, ut eſt artis, confectio in morſulis.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

STomachum infrigidatum ſummoperè confortant, cibumque in eo continent. Membra nutritionis collapſa, & debilia corroborant, & ſtypticant. Appetitum, & guſtum potenter excitant. Flatus diſcutiunt, & ventoſitates reſolvunt. Hypochondriorum tenſionem demoliuntur. Priſtinum colorem reſtituunt. Fœtorem corporis removent, illiſque, qui frigida viſcera habent, mirè conferunt. Doſis à drach. i. ad drach. ii.

## MORSULI HEPATICI.

℞. *Rad. Scorzoneræ condit. Cichorei condit.* ana unc. i. *ſpec. Diarrhod. Abbat. conſ. Roſar. rub. Uvarum paſſ.* ana unc. dimid. *Flor. citri condit.* drach. ii. *Mag. corallor. rub. Chalybis cum aceto Tamarind. præpar. Spodii præpar. Hepatis Lupi exſic.* ana drach. i. *ſem. Acetoſæ, Portulacæ* ana drach. dimid. *Flor. Epaticæ alb.* ſcrup. i. *Sacchari albiſſ. in aq. Epatic. frigid. & calid. noſt. diſſ.* unc. xvi. Miſce, & fiant l. a. Tabulæ auro coopertæ.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD debilitatem, ſeu imbecillitatem Hepatis valent, ac ejuſdem obſtructiones auferunt, roburque adjiciunt. Morbo Regio, necnon aquæ intercuti, maloque corporis habitui ſuccurrunt. Doſis à drach. i. ad drach. ii. & unc. dimid.

## MORSULI MARTIALES.

℞. *Limaturæ Martis cum aceto Tamarind. præpar.* unc. i. *Caſſiæ ligneę verę, Galangę minor. Ca-*

ryo-

*ryophyllorum* ana drach. i. *Macis*, *Croci Or.* ana ſcrup. i. *Ol. Cinnamomi* ſcrup. dimid. *Sacchari albiſs. in aq. Abſynthii & Centaur. min. diſſolut.* unc. viii. Miſc & fiat, ut eſt artis, confectio in morſulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VAleat ad omnes obſtructiones, præſertim Lienis, & ad omnia vitia Stomachi, Cordis, Capitis, Pallorem faciei, menſes movendos, &c. Sumendi autem mane 4. horis ante paſtum, ſuperbibendo hauſtum vini Abſynthiaci. Vtatur etiam poſt aſſumptos ſingulos morſulos moderato exercitio per horam. Doſis à drach. ij. ad 3. pro una vice.

---

## MORSULI VIRILES.

℞. COnf. *de Succulata Inda noſt.* unc. i. *Piſtac. virid. Amygd. dulc. Pinear. mund.* ana unc. dimid. *Nuc. Moſchat. condit.* drac. ii. *Borrac. Venet. Galang. min. Piperis longi*, *Cardam. min.* ana drac. i. *Verat. Tauri*, *Cervi* ana drac. dimid. *Galliæ Moſchat. ſem. Ling. Avis*, *Urticæ*, *carn. Stincorum*, *Croci Orient.* ana ſcrup. i. *Ol. Caryophyllor. Macis exp. Cinnamomi* ana ſcrup. dimid. *Sacchari albiſſ. in aq. Rad. Satyrii, & Anthos ana ſ. q. diſſ.* unc. xvj. Miſce, & fiat, ut eſt artis, Confectio in morſulis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD maritale munus viriliter obeundum, egregiam & quidem extemporaneam præſtant operam: Quos proindè ſingulariter commendatos velim iis, qui in officio ſuo tardiores, ſegnioreſque facti, ita ut ſi deferantur ad judicem, cauſa cadant. Doſis pro prælio feli-

feliciter veſperi inchoando, continuandoque à drach j. ad drach. ij. vel ad unc. dimid. ſuperbibendo parum Vini Malvatici, vel alius generoſi.

## MORSVLI DIACRETÆ.

℞. *Cretæ ter, quaterve aq. violar. ablutæ* unc. dimid. *Oc. Cancror. præp.* drac. ii. *Nuc. Moſch. Boli Armeni* ana drach. j. *corallor. rub. præp.* drach. dim. *Margaritar. præp. Cinnamomi inciſ.* ana ſcrup. i. *Lap. Carpion. præp. Macis torrefact. Croci Or.* ana ſcrup. dimid. Sacchari albiſſ. in aq. Roſar. diſt. unc. viii. f. l. a. Morſuli.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VAlent contra ardorem ſtomachi, qui aliàs non periculoſus, ſed valde moleſtus, & aliquandò etiam ſanis ſæpè familiaris eſt, cùm cibo ſumpto, tum jejunis; & inprimis cùm eructare volunt, intercluſo quaſi flatu igneo, & erumpere non valente: Hunc ebullientem dolorem ſiſtunt, & cauſam hujus mali tollunt. Doſis à drach. j. ad drach ij.

SE-

# SECTIO IX.

## DE

# TROCHISCIS.

---

## TROCHISCI VITÆ.

℞. MAn. *Chriſti ſimpl* unc. viii. *Conf. Al-Kermes* unc. dimid. *Margarit. trochiſc. noſt. Ambræ griſeæ* ana drach. i. *Moſchi laudatiſſ. Lap. 5. pretioſ. præpar.* ana ſcrup. i. *Elæoſacch. Cinnamomi*, *Caryophyllorum*, & *Citri* ana ſcrup. dimid. Miſc. & cum Tragacanth. in aq. fragrantiſſ. Roſar. diſſ. f. Trochiſci parvi pro uſu.

### *Vires*, *Uſus*, *Doſis*.

OMnes vires delapſas mirificè, atque cœleſti quaſi vi reficiunt. Spiritus animi recreant. Humidum radicale confirmant, augent, atque renovant. Caput, Cor, Ventriculum, Jecur, &c. ſupra modum corroborant, & Stomachi vitioſos humores diſcutiunt. Obſtructiones venarum aperiunt. Omnibus morbis frigidis conveniunt. Senes debiles reſtituunt. Concoctionem juvant. Omnem putredinem impediunt. Vertiginem avertunt, Viſum acuunt. Ab Epilepſia, & Apoplexia præſervant. Partum accelerant, Animique deliquio parturientis præſentiſſimum ſunt remedium, Doſis u-

nus,

Digitized by Google

nus, atque alter pro una vice. Pręparantur etiam ſine Moſcho.

## TROCHISCI DE RADICE RHODIA.

℞. R*Ad. Rhodiæ* unc. i. *Cort. rad. Mandrag. Nucl. Perſicorum*, *Opii Spagyricè præpar. Myrrhæ rub.* ana drach. vi. *Flor. Papaveris errat. Croci Orientalis*, *Roſar. rub.* ana unc. dimid. *ſem. Hyoſcyami alb. Anethi*, *Apii* ana drach. iii. *Nuc. Moſchatæ*, *Cubebarum*, *Camphoræ* ana drach. ii. Miſc. & cum mucilag. Sem. Pſyllii, & Cydonior. cum aq. Lactuc. extract. f. l. a. Trochiſci.

### *Vires, & Uſus.*

EGo expertus ſum in Melancholia, Mania, Phreneſi, vigiliis immodicis, necnon in omni dolore, & dyſcraſia caput reſpiciente, trochiſcos illos eſſe probatos, ſi inſtar linimenti adhibeantur, vel diſſolvantur in aq. Lactuc. & Roſar. vel Hypnotic. noſt. vel in lacte muliebri, & fronti & temporibus tepidè applicentur.

## TROCHISCI OPHTHALMICI.

℞. C*Eruſſæ lotæ* unc. i. *corn. Cervi ſ. igne calc. Sarcocollæ nutrit. Tutiæ præp.* ana unc. dimid. *Gum. Arabici*, *Tragacanth. alb. Amyli* ana drach. ii. *Matris Perlarum præp. Nihili albi*, *Olibani* ana drach. i. *Opii Spagyricè præp. Camphoræ* ana drach. dimid. Miſce, & cum albumine ovorum f. Trochiſci oculares, pro collyriis variis cum aq. appropriatis parandis.

Vi-

*Vires, & Uſus.*

VAlent ad omnis generis paſſiones oculorum; Inprimis autem ad rheumatiſmos, lippitudines ſubacres, fluxum tenuem, puſtulas, inuſtiones, prolapſus, contuſiones, rupturas, concavitates, ſcabritiem, pruriginem, & ophthalmicos dolores leniendos proſunt; necnon oculorum vulnera replent, & conſolidant.

## TROCHISCI DE PAPAVERE.

℞. *SAcchari Penidii* unc.ii. *ſem. Papav.alb.* unc.dimid. *Melonum excort. Cucurbitæ* ana drach. ii. *ſuc. Glycyrrhiz. ext. Bol. Armen. rub. præp. Flor. ſulphuris comp.* ana drach. i. dimid. *Tragacanth. alb. Amyli* ana drach. i. *Ext. flor. Papav. errat.* drach. dimid. Miſc. & cum mucilag. Sem. Cydonior. cum aq. Papaveris errat. ext. f. Trochiſci parvi ſublinguales.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VTimur hiſce feliciter contra omnes catarrhos acutos à capite ad pectus deſcendentes, quos egregiè ſiſtunt, & caput priſtinę functioni reſtituunt pectoriſque dolores potenter leniunt. Pro doſi, ſingulis, vel alternis ſaltem horis, duos, vel tres pedetentim per ſe linguę, & palato affricandos ęgrotantibus ordinamus.

## TROCHISCI DE GLYCYRRHIZA.

℞. *SAcchari candi alb. & Penidii* ana unc. iv. *ſuc. Glycyrrhizæ ext.* drach. x. *ſpec. Diaireos ſimplic.*
*Diar-*

Digitized by Google

*Diarrhod. Abb. Diamarg. frig.* ana drach. j. *ſem. 4. frig. major. Aliptæ Moſchatæ, Lact. ſulphuris* ana drach. dimid. Miſc. & cum mucilag. rad. Altheæ cum aq. violar. ext. f. Trochiſci ſublinguales.

*Vires, Uſus, Doſis.*

TUſſi calidæ, & ſiccæ imperando, vocem abſciſſam reſarciendo, thoracem expurgando, Sputum facilitando, cæteris remediis dignitate excellunt. Pueris etiam aſthmate, & conſtrictione pectoris laborantibus ſingulariter proſunt. Dantur quotidiè multoties duo, treſvè pro una vice, certis tamen intervallis pro indicatione morbi, & virium ægri.

## TROCHISCI CORDIALES.

♃. SAcchari candi alb. unc. viij. *Conf. AlKermes* unc. j. *Lap. quinque pretioſ. præp.* ana ſcrup. j. *Ol. Caryophyllor. Cinnamomi* ana ſcrup. dimid. Miſc. & cum mucilag. Tragacanth. alb. cum aq. Roſar. fragrantiſs. facta, fiant Trochiſci parvi.

*Vires, Uſus, Doſis.*

COr ſingulariter confortant, ejuſque exolutioni ſuccurrunt. Animi deliquio medentur. Longo morbo dejectos, & imbecillitate languentes refocillant, & ad priſtinum recuperandum robur conducunt. Ventriculi quoque faſtidia tollunt, ejuſque concoctionem juvant. Doſis tres, quinque, ad ſex, pro una vice.

TRO-

Digitized by Google

# TROCHISCI JOVIALES.

℞. M*Ag. Jovis Anglici*, *Matris Perlar. Corallor. rub.* ana drach. i. *Ol. Succini alb. rect.* ſcrup. j. Miſc. & cum *Gum. Tragacanth. alb.* in aq. Hyſterica noſtra diſſol. f. l. a. Trochiſci parvi, ſcrup. dimid. ponderantes.

*Vires, Uſus, Doſis.*

ADmirandæ potentiæ, & operationis ſunt: Suffocata enim, quæ de his unum, vel duos, horis trium dierum matutinis, ex aqua noſtra Hyſterica, vel alio appropriato vehiculo aſſumpſerit, poſt Dei providentiam, libera cenſenda, & nuncupanda ſit: pro quo divino experimento ſolus Deus ſit benedictus.

# TROCHISCI DE ALUMINE.

℞. A*Luminis crudi*, *Rad. Pyrethri* ana unc. dimid. *Piperis long. ſemi. Hyoſcyami* ana drach. ij. *Farinæ ſiliginis*, *Cretæ albæ*, *Nitri præp.* ana drach. j. dimid. *Zingiberis alb. Caryophyllorum*, *Opii præp.* ana drach. j. Miſc. & cum ſucco Urticæ min. f. Trochiſci.

*Vires, & Uſus.*

SVper dentes, & gingivas poſiti (factis tamen prius debitis vacuationibus per phlebotomiam, ſi expediat, vel per ventris ſolutionem) dolorem ſedant.

TRO-

Digitized by Google

## TROCHISCI DE SATUREJA PRO LIXIVIO.

℞. S*Atureiæ exſic.* unc. dimid. *Majoranæ*, *Origani* ana drach. ij. *Flor. Lavendulæ*, *Roſarum rub. Anthos* ana drach. j. dimid. *Lig. Aloes pond. Gum. Arabici*, *Tragacant. alb. Rad. Caryophyllat. Ireos Florent.* ana drach. i. *Caryophyllorum*, *Nuc. Moſchat. Cardamom. min. Cubebarum opt.* ana drach. dimid. *Ambræ griſeæ*, *Moſchi opt.* ana ſcrup. dimid. Miſc. & cum albumine ovorum formentur trochiſci drach. j. ponderantes.

*Vires, & Uſus.*

HOrum Trochiſcorum duo, tres, vel plures bulliant in lixivii ſ.q. eoque Caput manèante cibum, corpore recrementis vacuo, abluatur, ſic tamen, ut ſtatim linteis calidis abſtergatur, & exſiccetur: Sudores enim & ſordes Capitis detergit, illudque roborat, & cutis meatus reſerat. Catarrhos exſiccat. Memoriam confortat, & ſenſus acuit.

---

## TROCHISCI DE NITRO.

℞. R*Ot. de ſucco Berber. de ſuc. Ribium* ana unc. viii. *ſpec. Diarrhod. Abbat. ſp. Vitrioli irrorat. Nitri præp.* ana unc. i. *Pul. Roſar. rub. vitriol.* drach. ii. *Ol. Cinnamomi* gut. iv. Miſc. & cum Tragacanth. in Suc. Citri diſſ. f. l. a. Trochiſci.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Angina, Inflammatione oris, & linguę, Ebullitione ſanguinis (quam mulierculę hodie *die fliegende*

*de hitze*, hoc eſt, calorem volaticum, vocant) ardore urinæ, Febribus ardentibus, & præſertim Hemitriteo Putrido, vulgò *die haupt Krankheit*, (q. d. morbum capitalem) valdè commendabiles ſunt. Doſis à drach. j. ad drach. ij. in vehiculis ſpecificis.

## STYLI DENTIFRICII.

℞. F*Arin. Silicum fluviat. calcinat.* unc. ii. *Lap. Pumicis præp. Aluminis uſti* ana unc. dimid. *Rad. Ireos Florent. Cineris Tabaci Ind. albiſſ.* ana drach. ij. *Galliæ Moſchat. veræ*, *Ol. Lig. Rhodini* ana ſcrup. i. Miſc. & cum Gum. Tragacanth. alb. in aq. Roſar. diſſolut. f. l. a. Styli dentifricii.

### *Vires, & Uſus.*

AD Dentium ſordes tollendas, & colorem vitioſum emendandum, nobis uſitatiſſimi ſunt. Dentes enim à naturali ſuo candore, vel ad flavum, vel lividum, aut nigrum colorem deflectentes, mirè nitidos, & politos iterum reddunt; ſi his ſæpius fricentur, & mundificentur.

## POMUM AMBRÆ.

℞. R*Ad. Ireos Florentin. Caryophyllorum*, *Macis elect. Cinnamomi* ana unc. dimid. *Lig. Aloes veri*, *Santali citrini*, *Styracis calamit. Aſæ dulcis* ana drach. ii *Ambræ griſeæ* drach. i. *Moſchi Alexandr.* drac. dimid. *Bal. Peruviani odorif. Ol. Lig. Rhodini* ana ſcrup. j. Omnibus diligenter miſtis, & tritis adde *Zibettæ non falſat.* drac. ii. Et cum Gum. Arab. & Tragacanth. ſ. q. in aq. Majoranæ, Narciſſi, Roſarum, Lavendulæ, & Baſilic.



Digitized by Google

ſilic. diſſolut. f. Maſſa, ex qua poſteà formentur vel Trochiſci, vel Poma, ſeu ſcuta, aut pentacula, quæ in vitro confeſtim ſine digeſtione indurentur.

### *Vires, & Uſus.*

EST ſpecificum odoriferum, quod in Cephalalgia frigida, Vertigine, Epilepſia, Apoplexia, Aura peſtilentiali maligna, Colica, ſuffocatione Matricis, & procidentia Vteri, &c. præſertim quando Medicamenta non poſſunt intra corpus ſumi, naribus, vel aliis partibus admotum, Cor, & vitales ſpiritus ſupra modum refocillare ſolet.

---

## SAPO ODORATUS.

℞. S*Aponis Veneti in aq. Narciſſ. diſſ.* lib. j. *Rad. Ireos Florent.* unc. i. *Styracis calamitæ*, *Benzoini* ana unc. dimid. *Lig. Aloes ponderoſ.* *Santali citrini* ana drac. ii. *Ambræ griſ. Zibettæ* ana drach. i. *Moſch. Alexand. Balſ. Peruviani* ana drach. dimid. *Ol. Lig. Rhodini*, *Lavendulæ*, *Cinnamomi*, *Caryophyllor.* ana ſcrup. i. Miſce, & cum Ol. Tartari per deliquium f. l. a. globuli: Inter formandum autem manus cum oleis dictis ſimul inungantur.

SE-

Digitized by Google

# SECTIO X.
# DE SUFFIMENTIS.

## SUFFIMENTUM ANGELICUM.

℞. GUm. *Styracis calamit. Benzoini* ana p. æ. Solvantur in aq. Roſarum opt. & fortiter ſine mora exprimantur, poſteà exſiccentur, pulveriſentur, & ad uſum ſerventur. ℞. *Hujus pulveris ita præp.* unc. j. *Lig. Aloes ponderoſ.* drach. ii. *Roſar. rub. exſic. Ambræ griſ.* ana drach. j. *Zibettæ non falſat. Moſchi* ana drach. dimid. *Balſ. Peruviani odorif. Ol. Lig. Rhodini* ana ſcrup. j. *Eboris ad nigredinem ust.* q. ſ. Miſc, ritè cum aq. fragrantiſſ. Roſarum, & ex paſta ſubacta formentur paſtilli nigri, qui involvantur foliis Roſarum, ſiccenturque in umbra, & in vaſe vitreo reponantur.

*Vires, & Uſus.*

CÆſares, Reges, Principes, aliique Magnates, & divites hiſce ad ſuffumigandum magnificè utuntur; unus enim, vel duo ſuper prunas ignitas poſiti vel tempore hyemis fornaci calidæ admoti; aut etiam aq. Roſarum infuſi, & cocti, ſuaviſſimum, deſideratiſſimum, & quaſi Angelicum, & cœleſtem odorem halant:

lant: & non ſolùm cerebrum, & vitales Spiritus jucundiſſimè recreant; verùm etiam maligni aeris contagia irrita reddunt.

## SVFFIMENTVM IMPERIALE.

℞. S*Tyrac. calamit. depurat. Benzoini* ana unc. dimid. *Lig. Aloes elect.* drach. ii. *Zibettę non falſat.* drac. i. *Gallię Moſchat. verę* ſcrup. i. *Ol. Caryophyllorum*, *Roſar. veri* ana ſcrup. dimid. Mixta l. a. cum aq. Roſacea paſtillicentur, & ad uſum conſerventur.

### *Vires, & Uſus.*

CArbonibus ignitis injecti gratiſſimum odorem excitant: qui non dumtaxat venenoſum, fœtidum, putridum, & corroſivum aerem corrigit; verùm etiam jucundè, & ſuaviter internos ſpiritus, animoſque hominum inſigniter refocillat. Fumus etiam per infundibulum in orificium uteri immiſſus, mulieres ſuffocatas mirè revocat, & omnes matricis motus inordinatos ſiſtit. Cavendum tamen hic tegumentis neceſſariis, ne odor ille ſuavis ad nares ægræ pertingat.

## SVFFIMENTVM EPILEPTICVM.

℞. S*Uccini alb.* drach. vj. *Myrrhę rub. Maſtichis elect. Gum. Animę*, *Galbani*, *Elemi* ana drach. ij. *Viſci quercin. Sem. Pęonię exc. Bac. Juniperi*, *Raſ. Corn. Alcis* ana drach. i. *Abſynthii*, *Majoranę*, *Flor. Lavendulę*, *Lilior. convall. Roſar. rub.* ana drach. dimid. Miſc. & cum infuſione Tragacanth. facta in aq. Epileptica noſt. f. l. a. Trochiſci pro ſuffitu.

*Vi-*

*Vires, & Vſus.*

FVmus hic ſupra carbones naribus epileptici admotus, paroxyſmum ipſi ſedat, & valde prodeſt iis, qui periculoſos capitis morbos, qualis eſt apoplexia, & paralyſis, timent. Contra ſtrangulationes etiam, & Vteri procidentiam recipitur.

## SVFFIMENTVM DE SANDARACA.

℞ S*Andaracę opt.* unc. iv. *Succini albi* unc. ii. *Maſtichis elect. Sem. Nigell. Rom. Coriand. prep.* ana unc. i. *Roſar. rub. exſic. Gum. Animę*, *Olibani* ana unc. dimid. *Styrac. calamit. Benzoini* ana drach. ii. *Flor. Papav. errat. Lig. Aloes* ana drach. i. Miſc. & fiat pulvis groſſus pro ſuffitu.

*Vires, & Vſus.*

CArbonibus vivis inſpergatur, & fumus ad nares, caput, totumque corpus decenter ſuſcipiatur, & attrahatur: Quia in ſiſtendis, & exſiccandis catarrhis omnibus, tàm frigidis, quàm calidis, ſaluberrimus eſt.

## SVFFIMENTVM DE SVCCINO ALBO.

℞ S*Uccini albi* unc. iv. *Sandaracæ* unc. ii. *Maſtichis elect. Olibani* ana unc. j. *Gum. Animæ*, *Myrrhæ rub. Roſar. rub. opt.* ana unc. dimid. *Tacamahacæ*, *Styrac. calamit. Ladani puri* ana drach. ii. *Origani Cret. Thymi exſiccat. Serpilli* ana drach. j. Miſc. & f. pulvis groſſus pro ſuffitu.

*Vires, & Uſus.*

EST pulvis valdè illuſtris, quo ſupra carbones impoſito ſuffumigentur tàm caput; quàm operimenta ejus. Eſt enim in omnibus catarrhis, & defluxionibus tum prohibendis, & ſiſtendis, tum caput ab iisdem præſervandis præſtantiſſimus, & famoſiſſimus.

---

## SUFFIMENTUM DE TACAMAHACA.

℞. *VErrucar. equarum tibiis adnaſcentium* unc. i. *Gum. Tacamahacę*, *Galbani* ana unc. dimid. *cornuum Ung. Capræ*, *Succini citrin.* ana drach. ii. *Blattę Bizantię*, *Caſtorei veri* ana drach. j. Miſc. & cum Terebinth. alb. formentur trochiſci pro ſuffitu.

*Vires, & Uſus.*

FVmus hic per tritorium, vel retortam detruncatam utero ſupra ſedem clauſam, inſtante paroxyſmo immiſſus, vel etiam naribus admotus, quaſi momento mulieres ſuffocatas reducit, & ſufficit ad tollendas omnes matricis ſtrangulationes. Sed mirum eſt Vterum hunc ſuſtinere fœtorem, cùm aliàs ejus ſit impatientiſſimus.

---

## SVFFIMENTVM DE SABINA.

℞. *HErb. Sabinæ recent. exſic.* unc. dimid. *Styrac. calamit. Myrrhæ rub. Opopanacis*, *Sagapeni* ana drach. ij. *Cinnamomi acut. Pulegii utriuſque ſic. Bac. Lauri*, *ſem. Cumini*; ana drach. i. *Troch. Alhandal*, *Ireos Florent. Aſari* ana drac. dimid. *Gallię Moſchatę verę*, *Ali-*

*liptiæ Moſchat.* ana ſcrup. i. Miſc. & cum terebinth. alb. f. Trochiſci magni pro fumo.

*Vires, & Uſus.*

POnatur unus ex his ſuper prunas vivas, & recipiatur fumus per infundibulum, niſi ſint puellæ non devirginatæ, quibus etiam nec ſuppoſitoria, ſeu peſſaria poſſunt immitti. Eſt enim ad cienda muliebria probatiſſimus. Si mulier eſt paupercula, omittantur Ambra, & Moſchus.

## SUFFIMENTUM DE HYPOCISTIDE.

℞. HYpociſtid. unc. i. *Succini albi*, *Corn. Thuris* ana unc. dimid. *Uſneæ quercin. conſic. Galbani opt. Colophoniæ*, *Aſphalti* ana drac. ii. *Cupul. Glandium*, *Biſtortæ*, *Balauſtior.* ana drach. i. *Roſar. rubear. Caryophyllorum*, *Caſtorei* ana drach. dimid. Miſc. & excipiantur terebinthina alb. & fiant trochiſci magni pro fumo.

*Vires, & Uſus.*

EXperimentum eſt contra Vteri procidentiam, videlicet quando matrix de loco ſuo naturali ad inferiora deſcendit: tunc mulier per infundibulum magnum manè, & veſperi fumum hunc recipiat, & propter gravem odorem brevi liberabitur.

## SUFFIMENTUM DE CORNU CAPRINO.

℞. *Raſ. de Cornu Caprino* unc. ii. *Succini citrin. Myrrhæ rub.* ana unc. i. *Lig. Juniperi*, *Flor. Sulphuris* ana drach. vj. *Rad. enulæ camp. Angelicæ hort. Caryo-*



Digitized by Google

*phyllatæ* ana unc. dimid. *Olibani*, *Benzoin*. *Ladani*, *Styrac. calam.* ana drach. iii. *Roſar. rub. Abſynthii*, *Rutæ hort.* *Scordii* ana drach. ii. *Fol. Lauri*, *Caryophyllor. Camphoræ* ana drach. j. Miſc. & cum Terebinth. Cypria formentur Trochiſci pro fumo.

### *Vires*, & *Uſus*.

FAcere ex his ſuffumigia tempore peſtis in cameris, aliiſque partibus domus valde utile eſt; Quia hic fumus corruptum, & peſtiferum aerem mirum in modum rectificat, & manſiones totas ab omnibus infectionibus mundificat, liberat, atque præſervat. Non autem aer ille artificialis ſemper tota die neceſſario teneatur occluſus; ſed tam in æſtate, quàm hyeme, (vento tamen Septentrionali, & aere claro, & non turbido flante) feneſtræ interdum aperiantur, & permittantur intrare radii ſolares, maximè manè per horam, vel duas poſt Solis ortum: Quoniam hi venti ob ſingularem frigiditatem, & ſiccitatem judicantur meliores, ac reſiſtere putrefactionibus; Meridionales verò, & Occidentales deteriores.

---

## SVFFIMENTVM DE VITRIOLO.

℞. V*Itrioli virid.* unc. viii. *Nitri purgati*, *Myrrhæ rub.* ana unc. iv. *Flor. Sulphuris ſimpl. Succini citr.* ana unc. ii. *Bac. Lauri rec. Juniperi* ana unc. i. dimid. *Raſ. Cornu Cervi*, *Olibani* ana unc. i. *fol. Scordii*, *Rutæ*, *Roſar. rub.* ana unc. dimid. Miſc. & f. pulvis pro fumo.

### *Vires*, & *Uſus*.

INfundantur pulveriſata in Aceti vini ſ. q. & de hoc infunde guttatim in lateres ignitos, ad faciendum fu-

Digitized by Google

fumum, qui venenatam auram in locis, & domibus infectis conſumit, veſteſque, quibus adhæret, à veneno liberas facit.

## SUFFIMENTUM DE VERBASCO.

℞ *Ad. & Herb. Verbaſci*, ana un. i. Pulveriſentur, miſceantur, & cum Terebinthina alba fiant l.a. Trochiſci.

*Vires, & Uſus.*

De his duo, tres, vel plures prunis candentibus impoſiti, ita ut fumus ſurſum ad inteſtinum rectum tendat, in Teneſmo, &aliis alvi profluviis ſingulare ſunt experimentum; ſede tamen undique circumtecta, ne aliunde fiat exhalatio: Et hoc ter, vel quater, immò ſæpius in die repetendum, & brevi incolumis evadet.



Digitized by Google

# SECTIO XI.

## DE SALIBUS COMPOSITIS.

### SAL APOPLECTICUM.

℞ Sem. Erucæ lib. ii. Rad. Lilior. Convall. Pyrethri, Caryophyllatæ ana lib. i. *Ceraſorum nigror. ſylveſt. exſic.* lib. dimid. *Bac. Juniperi*, *Lauri* ana unc. iv. *Herbæ Ivæ arthetic. Majoranæ*, *Roriſmar. Origani*, *Hyſſopi*, *Salviæ acut.* ana unc. iii. *Flor. Calendulæ*, *Lavendulæ*, *Primulæ veris*, *Betonicæ* ana unc. ii. Miſta in reverberio, indeque non modo vulgari, ſed ſecundùm artem Spagyricam ſalem candidiſſimum, & cryſtallinum elicias, quod etiam in cæteris obſervandum, & hic ſemel admonuiſſe ſufficit.

#### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN Apoplexia, & Paralyſi, &c. præſentaneum eſt remedium: Humores enim diſcutiendo, & attenuando hominem excitat, totiuſque corporis ſenſum, ac mo-

Digitized by Google

motum reſtituit.. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. i. & drac. dimid. in vehiculis ſpecificis.

---

## SAL EPILEPTICUM.

♃ R *Ad. Palmæ Chriſti* lib. ii. *Angelicæ*, *Pæoniæ*, *Pyrethri* ana lib. i. *Sem. Pæoniæ*, *Scob. Lig. Cupreſſ. Viſci quercin.* ana lib. dimid. *Herb. Pentaphyll. Millefolii*, *Rutæ hort. Verbaſci*, *Lavendulæ*, *Roriſmar. Morſ. Gallin.* ana unc. iv. *Flor. Primulæ veris*, *Stœchad. Arab. Tiliæ*; *Pæoniæ*, *Sambuci* ana unc. ii. Miſce calcinentur in reverberio; poſteà adde: *Ciner. Picarum junior. Hirundinum*, *Stero. Pavonis* ana unc. j. Et cum liquore appropriato f. l. a. Sal albiſſimum, & cryſtallinum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

EPilepticis, Vertiginoſis, Lethargicis, Congelatis, Subethicis, & omnibus, periculoſos Capitis morbos timentibus, ſingulari proprietate conducit. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. i. & drac. dimid. in aq. flor. Tiliæ, vel in Epileptica noſtra.

---

## SAL CORDIALE.

♃ R *Ad. Caryophyllatæ*, *Bugloſſæ* ana lib. ii. *Herb. Roriſmarini*, *Salviæ*, *Meliſſæ* ana lib. i. *Sem. Ocymi Caryophyll. Cort. Citri* ana lib. dimid. *Flor. quinque Cordial. Tunicæ* ana unc. iv. Miſce, & calcina in exactum cinerem, vaſe undique firmiter clauſo; poſteà adde: *Cineris Cinnamomi* unc. iii. *Caryophillor. Cardamom.* ana unc. i. dimid. *Croci Orient. Macis* ana drach. iii. Et ex cineribus mixtis cum aq. Cordialibus extrahe ſal pulcherrimum.

In Lipothymia, Syncope, cæteriſque Cordis affectibus, ſpiritus omnes recreando, & fovendo, quàm maximè valet. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. i. plus minuſve in aq. cordialibus.

## SAL PECTORALE.

℞ Rad. *Glycyrrhizæ* lib. ii. *Ireos Flor. Enulæ Camp. Althææ* ana lib. i. *Symphyt. mai. Malv.* ana unc. viii. *Herb. Pulmonar. utriuſque, Marrubii, Hyſſopi, Tuſſilaginis, Veronicæ, Hederæ ter. Capil. Veneris, Scabioſæ* ana unc. iv. *Sem. Fœniculi, Aniſi* ana unc. iii. *Flor. Chamomillæ, Farfaræ, Jaceæ* ana unc. ii. Ex miſtis, & optimè calcinatis cum aq. pectoralibus Sal ſplendidiſſimum extrahatur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN morbis pectoralibus valdè prodeſt: pituitam enim craſſam, lentam, & viſcoſam in pulmonibus collectam attenuat, incidit, pectuſque dilatat atque abſtergit. Inſuper urinam provocat; necnon renes, & Ventriculi lacunas purgat. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. i. & drach. dim. in aq. pectoralibus, vel aliis appropriatis vehiculis.

## SAL STOMACHICUM.

℞ Rad. *Pimpinellæ* lib. ii. *Calami aromat. Zingib. alb.* ana lib. i. *Herb. Abſynthii Pont. Menth. criſp. Salviæ acut. Roriſmarin.* ana lib. dimid. *Cydonior. exſic. Zedoariæ* ana unc. iv. Calcina in cineres vaſe clauſo; poſteà adde: *Ciner. Galang. min. Cinnamomi*, ana unc. iii. *Caryophyllor. Cardamom. utriuſque, Nucis Moſchat. Piper. rot.* ana unc. i. Miſc. & cum aq. Menthæ, vel alia ſpecifica fiat l. a. Sal ſpagyricum.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

VEntriculum frigidum calefaciendo mirè roborat. Concoctionem juvat. Nauſeam ſedat. Præterea ægritudinibus nervorum egregiè confert. Omnes ſenſus, & ingenium acuit. Dolores capitis ſedat. Senes catarrhoſos ſuſtentat, atque Hydropicos juvat. Exhibetur ſcrupuli pondere pro una vice, plus minuſvè, in vehiculis ſpecificis morbum propriè reſpicientibus.

---

## SAL HEPATICUM.

℞ R*Ad. Agrimoniæ* lib. ii. *Cichorei*, *Scorzoneræ* ana lib. i. *Coſti amari*, *Eryngii*, *Curcumæ* ana lib. dimid. *Calami aromat. Rhapontici* ana unc. iv. *Herb. Abſynthii Pont. Abrotani*, *Eupatorii*, *Scolopendr. Veronicæ*, *Epaticæ*, *nob. Fumariæ*, *Cuſcutæ*, ana unc. iii. Miſta calcinentur in reverberio: poſteà adde: *Ciner. Rhabarbari*, *Caſſiæ ligneæ* ana unc. i. dimid. Et cum aqu. flor. Epatic. alb. vel alia convenienti fiat l. a. Sal albiſſimum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HEpatis obſtructiones, inflationes, & durities tollit. Scirrhum diſſolvit. Cachexiam depellit. Aquæ ſubter cutem medetur. Icteritiam curat. Colorem corporis fœdum emendat. Menſes ciet; necnon urinam, diſſipando calculum, promovet. Doſis à ſcrup. i. ad ii. in vehiculis appropriatis.



Digitized by Google

## SAL SPLENETICUM.

℞ HErb. Abſynthii Pont. lib. ii. Card. bened. lib. i. Roriſmarin. Scolopend. Veronicæ, Ceterach. ana lib. dimid. Rad. Filicis utriuſque, Calam. aromat. ana unc. iv. Cort. Capparum, Tamariſci, Fraxini ana unc. iii. Flor. Chamomillæ, Centaur. min. Geniſtę ana unc. ii. Fiat omnium cinis, ex quo poſteà cum ſupradictarum herbarum aquis ſtillatitiis extrahetur ſal, ut eſt artis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

OMnes Lienis obſtructiones, dolores, tumores, & durities aperit, ſiſtit, emollit, atque reſolvit. Senibus quoque, & quartanariis mirè confert. Doſis omni manè à ſcrup. i. ad drach. dimid. in aq. ſcolopendr. vel alio convenienti liquore.

---

## SAL NEPHRITICUM.

℞ RAd. Petroſelini, Ononidis ana lib. ii. Filipendulę, Verbenę ana lib. i. Eryngii, Pimpinellę ana lib. dim. Fabarum exſic. Off. Meſpilor. ana unc. vi. Bac. Juniperi, Lauri, Gran. AlKeKeng. Milii Solis ana unc. iv. Herb. Hederę ter. Veronicę, Equiſeti, Fumarię, Fragarię ana unc. iii. Flor. Malvę arbor. Sambuci, Geniſtę ana unc. ii. Sem. Lilior. alb. Saxifrag. alb. Lappę major. Berberis ana unc. i. dimid. Calcinentur omnia debito modo, & f. l. a. cinis albus; cui adde: Ciner. Lig. Nephritici, Nucl. Perſicorum, Amygd. amar. Piperis rot. Galang. min. Zingib. alb. ana unc. i. Nitri prep. drach. vi. Miſc. & cum aq. pluviali fiat Sal albiſſimum, ut eſt artis.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

CAlculos atterit, arenulas promovet, & iis, qui diſficulter mingunt, ſuccurrit. Inde etiam Vrinæ tarditatem, & Dyſuriam natam tollit, cæteriſque Renum, & Veſicæ offenſis mirè opitulatur. Doſis à ſcrup. i. ad drach. dimid. in aq. Ononidis, Petroſelini, Pimpinellæ, Hederæ ter. vel alia ſpecifica.

---

## SAL HYDROPICUM.

℞ JUniperi totius ſubſtantię conciſę lib. ii. *Rad. Ireos noſt. Sambuci, Artemiſ. rub. Ebuli* ana lib. i. *Vincetoxic. Acori veri, Curcumę* ana lib. dimid. *Herb. abſinthii Pont. Centaur. min. Agrimonię, Card. Bened. Soldanellę* ana unc. vj. *Flor. Hepaticę alb. Sambuci, Geniſtę* ana unc. iv. *Sem. Fraxini, Erucę, Cumini* ana unc. iii. Mixta calcinentur in reverberio, quod ſatis eſt; poſtea adde *Cinnam. Sarſeparill.* unc. ii. *Cubebarum, Rhabarbar. Nuc. Moſchat. Macis* ana unc. i. Miſc. & cum aq. Sambuci f. Sal cryſtallinum, ut eſt artis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HYdropicos cujuſcunque ſpeciei omni aqua exonerat. Flatus diſcutit. Terram microcoſmicam nimio madore tumentem potenter exſiccat. Cachexiam corrigit, & omnes pravos humores exterminat. Doſis à ſcrup. j. ad drach. j. in vehiculis appropriatis.

---

## SAL UTERINUM.

℞ BRyonię lib. ii. *Diptamni alb. Pęonię* ana lib. i. *viſci quercini, Gran. Chamęactes, Sambuci*, ana lib. dimid.

dimid. *Herb. Roriſmarin. Meliſſę*, *Matricarię*, *Nepetę*, *Pulegii* ana unc. iv. Ex omnibus miſtis, f. calcinando cinis; ex quo poſtea cum aq. Meliſſæ, vel alia appropriata extrahatur Sal candidiſſimum.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

OMnes Vteri obſtructiones reſerat. Convulſiones liberat. Suffocationes, & aſcenſum præcipitat, Menſes movet. Sterilitatem aufert, & multa alia incommoda tollit. Doſis à ſcrup i. ad drach. dimid. in vehiculis appropriatis, & ſpecificis.

---

## SAL CARMINATIVVM.

℞ HErb. *Chamomill.* lib. ii. *Pulegii*, *Serpilli Menthæ criſp. Anethi* ana lib. i. Calcinentur, ut eſt artis, & f. l. a. cinis albus; cui adde: *Ciner. Sem. Aniſi*, *Cumini*, *Carvi*, *Fœniculi* ana unc. ii. *Galang. min. Zingib. alb. Zedoariæ* ana unc. i. Miſc. & cum aq. Cherefolii f. l. a. Sal ſplendidiſſimum.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

FLatus egregiè diſcutit. Tormina ſanat. Inflationes ſedat. Propterea in Iliaca, & Colica paſſione mira præſtat. Doſis à ſcrup. i. ad drach. dimid. in aq. Carminativa noſtra.

---

## SAL FEBRILE.

℞ SAl. *Armoniac. aliquoties ſublimati*, *Nitri præp. Card. benedict. Abſynthii*, *Centaur. min* ana unc. i. Solvantur in aq. Cichorei, & f. l. a. Sal cryſtallinum.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

FEbribus omnis generis, Quotidianæ, Tertianæ, Quartanæ, Hemitritæo, &c. ſine diſcrimine ſummum eſt Alexipyreticon. Offertur à drach. dimid. ad drach. j. tribus, vel duabus horis ante acceſſionem in aq. Centaur. min. vel alia ſpecifica, exſpectato ſudore ſub declinatione paroxyſmi. Eadem doſis iteranda, ſi prima, vel ſecunda vice non ſatisfecerit.

## ANNOTATIO.

SI quis ex prædictis compoſitionibus ſpecificis cum ſanioribus, & ſecretioribus Spagyris, ſalia, ut vocant, eſſentialia parare deſiderat, ingenuè ſic procedat.

♃. Herbas ſimplices, vel cum aliis ingredientibus miſtas, & temperatè calidas ſummèque arefactas, coque in aqua communi ſ.a. donec vis omnis, & interna ſalſedo probè fuerit excocta; (aliàs in vanum laboras.) Poſteà decoctum aufer per inclinationem, & denuò recoquendo ad juſtam conſiſtentiam mellis, vel Syrupi craſſi conforma; in loco valdè frigido colloca uſque dum cryſtallos concreſcendo referat: quas tunc exime, & aliquoties ſolvendo, filtrando, & coagulando decenter purifica; donec ad uſum medicum ſint aptiſſimæ. Extrahitur etiam ex ſuccis Herbarum inſpiſſatis Sal elegans, & cryſtallinum, de quo vide *Beguinum Lib. 2. cap.* 17. Et horum ſalium Eſſentialium grana tria in uſu practico plus valere, & efficere ſcias, Lector, quàm vulgarium iſtorum, per calcinationes factorum, integrum ſcrupulum.

# SECTIO XII.
## DE
# MARMELADIS.

## MARMELADA CEPHALICA.

℞ Diacydon. ſimp. unc. iv. Rot. Diamoſchi dulc. Diambræ ana unc. ij. Rad. Pæoniæ cond. unc. i. Conſ. Anthos unc. dimid. Nuc. Jugland. cond No. iii. Moſchat. in India condit. No. i. Smaragd. præpar. drac. i. Elæoſacch. Succini alb. Majoranæ, Roriſmarin. ana ſcrup. ſ. Miſc. & ſine ulteriore additamento f. l. a. Marmelada, quæ detur in ſcatula.

*Vires, Uſus, Doſis.*

Cerebro roborando, & illius ſimul affectibus propugnandis, ſpeciali dote conducit. Feliciter etiam datur Apoplecticis, Epilepticis, Vertiginoſis, Lethargicis, Paralyticis, Tremori, & Spaſmo obnoxiis. Doſis à drach. i. ad drach. ii. & unc. dimid.

## MARMELADA STOMACHICA CALIDA.

℞ Diacydon. ſimpl unc. iv. Rot. Aromat. Caryophyllat. Succulat. Indæ ana unc. i. Zingib. de Bengala condit.

Digitized by Google

*condit.Calami aromat.cond.Myrobalan:Chebul.cond.* ana unc. dimid. *Cort.Aurantiorum condit. Citri condit,* ana drach. ii. *Elæoſ:Cinnamomi*, & *Caryophyl.* ana ſcrup. i. Miſc. & ſine ulteriori additamento f. ſecundùm artem Marmelada.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VEntriculum, aliaſque partes nutritioni ancillantes roborat. Concoctionem juvat. Appetitum excitat. Flatus diſcutit. A putredine præſervat. Venas aperit. Vomitum, & ſingultum compeſcit. Doſis pro una vice, nucis Moſchatæ quantitas.

## MARMELADA STOMACHICA FRIGIDA.

℞ D*Iacydon.ſimpl.* unc iv. *Rad.Cichorei condit.* unc.ii. *Rot. Diarrhod. Abb.* unc. i. *Myrrobalan. Emblic. condit.Conſ.Roſar.rub.* ana unc. dimid. *Nitri vitriolat.* drach. dimid. Miſc.& ſine additione f. Marmelada, ut eſt artis, quæ conſervetur in ſcatula.

*Vires, Uſus, Doſis.*

STomachum calidis humoribus laceſſitum recreat, confortat, & appetitum ſtimulat. Inſuper calidæ intemperiei alterandæ; cordis morſibus propugnandis, & vomiturientibus juvandis utiliter datur. Doſis caſtaneæ quantitas.

## MARMELADA PECTORALIS.

℞ D*Iacydon.ſimpl.* unc.iv. *Morſ. Pectoral. noſt. Rot.* & *Suc. Violar. parat.* ana unc. ii. *Flor. Sulphuris*



Digitized by Google

*comp.* unc. j. *Rad. Fœniculi condit. Enulæ Camp. cond.* ana unc. dimid. *Suc. Glycyrrhiz. ext.* drach. ij. *Spec. Diaireos ſimpl. Conf. AlKermes* ana drach. j. Miſc. & fiat ſine ulteriore additamento Marmelada auro cooperta.

*Vires, Uſus, Doſis.*

MUltùm confert Tuſſiculoſis, Pulmoniacis, Aſthmaticis, pectoris doloribus, & quibus ſit frequens delapſus humoris à cerebro ad thoracem, & vitales partes. Doſis à drach. j ad drach. ij.

---

## MARMELADA CORDIALIS CALIDA.

℞. Diacydon. ſimpl. unc. iij. *Rad. Bugloſſ. condit. Borrag. cond.* ana unc. j. dimid. *Rot. aromat. Caryophyllat. Aromat. roſat. De gemmis, Diambræ* ana drach. vj. *Cort. citri condit. Conf. AlKermes* ana unc. dimid. *Mag. perlar. Orient. Corallor. rub.* ana drach. j Miſc. & f. ſecundùm artem per ſe ſine additione Marmelada.

*Vires, Uſus, Doſis.*

MAximè Cor, & vitales facultates à cauſa frigida imbecilles confortat, exhilarat, necnon calefaciendo omnes Spiritus reficit: Proindè ſenibus, & mulieribus ex morbo aliquo convaleſcentibus mirè ſubvenit, & multis Uteri affectibus prodeſt. Doſis Nuc. moſchat. quantitas.

---

## MARMELADA CORDIALIS FRIGIDA.

℞. Diacydon. ſimpl. unc. iij. *Man. Chriſti perlat. Rot. Diamarg. frig.* ana unc. j. dimid. *Pulp. citri* con-

Digitized by Google

*condit.conſ.Roſar.rub.* ana drach.vi. *Rad.cichorei condit.*unc. dimid. *Conf. AlKermes* drach.ii. *Lap. pretioſor. præp.* ana ſcrup.i.miſta redigantur in Marmeladam.

*Vires, Uſus, Doſis.*

COr confortat, & ejus calorem flammeum extinguit, & æſtuantia viſcera contemperat; necnon Cardialgiæ, Febribus, & Vomitibus bilioſis, & ſiti urgenitori ſaluberrima eſt. Doſis à drach.dimid.ad drach. j. & drach. ij.

## MARMELADA HEPATICA CALIDA.

℞ CArn. Cotoneor. cond. unc. iv. *Rot.Diacubeb. Diacurcum. Dialaccæ* ana unc. i. *Rad. Pimpinellæ cond.Fœniculi cond. Erynigii cond.* ana unc.dimid. *Cinnamomi acut.* drach. ii. *Rhabarb. elect.* drach. i *Sp. ſalis cum ſale Abſynthii coagulati* drach.dimid. Miſc. & fiat Marmelada, ut eſt artis, quæ detur in ſcatula.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN frigidis intemperiebus, ad Hepatis, & Lienis obſtructiones reſerandas exhibetur; Idcircò omnibus Cachexiis, & Hydropiſibus prodeſt: non parum enim ad urinam proliciendam apta eſt. Doſis à drach. i. ad drach. ii. plus minuſve.

## MARMELADA HEPATICA. FRIGIDA.

℞ *CArn. Cotoneor. cond.* unc. iii. *Rad. Cichorei cond. Scorzon. cond.* ana unc. j. dimid. *Rot. è ſuc. Berb. & Ribium parat.* ana drach. vj. *Pulp. Citri cond. La-*

*Suc.Hiſp.cond.* ana unc. dimid. *Spec. Diarrhod. Abb. ſp. Vitrioli priùs irrorat.* drach. ii. *Sem. quat. frig. major. Nitri præparati* ana drach. i. Miſc. & fiat l. a. Marmelada, quæ detur in ſcatula.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HEpatis, Ventriculi, & præcordiorum æſtum refrigerat, ſitim extinguit. Febricitantibus, & viſcerum incendio laborantibus confert. Doſis Caſtaneæ quantitas.

## MARMELADA MAGNANIMA.

℞ D*iacydon. ſimpl.* unc. iv. *Rad. Satyrii cond. Succulatæ Indæ* ana unc. ii. *Pinearum mund. Piſtac. virid.* ana unc. i. *Caſtanearum in vino Malvatic. coctar. Nuc. Moſchat. in India cond. Conf. AlKermes* ana unc. dimid. *Ol. Macis exp.* drach. ii. *Galliæ Moſchat. veræ, Mag. Perlarum Or.* ana drach. i. *Ol. Cinnamomi* ſcrup. i. Miſta redigantur ſine ulteriore additamento in Marmeladam.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD Venerem incitat. Impinguat. Multum nutrit. Vires reficit. Cor confortat. Totam naturam recreat. Ventriculum, & Hepar roborat. Pituitam concoquit, &c. Doſis manè, & veſperi Nuc. Moſchatæ quantitas.

## MARMELADA CARMINATIVA.

℞ D*iacydonii ſimp.* unc. iii. *cort. Aurantior. cond. citri cond.* ana unc. i. dimid. *Rad. Fœniculi cond. calami aromat. cond. Rot. Carminat. noſt.* ana drach. vi. *Nuc. Moſ-*

*chat.*

*chat.cond. Tali leporini* ana drach. ii. *Zedoariæ*, *Zingiberis alb. Galang. min.* ana drach. i. *Elæoſacch. Caryophyllor. Cinnamomi*, *Aniſi*, *Macis* ana ſcrup. i. Miſc. & f. juxta artem Marmelada, quæ detur in ſcatula.

*Vires, Uſus, Doſis.*

FLatibus Ventriculi à craſſis, & pituitoſis humoribus procreatis diſcutiendis aptiſſima eſt. Hinc tormina ventris ſedat, & contra Colicum dolorem, & Tympaniam propriè uſurpatur. Doſis à drach. i. ad drach. ii pro una vice.

---

## MARMELADA SPLENETICA.

℞ D*Iacydon. ſimpl.* unc. iv. *Rot. Diacurcumæ*, *Dianthos* ana unc. i. *Rad. Helenii cond. Scorzoneræ cond.* ana drach. vi. *Eſſ. Scolopendrii*, *Flor. Geniſtæ* ana drach. ii. *Fruct. Tamariſci*, *Cort. rad. Cappar.* ana drach. dimid. *Elæoſacch. Roriſmarini*, *Caryophyllor. Cinnamomi* ana ſcrup. i. Miſc. & f. ſine ulteriore additamento Marmelada.

*Vires, Uſus, Doſis.*

LIenem roborat, ejuſque tumores, & ſcirrhoſas durities ſolvit, minuit, obſtructiones tollit, humores incidit, digerit, atque intemperiem quamlibet immutat; necnon ad cæteros affectus indè promanantes (corpore tamen priùs purgato) conducit. Doſis manè & veſperi Caſtaneæ quantitas.

## MARMELADA STEGNOTICA.

℞. D*Iacydon. ſimpl.* unc. vj. *rad. Symphyti cond. Cichorei cond.* ana unc. ij. *Pul. rad. Tormentillæ* unc. dimid. *Mag. Corallor. Berberiſat. noſt. Ext. Sang. Draconis, corn. Cervi uſti & præp.* ana drach. ij. *Croci Martis per reverberat. fact. Smaragd. præparat. Terræ ſigillat.* ana drach. i. dimid. *Boli rub. Orient. Nuc. Moſchatæ, ſem. Plantaginis, Antheræ Roſar.* ana drach. j. *Caſſiæ ligneæ, Caryophyllor.* ana drach. dimid. *Croci Orientalis, Ol. Macis exp.* ana ſcrup. j. Miſc. & fiat l. a. Marmelada juſtæ conſiſtentiæ.

*Vires, Uſus, Doſis.*

ANtiquum alvi profluvium compeſcit; Hinc dyſentericis, & Cœliacis mirum in modum auxiliatur. Menſium quoque, & Hæmorrhoidum fluorem immoderatiorem, atque omnem humoris à Capite ad partes infernas defluxum cohibet. Doſis à drach. j. ad drach. ij. & iij. in vehiculis appropriatis.

---

## MARMELADA TEREBINTHINATA.

℞. C*Arn. Cydonior. cond.* unc. iv. *Terebinth. Cypriæ in vino Rhenano lotæ* unc. ij. *Spec. Diarrh. Abb. Rad. Glycyrrhiz.* ana unc. dimid. *Pul. Sem. Aniſi cum proprio Ol. parum irrorat.* drac. ij. *Sem. quat. frig. major.* ana drach. j. Miſce, & cum ulteriore additamento f. Marmelada.

*Vires, Uſus, Doſis.*

REnes purgat, eorumque ſordes, & arenulas expellit. Dorſi, lumborumque dolores mitigat. Ob-

Digitized by Google

Obſtructiones tollit. Urinam movet; Meatus aperit, Strangurias ſanat; Gonorrhœam virulentam curat. Terebinthina enim eximiis pollet viribus, & eſt inſigne in multiplices uſus accommodatum præſidium. Doſis à drach. j. ad drach. ij. pro una vice manè in aurora.

## MARMELADA NEPHRITICA.

♃. D*Iacydon. ſimpl.* unc. iij. *Rad. Eryngii condit. Petroſelini cond. Reſtæ Bovis cond.* ana unc. j. dimid. *Fruct. AlKeKeng. matur.* drach. vj. *Acidi Tartari* drach. iii. *Mag. Lapid. Percar. Oc. Cancr.* ana drach. j. *Sal. Succini alb.* ſcrup. j. Miſta redigantur in Marmeladam juſtæ conſiſtentiæ.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

CAlculos, & arenulas à Renibus, ureteribus, & veſica, obſtructiones auferendo, meatuſque aperiendo, expellit, & urinam potenter movet. Doſis à drach. j. ad drach. ij. in vehiculis ſpecificis.

## MARMELADA HYSTERICA.

♃ D*Iacydon. ſimpl.* unc. iv. *Sacchari Anthoſati* unc. ii. *Calami aromat. condit. Rad. Pæoniæ cond.* ana unc. i. *Cinnamomi acut. Fæç. Bryoniæ* ana drac. ii. *Sem. Paſtinac. domeſt. Agni caſti, Rutæ* ana drach. i. dimid. *Cardamomi min. Antophyllorum, Macis* ana drac. j. *Mag. Jovis Anglici, Matris perlar. Corallor. rub.* ana drach. dimid. *Elæoſ. Sem. Angelicæ, Majoranæ, Succini alb. Fœnicul. Aniſi* ana ſcrup. j. Miſc. & fiat l.a. Marmelada juſtæ conſiſtentiæ.

*Vi-*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

UTeri ſuffocationi, & albo mulierum fluori auxiliatur, & præterea colluviem quandam pravam, ſi quę in locis muliebribus contineatur, meatus aperiendo, & obſtructiones ſolvendo, foras protrudit. Doſis Caſtaneæ quantitas per ſe, vel cum vino calido, vel aq. hyſterica congrua.

# SECTIO XIII.

## DE

# CONFECTIONIBUS

## LIQUIDIS, ET ELECTUARIIS.

---

### CONFECTIO CEPHALICA.

♃ SPec. *Dialunæ noſt.* unc. i. dimid. *Rad. Diptamni alb. ſem. Citri excort.* ana unc. dimid. *Gran. Tinctorum*, *Sem. Acetoſæ*, *Ext. Lilior. conval.* ana drach. ij. *Smaragd. præp. Sal. Cranii hum. Succini alb. præp.* ana drach. i. dimid. *Eſſ. Margar. Orient. Corallor. rub.* ana ſcrup. iv. *Croci Orient. præp. Galang. min. Cubebarum* ana drach. i. *Oſſ. de Corde Cervi*, *Hyacinth. præp.* ana ſcrup. ii. *Conſ. Flor. Pæoniæ vitriolat. Anthos* ana unc. i: *Sacchari candi alb. in aq. apoplect. diſſ. Syrup. Acetoſit. Citri* ana unc. viii. Miſc. & fiat ſ. a. Electuarium.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VAlet ad omnes, vel ſaltem periculoſiſſimos capitis affectus, quos tollit, & feliciter curat. Suffocatis, Vertiginoſis, Apoplecticis, Epilepticis ſeu Lunaticis, medicamentum eſt admodum conveniens; & propriè ad exſiccandum humiditates cerebri inventum eſt.

eſt. Doſis à drach. dimid. ad drach. j. plùs minuſve, per ſe, vel in vehiculis appropriatis.

## CONFECTIO OPIATA.

℞. OPii Spagyricè præp. & extract. unc. dimid. *Spec. Diamoſcb. Dulc. Diambræ* ana drach. j. *Mag. Perlarum Orient. Corallor. rub.* ana drach. dimid. *Ext. flor. Papav. errat. Croci Orient. Mumiæ tranſmarin.* ana ſcrup. j. *Galliæ Moſcbat. veræ, Lap. Bezoart. Orient. Oſſ. de corde Cervi, Unicorn. Animal.* ana ſcrup. dimid. Et cum Conſ. Alkermes f. Electuarium, ut eſt artis, cui immiſce *Ol. Cinnamomi, Nuc. Moſcbat. Majoranæ, Salviæ, Succini alb. Caryopbyllor.* ana gut. iv.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HUic Confectioni nomen impoſuimus, quo nuncupatur opiata, ſive electuarium Laudani; Quia Laudanum Opiatum difficulter ſolvitur, & ſemper liquoribus ſtillatitiis reſiſtere ſolet; Ejus loco pro hauſtibus, & bolis parandis hoc electuarium commodè ordinari, & ſubſtitui poterit: quod æquè efficax, & cujus idem eſt uſus. Datur a gr. v. ad vi. vij. & ſcrup. dimid. in appropriato liquore, vel in aq. Hypnotica noſtra, Cinnamomi, &c. vel aliis convenientibus, & affectum propriè reſpicientibus.

## CONFECTIO NARCOTICA.

℞. NUc. Moſcbat. unc. dimid. *Boli Armen. præpar. Opii Spagyricè ext. Ext. Flor. Papav. errat.* ana drach. iij. *Croci Orient. Trocb. Ramicb.* ana drach. ij. *Croci Martis per reverb. fact.* drach. j. dimid. *Rad. Tormentillæ,*

*tillæ*, *Biſtortæ*, *Zedoariæ* ana drach. j. Mag. *corallor. rub. Succini alb. præpar. cornu Cervi uſti*, *Caryophyllor.* ana drach. dimid. *Camphor.* gr. v. Miſc. & cum ſyrup. de Papav. ſimpl. & de Jujubis ana unc. iv. fiat Electuarium, ut eſt artis, pro uſu.

### *Vires*, *Uſus*, *Doſis*.

Mirum in modum omnes dolores mitigat, præcipuè Capitis, Pectoris, Stomachi, Matricis, & totius Ventris. Somnum eleganter provocat, & potenter inducit. Hæmoptoicis, Cœliacis, Dyſentericis; Pleuriticis, Ileoſis, Colicis, & Nephriticis medetur, & auxilio eſt. Provocationes, ſingultus, & tuſſim ſedat. Anhelitum facilitat. Exuberantiam menſtruorum, & hæmorrhoidum ſiſtit: necnon Gonorrhœam, & Satyriaſin emendat: Doſis à drach. dimid. ad drach. j. eundo cubitum.

---

## CONFECTIO PRETIOSA.

℞. E *Læoſacch. citri* drach. vj. *Tinct. Corallorum veræ*, *Mag. Perlar. Or.* ana drach. ij. *Gran. Tinctorum*, *corn. Alcis Spagyricè calc.* ana drac. j. dimid. *Maſtichis elect. Lig. Aloes*, *Galang. min. Cardamomi min.* ana drach. j. *Nuc. moſchat. in India condit.* No. j. *Lap. 5. pretioſ. præpar. Ambræ griſeæ*, *Extr. Croci Orient.* ana ſcr. ij. *Moſchi Alexandr. Oſſ. de corde Cervi* ana ſcr. j. *Auri potab. noſt.* un. dimid. *Ol. Cinnamomi*, *Macis* ana ſcrup. j. *Caryophyll. Roſarum veri* ana ſcrup. dimid. *Conſ. flor. Tunicæ rub. Roſar. rub. vitriolatar.* ana unc. viij. Miſc. & cum Syrup. Gran. Kermes f. electuarium, ut eſt artis.

Vi-

*Vires, Uſus, Doſis.*

COrdiale eſt nobiliſſimum, contra tremorem, & palpitationem cordis, item animi deliquia medicamentum mirabilius, præſtantius, & efficacius in tota Repub. Medica non habetur. Datur magno juvamine ſenibus, debilibus, & ægris convaleſcentibus: Quia ſpiritus vitales, animales, & naturales in omnibus membris recreat, atque fortificat. Humidum radicale renovat: Voluptatem parit: Vertiginis, Epilepſiæ, Apoplexiæ, Lepræ, Podagræ, Scorbuti, & Hydropis, &c. verum prophylacticon. Doſis à drach. dimid. ad drach. j. per ſe, vel in vehiculis appropriatis.

---

## CONFECTIO PECTORALIS.

℞. SPec. *Diaſulph. noſt.* drach. xix. *Diarrhod. Abb.* drach. xi. *Syr. Pectoral. noſt. ſimpl.* lib. j. *Conſ. Roſar. rub. cum Elix. Sulph. noſt. tinct.* lib. ij. *Ol. Cinnamomi* drach. j. Miſce, & fiat Electuarium ſecundùm artem.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VIſu, guſtu, atque olfactu medicamentum eſt valde delectabile. In Aſthmate, Dyſpnœa, Orthopnœa, Phthiſi, Hectica, & thoracis affectibus ordinare ſoleo, & præ cæteris miram ejus efficaciam expertus ſum; Propterea id etiam aliis utendum communicare volui. Quotidiè autem per intervalla dandum, & paulatim deglutiendum, non ſubitò. Nam ſi ſubitò devoratur, ſolummodò venit ad ventriculum, & non ad locum affectum. Doſis alternis horis quantitas Nuc. Avellanæ, vel Moſchat. plus minuſve pro affectuum, & perſonarum varietate.

CON-

Digitized by Google

## CONFECTIO ZINGIBERIS INDI.

℞. *Zingib. virid. in India cond.* unc. ix. *Spec. Aromat. Caryophyll. Diagalangæ*, *Diarrhod. Abb.* ana unc. j. *Diacydonii ſimpl.* unc. viij. *Ol. Cinnamomi* drach. i. *Conſ. Roſarum rub. vitriolat.* lib. i. Miſce, & cum Syrup. conſervat. ſuprà dicti Zingiberis fiat l. a. Electuarium.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD Ventriculum, & Cor confortandum, concoctionem juvandam, nauſeam, & vomitum ſedandum, organa nutritionis calefaciendum, putrefactionem, & corruptionem auferendum, ventoſitates, & flatus diſſolvendum & carminandum, nativum calorem ſuſcitandum, & redivivum recreandum, omnem pectoris noxam, & tuſſim à frigore contracta repellendum, & ſanandum, actionem jecoris, lienis, renum, aliorumque membrorum à frigiditate impeditam robuſtiorem reddendum, &c. confectio hæc magnifica, & valde illuſtris eſt: propterea magnatibus, & ditioribus ordinare ſoleo. Doſis quantitas Nuc. moſchat. manè, & veſperi, vel tempore neceſſitatis plus minuſvè, ratione complexionis, & ſexus.

---

## ZINGIBER ROSATUM.

℞. *Conſ. Roſar. rub. vitriolat.* unc. xij. *Zingib. de Bingala cond.* unc. iv. *Ol. Cinnamomi* ſcrup. j. *Caryophyllor.* ſcrup. dim. Miſc. & cum Syr. è ſucc. Violar. vitriolat. ſ. q. fiat Electuarium.

*Vi-*

*Vires, Uſus, Doſis.*

COr, & ventriculum confortat. Concoctionem juvat. Appetitum excitat. Nauſeam, & vomitum ſedat. Nativum calorem ſuſcitat. Spiritus recreat. Putredinem aufert. Flatus diſſipat: necnon in omnibus morbis frigidis experimentum famoſiſſimum, & præſentiſſimum eſt. Doſis Caſtaneæ quantitas.

## CONFECTIO CITRI.

℞. *COnſ. Roſar. rub. vitriolat.* lib. j. dimid. *Rob. de Berberis, deribes* ana lib. j. *Syrup. acetoſitat. Citri, Oxyſacchari de Agreſta* ana lib. dimid. *Pulp. Citri condit. Conſ. cort. Citri, Spec. Diarrhod. Abb. Sp. vitrioli irrorat.* ana unc. vj. *Nitri præp.* drach. xiij. Miſc. & cum modico aq. Cinnamomi f. Electuarium. Intelligas autem libras civiles, & non medicas; quod in omnibus compoſitionibus per totum Librum obſervandum, & hic ſemel dixiſſe ſufficiat.

*Vires, Uſus, Doſis.*

REfrigerando & humectando, æſtuantium febrium incendium virtuoſiſſimè extinguit, & ignei caloris vehementiam componit, ac mitigat. Choleræ, Dyſenteriæ, & contagioſis morbis medetur. Veneri, & ebrietati reſiſtit. Membra nobiliora, nimirum: Cor, Ventriculum, Hepar, Splenem, Renes, & alia viſcera ab intemperie calida, imbecilla firmat, roborat, aperit, & à putredine vindicat. Vomitum bilioſum reprimit. Hæmorrhagiam curat, & exanthemata ſanat. Doſis à drach. j. ad drach. ij. vel unc. dimid. aliquoties in die.

CON-

Digitized by Google

## CONFECTIO THERIACALIS.

℞ R*Ad. Tormentillæ*, *Diptam. alb. Camphoræ opt.* ana drach. ii. *cornu Cervi*, & *Alcis ana Spagyricè calcinator.* drach. j. dimid. *Suc. alb. Boli rub. Orient. Hyacinth. Smaragd. ana præp.* drac. j. *Sal. Abſynthii*, *Scordii*, *Card. bened.* ana drach. dimid. *Mag. Perlar. Orient. corallor. rub.* ana ſcru. j. Pulveriſentur ſubtiliſſimè ſeorſim, tandem commiſceantur, & aſpergantur aliquoties Sp. Juniperi, in quo radic. Petaſit. Herb. Veronicæ, & Zingib. maduerint; poſteà adde: *Theriac. Andromac. Mithridat. Dam.* ana unc. ii. *Ext. Rad. Enulæ camp. Angelic.* ana unc. dimid. *Suc. inſpiſſ. Fumariæ*, *Bac. Ebuli* ana drach. iij. *Flor. Sulphuris* drach. ii. *Ol. ſtil. Rutæ hortenſ. Zedoariæ*, *Cinnamomi*, *Myrrhæ*, *Caryophyllor. Citri rectif.* ana ſcrup. dimid. Miſc. & cum Rob. Bac. Sambuci fiat Electuarium.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN operatione, & virtute hæc compoſitio ipſam Theriacam, & Mithridatium longè vincit; Hinc vires ejus æquus Lector ipſe facilè colligere poterit. In Hydrope, Eryſipelate, Icteritia, Scabie, Lue Venerea, &c. experimentum eſt. Contra Peſtem, & quævis alia venena, quæ omnia per ſudorem à corde, totum penetrando corpus, ad circumferentiam, & ſuperficiem virtuoſiſſimè expellit, celeberrimum eſt Alexiterium: Expulſo autem veneno, patiens confortantibus refici debet. Doſis à drac. dimid. ad drac. i. plùs minùſve pro morbi vehementia, viribus, ætate, anni tempore, &c. in vehiculis appropriatis, & ſpecificis. In Hydrope, &c. exhibetur ſingulis noctibus cum aq. vel ſp. Sambuci, &c. horis 4. vel 5. poſt cœnam eundo cubitum; unde verſus diluculum vehementer ſudare incipiunt.

N CON-

Digitized by Google

## CONFECTIO MAGNANIMITATIS.

℞. E*ſſent. Satyrii ext.* unc ij. *Nuc. Indic. rec. Pinear. mundat.* ana unc. j. dimid. *Piſtac. virid. Nucl. Avellan. Amyg. dulc.* ana unc. j. *Piperis alb. Calami aromat. Zingib. alb. Galang. min. Cardamomi* ana unc. dimid. *Borr. Venet. Auri potab. noſt.* ana drac. iij. *ſem. Erucæ, Ling. Avis, Urticæ* ana drach. ij. *Mag. Perlar. Orient. corallor. rub. Sal. Paſſerum* ana ſcrup. iv. *Boleti cervini, Priap. Tauri, Cervi Teſt. Taxi exſic. carn. Scinc. marin.* ana drach. j. dimid. *Moſcb. laudatiſſ. Ambræ griſeæ* ana drach. dimid. *Ol. Maceris* ſcrup. ij. *Nuc. moſchat. Cinnamomi, Caryophyllorum* ana ſcrup. j. Miſc. & cum ſyrup. rad. Satyrii condit. f. Electuarium, ut eſt artis.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN confortanda Venere ſecretum eſt. Datur maleficiatis, & iis qui ſunt invalidi femoris. Senibus, & natura frigidis mirificè opem præſtat. Virilitatem amiſſam potenter reſtituit. Venerem deſuetam concitat. Partes genitales frigidas, & quaſi emortuas erigit. Semen utriuſq; ſexus auget, & corrigit. Doſis à drach. i. ad drach. ij. vel iij. in vino Malvatico, vel Moſchatellino dulci, eundo cubitum; vel exhibeatur tempore neceſſitatis quantitas Nuc. moſchat. ſuperbibendo hauſtum vini veteris boni, & odoriferi. Verùm impotentia à nativitate non recipit curam: quia lapſus naturalis difficulter reſtituitur.

## CONFECTIO PACIFICA, De Succulata Inda.

℞. S*Ucculatæ Indæ* unc. iv. *Satyrii teſticulor. condit.* unc. ij. *Teſtic. Gallor. in lact. coct. rad. Eryngii cond.*

Digitized by Google

*cond. Caſtanear. in vino Malvat. coct.* ana unc. j. *Amygdalar. dulc. Pinear. mundat. Piſtac. virid. Nucl. Nucis Indic.* ana unc. dimid. *Caſſiæ Ligneæ*, *Boleti cervini* ana drach. iij. *ſem. Fraxini*, *Borrac. Venet.* ana drach. ij. *Spec. Diamoſch. dulc. Diambræ* ana drach. j. dimid. *Ligni aloes elect. Fol. Majoranæ*, *Croci Orient. Nuc. moſchatæ* ana drach. j. *Caryophyllorum*, *Galangæ min. Zingib. albi*, *Cardamom. min. Piperis long.* ana ſcrup. ij. *Ol. Cinnamomi*, *Maceris* ana ſcrup. j. Miſc. & cum Syrup. Conſervat. Nuc. moſchat. condit. ſ. q. fiat Electuarium.

## *Vires, Uſus, Doſis.*

IN coeundi impotentia magnum eſt Arcanum, pro ſolis Amicis mihi hactenus reſervatum: Læſam enim, & amiſſam virilitatem reſtituendo, Venerem deſuetam concitando, refrigerationem teſtium & vaſorum ſeminalium tollendo, ſemen utriuſque ſexus augendo, impotentes, ſeneſque debiles, brevi temporis ſpatio ad priſtinam voluptatem reducit. Doſis quotidiè evacuato corpore caſtaneæ quantitas, plùs minùſve pro ratione ætatis, temporis anni, conſuetudine, &c. ſuperbibendo vini generoſi bonum hauſtum.

---

## CONFECTIO SATYRII.

℞ SAtyrii teſtic. condit. unc. iv. *Conſ. flor. Tunicæ*, *Zingib. de Bingala condit.* ana unc. ij. *Sem. Linguæ Avis*, *Borrac. Venet.* ana unc. dimid. *Spec. Diathamar.* drach. iij. *Nuc. moſchat. in India condit.* No. j. *Teſtic. Cervi exſic. Taxi exſic.* ana drach. j. dimid. *Boleti Cervini* drach. ij. *Cinnamomi acuti Piperis longi* ana drach. j. *mag. Perlarum Or. corallorum rub.* ana drach. dimid. *Gallæ moſchat. veræ*, *Ol. Caryophyllor.* ana ſcrup. j. *Fol. Auri puri* No. xv. Miſ. & cum Syrup. Zing. de Bing. condit. ſ. q. fiat l. a. Electuarium.

*Vires, Uſus, Doſis.*

MAximam ad ſtimulandum coitum vim habet, & libidinis deſiderium in utroque ſexu egregiè excitat, ſperma multiplicat; necnon conſumptos, & emaciatos ſingulariter reficit. Doſis manè, vel veſperi cum vino veteri, aut Malvatico à drach. ij. ad drach. iij.

## CONFECTIO STYPTICA.

℞ T*Inct. Croci Martis, Chelidoniæ, Rhabarbari, corallor. ſiccæ* ana unc. j. *Tormentillæ, Zedoariæ Gum. Arabic. Caryophyllor. Zingib. alb. Nuc. Moſchat. toſt.* ana drach. vi. *Terræ ſigillatæ, Succini alb. præpar. Calami aromat. Galang. min. Cardamomi utriuſque, Cinnamomi acut.* ana unc. dimid. *Teſt. Cancror. fluviatil. in aceto coct. ſem. Sanguinar. Plantaginis, Papav. nigri, cort. Aurantior.* ana drach. iij. *Fol. Salviæ acut. Sanguiſorbæ, Menthæ criſp.* ana drach. ij. *Priapi Tauri, Coriand. præparat. Acaciæ* ana drach. j. dimid. *Nuc. cupreſſi, Ranar. combuſt. Talci calcinat.* ana drach. j. Omnia ſubtiliſſimè pulv. miſc. & cum myva Cydonior. fiat l. a. Electuarium, cui adde: *Ol. Carminativi noſt.* drach. iij. Et reſerva ad uſum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN omnibus alvi profluviis: Dyſenteria nempè, Diarrhœa, Lienteria, fluxu Hepatico, Hæmorrhagia narium, menſibus ſuperfluis, ſanguiniſque rupturis etiam deſperatiſſimis experimentum eſt mirabile: Confortat enim inteſtina, & membra interiora conſtipando, naturam reficit. Doſis à drach. j. ad unc. dimid. ex Vino Malvatico, vel alio generoſo, horis aliquot longè à paſtu, vel manè ſtomacho jejuno.

CON-

## CONFECTIO TEREBINTHINATA.

℞ *TErebinth. Cypriæ in Vino Rhenano lotæ* unc. ij. *Sacchari candi alb.* unc. *j.* dimid. *Pulv. rad. Glycyrrhiz. raſæ* drach. vj. *ſpec. Diarrhod. Abb.* unc. dimid. *Sem.4.frig. major.* ana drach. j. *Nitri præp.* ſcrup. j. Miſc. & fiat ſine ulteriore additamento miſtura.

*Vires, Uſus, Doſis.*

TUſſi, ac Tabi convenit. Vitia pectoris expurgat. Urinam cit. Stranguriam ſolvit. Renes detergit, & illorum dolores levat. Cruda concoquit. Ventrem emollit, & alvum ſubducit. Doſis à drach. j. ad drach. j. dimid. & drach. ij.

## THERIACA MULIERUM.

℞ *THeriac. Androm.* unc. iij. *Bezoart. Jovial.* unc. dimid. *corn. Alcis, & Cervi Spagyricè calc.* ana drach. j. dimid. *Ext. Rad. Angelicæ, Enulæ Camp.* ana drac. j. *Eſſ. Caſtorei* drach. dimid. *mag. Matris Perlarum, corallor. rub.* ana ſcrup. j. *Ol. Succini alb.* ſcrup. dimid. Miſc. & cum Rob. Bac. Sambuci f. Electuarium.

*Vires, Uſus, Doſis.*

PEr ſudorem ferè omnes mulierum, tàm calidas, quàm frigidas infirmitates occulta quadam proprietate curat; Et pro ſexu fœminino vix præſtantius, & nobilius diaphoreticum datur. Doſis à ſcrup. i. ad drac. i. in aqu. appropriatis morbum propriè reſpicientibus: in cauſa autem calida in vehiculis frigidis offerre ſolemus.



Digitized by Google

## THERIACA SAXONICA.

℞ ROb. *Bac. Sambuci*, *Chamæactes* ana unc. ij. *corn. Cervi Spagyricè cal.* unc. j. *ſuc. inſpiſſat. Fumariæ*, *ſyr. de Papav. ſim. Sp. Juniperi* ana unc. dimid. *Boli rub. Or.* drach. ij. *Ol. Sem. Angelicæ*, *Zedoariæ* ana drach. j. Miſce flamma imbecilli in formam opiatæ.

*Vires, Uſus, Doſis.*

EST antidotus nobiliſſima, per ſudorem, & inſenſibilem tranſpirationem efficaciſſimè operans. Servat, & liberat homines à quàmplurimis, & graviſſimis morbis. In profligandis, & extinguendis omnis generis Febribus, ſive ſint intermittentes, ſive continuę, aut malignæ: Item in Hydrope, Igne ſacro, Scorbuto, Icteritia, Peſte, ſuffocatione Matricis, aliiſque uterinis affectibus, Lue Venerea, Scabie, Pruritu, Lepra, &c. ſuam adeò promeretur laudem, ut à nullo ſatis ejus virtutes deprædicari poſſint. Doſis Nucis Moſchatæ quantitas, plùs minuſve pro ſumentium ætate, ſexu, & conſtitutione, proque affectus ipſius exigentia, & cum liquore aliquo idoneo, & congruo, atq; morbo præſertim, cujus medendi gratia adhibetur, appropriato. Ego in multis affectibus, purgata priùs alvo, veſperi horis 4. vel 5. poſt cœnam eundo cubitum, cum ſ. q. aq. de corn. Cervin. noſt. exhibeo; Unde verſus diluculum vehementer ſudare ſolent.

---

## THERIACA FEBRILIS.

℞ SPec. *Febrifug. noſt.* unc. iij. *Conſ. Abſynthii Pontic. Card. bened. flor. Centaur. min.* ana unc. ij. *Theriac. Androm.* unc. j. dimid. *corn. Cervi ſine igne calc.* *Dia-*

Digitized by Google

*Diaphoretic. min. Zingiberis alb.* ana drach. iij. *Spec. Diamoſch. dulc. Diambræ* ana drach. j. dimid. *Camphoræ in Spir. Angelicæ diſſ.* drach. dim. Miſc. & cum Rob. Sambuci fiat Electuarium.

*Vires, Uſus, Doſis.*

CUrat ferè omnes Febres, & in ipſa Peſte etiam valdè utilis eſt. Doſis à drach. j. ad drach. ij. cum aq. Febrifug. noſt. vel cum aq. Card. bened. vel Scabioſæ, vel Calendulæ, &c. bibat horis duabus ante acceſſionem, cooperiatur, & in lecto maneat, & ſudet; hoc enim pacto multas Febres præcipitat.

---

## ELECTUARIUM OPTICUM.

℞ *Ad Elenii condit. Myrob. chebul. cond.* ana unc. ij. *Piperis longi, Caryophyllor.* ana unc. j. *Maceris, Galang. min. Zingib. alb. Cubebarum* ana unc. dimid. *Fabar. marin præp. Oc. Luciorum, Euphragiæ, Pulegii, Chamædrios, flor. Tunicæ, Anthos*, ana drac. iij. *Sem. Sileris montan. Fœniculi* ana drach. ii. *Aniſi, Petroſelini, Apii, Anethi, Saxifragiæ alb.* ana drach. j. dimid. Omnia pulveriſata miſc. cum Sacchari alb. unc. xxiv. in Sp. Juniperi, & Succor. depurator. Salviæ, Rutæ, Chelidoniæ, Hyſſopi ana ſ. q. diſſ. & ad juſtam conſiſtentiam coct. f. Electuarium, cui adde: *Ol. Cinnamomi, Nuc. moſchat.* ana drach. j. Denuò miſce, & ad uſum reſerva.

*Vires, Uſus, Doſis.*

STomachum confortat, ſuperfluos humores conſumit, Renes mundificat, & ad omnem ventoſitatem expellendam valet. Maximè autem lumen debile reſtaurat, & in viſus imbecillitate undecunque etiam



Digitized by Google

proveniente, & ſuffuſionibus, Experimentum eſt mirabile. Doſis continuè, manè Stomacho jejuno, & veſperi eundo cubitum, quantitas Nuc. Caſtaneæ: Quia ſic utentes, claro & libero viſu, ſine ocularilis, parvas etiam literas uſque ad finem vitæ perfectè legere ſolent.

## ELECTUARIUM STOMACHICUM.

℞ A*Mygdalar. dulc.* unc. viij. *Calami aromat. Zingib. alb. Gran. Paradiſ.* ana unc. j. *Menthæ criſpæ*, *Zedoariæ*, *Gran. Juniperi*, *Rad. Pimpinellæ*, ana drach. vi. *Acori aquat. Caryophyllatæ*, *Tormentillæ*, *Enulæ Camp.* ana unc. dimid. *Galang. min. Nuc. Moſchat. Maſtic. elect. Caryophyllor. Maceris*, *Piperis longi*, *Cinnamomi*, *Sem. Ameos* ana drach. ii. Terantur, miſc. & cum Sacchari alb. ſ.q. in aq. Stomachali noſt. diſſolut. fiat Electuarium: cui adde Elix. Vitrioli noſt. q. ſ. ad gratam acetoſitatem, vel utere per ſe.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VEntriculum calefaciendo mirè roborat. Ejus mollitiem corrigit. Imbecillitatem firmat. Concoctionem juvat. Appetentiam dejectam ſuſcitat. Ventrem inferiorem totum, & nutritionis inſtrumenta confortat. Et eſt propemodum omnium frigidarum ægritudinum peculiare remedium. Propriè tamen ad exſiccandum humiditates Ventriculi inventum eſt. Doſis per ſe, manè, meridie, & veſperi quantitas Nuc. Moſchat. ſuperbibendo vini Malvatici unc. iij. vel iv. Cochlear. vel unc. j. aq. noſt. Stomachalis.

ELE-

Digitized by Google

## ELECTUARIUM ABSYNTHIACUM.

℞ *COnſ. Abſynthii Pont.* unc. iij. *Card. benedict. Fumariæ, Cochleariæ* ana unc. j. *Flor. Centaur. min. Cichorei, Sambuci* ana unc. dimid. *cort. Aurantior. condit. Nuc. Indicæ condit.* ana drach. iv. *Spec. Diacurcumæ, Diacubebæ, Dialacæ* ana drach. iij. *Tinctur. corallor. ſiccæ, mag. Croci Martis* ana drach. ij. *ſtercoris Anſerini verno tempore collect. Rhabarbari opt. & elect.* ana drach. j. dimid. *Sal. Abſynthii* drach. j. *Ol. Salis rectif.* ſcrup. j. Miſc. & cum Syrup. de Scolopendria, & Capil. Veneris ana ſ. q. f. Electuarium.

*Vires, Uſus, Doſis.*

JEcinoris, Lienis, & Veſicæ felleæ obſtructiones, etiam contumaciſſimas & deſperatiſſimas aperit, atque tollit. Propterea in Icteritia utraque, Hydrope, &c. Experimentum eſt nobiliſſimum. Doſis manè ante cibum per tres horas, & veſperi eundo cubitum, quantitas Caſtaneæ, plus minuſve.

## ELECTUARIUM DE SCORZONERA.

℞. *RAd. Scorzoneræ condit.* unc. vj. *Conſ. Roſar. rub. vitriolat.* unc. iv. *Spec. Diarrhod. Abbat. Diacubebæ* ana unc. j. *hepatis Lup. præp. Nitri præp.* ana drac. j. *Sem. Acetoſæ, Melon. excort.* ana ſcrup. iv. *Tinct. corallor. ſiccæ, Sal. abſynthii* ana drach. dimid. Miſc. & cum Rob. de Berberis, & Ribes ana ſ. q. fiat electuarium. Cui adde ſp. Sulphuris q. ſ. ad gratiam.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

GEneraliter cuilibet complexioni calidæ confert: Principaliter autem in debilitate, obſtructione, & dolore Hepatis valet. Bilis flavæ, febriumque ardentium æſtum, ac fervorem mitigat, jecurque inflammatum præcipuè refrigerat, alterat, atque confortat. Doſis à drac. j. ad unc. dimid.

## ELECTUARIUM DE NITRO.

♃ R *Ad. Eryngii condit.* unc. iv. *Spec. Lithontribon.* unc. ij. *Man. Chriſti ſimpl.* unc. j. dimid. *Nitri cum ſp. Vitriol. præp. Sal. abſynthii* ana drach. vj. Ol. *Succini alb. rect. aniſi* ana drach. dimid. Miſc. & cum Syrup. Zingib. de Bingala condit. ſ. q. fiat Electuarium.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VIrtuoſiſſimè, & potentiſſimè calculum Renum, & Veſicæ frangit, & per urinam expellit. Inſuper in Colica, ſuffocatione Matricis, obſtructione Hepatis, & Lienis, debilitato Ventriculo, Febribuſque quàm plurimis, ſecretum eſt. Doſis à drach. j. ad drach. ij. vel iij. manè, meridiè, & veſperi longè poſt paſtum.

## ELECTUARIUM DYSENTERICUM.

♃ COnſ. flor. Papav. errat. Roſar. antiq. ana unc. iij. Conſ. Narcoticæ noſt. unc. ij. Theriac. Venet. rec. unc. j. Tinct. corallor. ſiccæ Lap. Hæmatit. Eſſ. Croci Martis ana drach. ij. Troch. de Carabe, de Terra ſigill. de Spodio ana drach. j. Ol. Nuc. Moſchat. Caryophyll. ana ſcrup. j. Miſc

& cum

Digitized by Google

& cum Diacodio noſtro Crocato f. Electuarium, ut eſt artis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD omnia dolorifica ventris profluvia ſiſtendum, ſanguinem undecumque fluentem, menſtrua, ſputum, fluxumque ſanguineum, & hæmorrhoidalem reſtringendum, ſomnum conciliandum, ulcera Pectoris, Pulmonis, & Veſicæ conſolidandum, medicamentum eſt ſpecificum. Doſis à drac. j. ad drac. ij. vel iij. veſperi eundo cubitum, horis aliquot poſt, longè à paſtu, vel jejuno Ventriculo manè in vehiculis appropriatis locum affectum propriè reſpicientibus, vel per ſe, &c.

---

## DIASCORDIUM ROSATUM.

℞ COnſ. *Roſar. rub. vitriolat.* unc. xj. *Boli Armen. præp.* drach. iij. *Scordii veri* drach. ij. *Diptam. Cretici*, *Rad. Tormentill. Biſtortæ*, *Gentianæ*, *Terræ Lemniæ*, *Cinnamomi*, *Caſſiæ ligneæ*, *Gum. Arabici*, *Galbani*, *Styrac. calam.* ana drach. j. *Piperis longi*, *Zingib. alb.* ana drach. dimid. *Opii ſpagyricè præp. & in vino aromat. diſſ. Sem. acetoſæ* ana gr. xxiij. Et cum Syr. acetoſ. Citri miſce in formam Electuarii craſſi.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

UTimur ſecundùm mentem Hieronymi Fracaſtorii feliciter in iis, in quibus Theriaca locum non habet, ut pueris & gravidis. In peſte, & morbis Epidemicis correptis, & extremè deſperatis ſequenti modo exhibere, & propinare ſolemus.

♃ *Suc. Citri exp.* unc. j. *Aceti Flor. Sambuc. Syr. è ſuc. acetoſell.* ana unc. dimid. *Diaſcordii roſat.* drach j. dimid. *Pul. Bezoart. noſt.* ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus, qui mirabiliter operatur, & omnia venenoſa virtuoſiſſimè per ſudorem expellit.



Digitized by Google

# SECTIO XIV.

## DE CONFECTIONIBUS CATHARTICIS.

---

### CATHARTICUM CÆSAREUM.

℞ Zingiberis de China condit. unc. j. *Mag. Scammonii* unc. dim. *Conf. AlKerm.* drac. j. dimid. *Spec. Diarrhod. Abb. Sp. Vitrioli irrorat. cryſt. Tartari* ana drac. j. *Galliæ Moſchat. veræ* ſcru. j. *Ol. Cinnamomi* ſcru. dim. *Syrup. ſupradict. Zingib. cond.* q. ſ. Miſce in forma Boli pro uſu.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus frigidis affectibus jucundum eſt catharticum, quod principibus, & Magnatibus ordinare ſolemus; Corpus enim humanum magnificè, & ſine omni læſione perpurgat. Animum recreat. Appetitum excitat. Omnia membra principalia roborat. Fœtorem oris, & naſi emendat. Sanguinem rectificat. Flatus diſſipat, & Colicis cruciatibus mirè confert. Doſis à drac. j. ad ſcrup. iij.

CA-

## CATHARTICUM REGIUM.

℞ C*Onſ. AlKermes vitriolat.* drac. x. *Mag. Scammonii* unc.dimid. *Pulv. Roſar. rub. Sp. vitrioli irrorat. Acidi Tartari* ana drach. j. *Nitri præparat.* ſcrup. j. Miſc. in formam Boli pro uſu.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

COnfectionem hanc AlKermes ſolutivam pro delicatis inveni; & eſt in febribus malignis, & affectibus omnibus calidis, bilioſis, & ex materia miſta enatis ſaluberrimum catharticum; quo Reges, & Principes utuntur. Utramque enim bilem ſine nauſea, & moleſtia purgat, malorumque humorum reliquias, necnon ad articulos, renes, & veſicam decumbentes humores tartareos, cor refrigerando, ſanguinem mundificando, membriſque principalibus robur addendo, ſuaviter, & blandè educit. Doſis à drach. j. ad ſcrup. iv.

### ANNOTATIO.

PRo tenuioris fortunæ hominibus loco Conf. AlKermes, Conf. Violar. vitriolat. ſubſtituitur, & æqu efficax eſt compoſitio.

## CATHARTICUM ROSATUM.

℞ C*Onſ. Roſar. rub. vitriolat.* unc. vij. *Scammonii Roſat.* drach. x. *Spec. Diarrhod. Abb. Sp. vitriol. irrorat.* unc. j. *Nitri præp.* drach. j. dimid. *Ol. Cinnamomi* ſcrup. j. Et cum modico Syrup. Roſat. ſolut. vitriolat. miſce in formam Boli.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

EXpellit flavam bilem citra moleſtiam, & Hepar calidum alterando, & confortando expurgat. Ad morbos articulorum ex bilioſis, & calidis humoribus natos, & ad Febres tertianas mirè confert. Boni inſuper, & grati ſaporis eſt, ori, ventriculo, & viſceribus gratum; Propterea nauſeabundis, picrocholis, delicatulis, virginibus, pueris, & ſenibus, catharticum conveniens, & appropriatum eſt, qui inde non exiguum fructum percipiunt. Doſis à drach. ij. ad drac. iij. magno emolumento, & nulla ægrotantium moleſtia exhiberi poteſt.

## CATHARTICUM VIOLATUM.

℞ *COnſ. Violar. rec. vitriolat.* unc. iv. *Hermodact. veror. & à cort. mund.* unc. iij. *Mag. Scammonii* drach. x. *Tartari vitriolat.* drach. vj. *Cinnamomi acut. Caryophyll. Zingib. alb.* ana drach. j. *Ol. Cumini* ſcrup. j. Et cum ſyrup. è ſuc. Violar. vitriolat. miſc. in formam Boli.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc de Hermodactylis confectio eſt admirandæ virtutis, & facultatis in Arthritide, Iſchiatica, & ſimilibus juncturarum doloribus; purgat enim ſecurè, & leniter omnes defluxiones podagricas: vidimus etiam multos podagricos perpetuo cruciatu languentes, & in lectulo miſerè jacentes, hoc cathartico aliquoties uſos, adhibitis ſimul inunctionibus externis adeò revaluiſſe, ut expeditiores, quàm antea ad ſolita negotia redierint. Verùm non dumtaxat præſen-

te

Digitized by Google

te jam morbo, ſed quolibet anno bis, vere ſcilicet, & autumno, præſervationis gratia prudenter utendum. Doſis à drach. ij. ad drach. iij.

## CATHARTICUM CARYOPHYLLATUM.

℞ Conſ. *flor. Turcicæ vitriolat.* unc. vij. *Turbith. alb.* & *Gum.* unc. ij. *Scammonii roſat.* drac. x. *caryophyllorum elect.* unc. j. *Cryſt. Tartari* drac. vj. *cinnamomi acut. Macis* ana drac. j. dimid. *Ol. Aurantiorum* ſcrup. j. Et cum ſyrup. Cort. Citri Moſchat. miſce in formam Boli.

*Vires, Uſus, Doſis.*

Excrementa humorum frigidorum, maximè pituitoſorum, ac putridorum, Capiti, Pectori, Ventriculo, Articulis, Inteſtinis, aliiſque membris principalibus, & nutritionis inſtrumentis inhærentia, ſuaviter, & copioſè educit. Febribus compoſitis, & diuturnis auxiliatur. Colicis cruciatibus à cauſa frigida; immò cæteris morbis omnibus ex crudo, & frigido humore ortis mirabiliter prodeſt. Tum quoque remedio eſt iis, quibus cibus in ventriculo aceſcit, quique nauſea aſſiduè infeſtantur & ſaliva abundant. Doſis à drach. j. dimid. ad drach. ij. & drach. iij. præſertim in robuſtioribus, plus minuſve pro ratione ætatis, temporis, & ſumentis viribus.

## ZINGIBER PURGANS.

℞ Conſ. *Anthos* unc. iv. *Zingib. de Bingala condit.* unc. iij. *Scammonii roſat.* drach. x. *Spec. Diarrhod. Abb.* unc. dimid. *Galang. min. Macis* ana drach. j. *Cardamomi min. Caryophyllor.* ana ſcrup. ij. *Flav. Cort. Aurantior. Citri* ana drach. dimid. *Galliæ Moſchat. veræ* ſcrup.

Digitized by Google

ſcrup. j. Et cum Syrup. ſupra dicti Zingib. condit. miſce in formam Boli.

*Vires, Uſus, Doſis.*

CORpus univerſum à phlegmate, cholera, cæteriſque vitioſis humoribus omnibus incolumiter purgat. Ex ſtomacho utramque bilem deducit, & os jucundè olens reddit. Inteſtina frigida confortat, frigiditatemque removet. Flatus craſſos diſſolvit, & ſanguinem clarificat. Non eſt ingrati ſaporis, & odoris; ſed valdè ſalubris in febribus quàm plurimis, omnibuſque morbis à cauſa frigida ortis; necnon in Colica, Inflatione & dolore Ventriculi, Cordis, Jecinoris, Splenis, Renum, & Dorſi. Doſis à drach. ij. ad drach. iij. in aurora matutina.

## CINNAMOMUM LAXATIVUM.

℞ *SAcchari albiſſ. in aq. Cinnamomi diſſ.* unc. iv. *Scammonii roſat.* drach. vj. *Spec. Diacinnamomi* unc. dimid. *Ol. Cinnamomi* ſcrup. j. Miſce in formam Boli pro uſu.

*Vires, Uſus, Doſis.*

BIlem utramque, & pituitam ex capite, thorace, ventriculo, hepate, juncturis, &c. ſine moleſtia ejicit. Et hæc compoſitio poteſt etiam fieri in forma ſolida. Doſis à drach. ij. ad drach. iij.

## CATHARTICUM CHOLAGOGUM.

℞ *SUc. Roſar. rub. expreſſ. Sacchari albiſſ.* ana unc. viij. *Spec. Diarrhod. Abb. vitriolat.* drach. ix.



Digitized by Google

*Mag. Scammonii* unc. j. *Spodii* drach. j. dimid. *Galliæ moſchat.* ſcrup. j. Saccharum cum ſuc. roſarum ad conſiſtentiam Syrupi coquantur, deinde tritæ ſpecies adiiciantur, ut f. Elect. de ſuc. roſarum noſtrum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD purgandum materiam calidam, & bilioſam, in omnibus morbis calidis, & bilioſis affectibus feliciſſimè utor. Doſis à drach. ij. ad drach. iij.

---

## CATHARTICUM VITÆ.

℞ THeriac. *Venetæ* unc. iij. *Spec. Diaeſulæ noſt.* unc. j dimid. *Mercur. vitæ* drach. j. Miſc. & cum Syrup. pectoral. noſt. f. Electuarium craſſum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Febribus, Peſte, Capitis morbis, Lue Venerea, Lepra, Cacochymia, Hydrope, Ulceribus fœtidis, &c. medicamentum eſt præſtantiſſimum, & in Quartana ſecretum: Quia in toto corpore humano nihil impuri relinquit. Doſis à drach. j. ad drach. j. dimid. & drach. ij. Et non detur ante cibum, ſed à paſtu: nam ita promptius ægrotantes evomunt.

---

## DIATURBITH MINERALE.

℞ MItridat. *Dam.* unc. iij. *Turbith. mineral. veri, ſpec. Diarrhod. Abb.* ana unc. dimid. *ſp. vitrioli rectificat. Ol. carminat. noſt.* ana ſcrup. j. Miſce cum Syrup. de Jujubis in formam Electuarii craſſi.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN morbis deſperatis, utpotè, Hydrope, Lue Venerea, Podagra, Icteritia, &c. Catharticum eſt excellens; habet enim vim expellendi. In fiſtulis, ulceribus malignis, Peſte, Febribus multis, &c. nil præſtantius, aut nobilius. Doſis à drach. j. ad drach. j. dimid. ſuperbibendo parum vini albi.

---

## CONFECTIO PASSULATA.

℞ FOl. ſenæ ſ. ſtip. unc. iv. *Rad. Polypodii querc.* unc. ij. *Scorzoneræ*, *Bugloſſ.* ana unc. j. *Cichorei*, *Glycyrrhizæ* ana unc. dimid. *vini Malvatici* lib. iv. Inciſa, & contuſa ebulliant, & in Colatura expreſſa iterum infunde per noctem: *Flor. Malvæ arbor. rub. Perſicorum*, *Violarum*, *Roſarum*, *Acaciæ* ana P. ij. *Zingib. alb. Cinnamomi*, *Galang. min.* ana drach. j. Deinde colentur cum forti expreſſione, & in Colatura denuò infunde: *Paſſular. Corinth. repurgatar. & vino albo elotar.* unc. vj. *ſem. carthami excort.* drach. iij. *Jujubar. ſebeſten*, *Prunor. parvor. exoſſat.* ana No. xxj. Coq. & extrahantur per cribrum mundum, addendo *Man. Chriſti aniſat.* unc. iv. *Pulp. Tamarindor. Mannæ elect.* ana unc j. dimid. *crem. Tartari* unc j. Miſc. & inſpiſſentur ad formam Electuarii mollis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

SUaviſſimum, & mitiſſimum eſt medicamentum, leniens, & confert iis, qui ſemper dura ſunt alvo: Hanc enim ſine moleſtia, & innoxiè ſubducit; necnon tam flavam, quàm atrabilem leniter educit. Sanguinem inſuper mundificat, & ejus acrimoniam compeſcit. Renum quoque, & Veſicæ vitiis prodeſt, & à calculi

generatione prohibet. Doſis à drach. iij. ad unc. dimid. plus, minuſve.

## CATHARTICUM PASSULATUM.

℞ Conſ. *Paſſulatæ noſt.* unc. ij. *Rad. Jalappæ gummoſ.* unc. j. *Ol. Aniſi* ſcrup. j. Et cum ſyrup. Cinnamomi miſce in formam Boli pro uſu.

*Vires, Uſus, Doſis.*

Pituitam, utramque bilem, & aquam evacuat, cæteroſque humores, & peccantes materias omnes educit. Flatus expellit. Obſtructiones reſerat. Sanguinem puriorem reddit. Articulorum, Coli, & Renum doloribus utile eſt. Aſthmati, Tuſſi veteri, & Lue Venerea vexatis convenit. Moleſta etiam non eſt hujus Cathartici ſumptio; quia nullius mali ſaporis eſt particeps: Ideòque omnibus, qui vetera medicamenta reſpuunt, amiciſſimum eſt. Doſis à drach. ij. ad drach. iij.

## CATHARTICUM PERUVIANUM LIQUIDUM.

℞ Elect. *Diacori* unc. vj. *Ext. Gum. de Peru roſat.* unc. j. *Spec. Diarrhod. Abb.* unc. dimid. *Ext. Granor. Chermes* drach. iij. *Galliæ Moſchat. veræ* drach. dimid *Ol. Macis* ſcrup. j. Et cum pauxillo Syrup. Cort. Citri condit. f. Electuarium craſſum.

Vi-

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN valentiſſimis, & contumacibus morbis quàm plurimis ſeroſa excrementa, ſeu aquas in abdomine collectas, & pituitam tam crudam, quàm craſſam ex partibus etiam remotiſſimis potentiſſimè evacuat. Ob id Arthritidi, & articulariis morbis convenit; necnon Hydropem aſcitem, & Anaſarcam juvat. Doſis à drach. ij. ad drach. iij.

---

## CATHARTICUM PERUVIANUM.
ſolidum pretioſum.

℞ EXt. Gum. de Peru roſat. unc. dimid. *Spec. Diarrhod. Abb.* drach. ij. *Conf. AlKermes* drach. j. *Galliæ moſchat. veræ* ſcrup. j. *Ol. Cinnamomi* ſcrup. dimid. Miſce, & cum Sacchari albiſſ. in aq. Roſar. diſſ. unc. iv. fiat l. a. Confectio in Morſulis.

---

## CATHARTICUM PERUVIANUM
ſolidum commune, pro tenuioris fortunæ hominibus.

℞ EXt. Gum. de Peru roſat. unc. dimid. *Cort. Citri condit. Aurantior. cond.* ana drach. j. *Caſſiæ ligneæ, Caryophyllorum, Zingib. alb. Macis* ana ſcrup. j. *Ol. Aniſi* ſcrup. dimid. Miſc. & cum Sacchari albiſſ. in aq. Fœniculi diſſ. unc. iv. fiat l. a. Confectio in Morſulis.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD expurgandos craſſos, ſeroſos, & tartareos humores in Hydrope, Podagra, Icteritia, Scabie, morbo Venereo, & ſimilibus exiſtentes, ſecretum eſt. Doſis à drach. j. ad drach. ij.

---

## PASSULÆ LAXATIVÆ.

℞ FOl. *Senæ ſ. ſtipit.* unc. iij. *rad. Turbit. alb.* & *Gum. Jalappæ* ana unc. j. *Mag. Scammonii*, *Rhabarb. elect.* ana unc. dimid. *Sem. Fœniculi*, *Aniſi* ana drach. iij. *flor. cordial.* ana P. j. Miſc. & infunde in ſ. q. ſp. Vini rectificat. ſtent infuſa, quoad perfectè tingatur ſapore, atque virtute ingredientium benè imbuatur. Poſteà tinctum ſpiritum aufer per inclinationem, & illum Paſſulis Corinth. unc. ix. ſuffunde, digerantur, donec Paſſulæ ſpiritum ſufficienter imbibant: Et tunc demum Paſſulis exemptis adde: *Cinnamom. acut. Caryophyll.* ana drach. ij. *Piperis longi*, *Galang. min. Zinigib. alb.* ana drach. j. dimid. *ſpicæ Indic. Galliæ Moſch.* ana ſcrup. dimid. Et cum Syrup. Roſar. ſolutivo ſ. q. fiat l. a. conditum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

MElancholicos, & aduſtos humores purgant. Seroſam aquarum colluviem exhauriunt, & pituitam ſalſam deturbant. Inde Lepram, cutis fœditatem & ſcabiem elegantiſſimè eluunt. In arthritide, anguſtia pectoris, calculo, catarrhis, dolore, & tumore utriuſque lateris, remedium eſt excellens. Doſis ab unc. dimid. ad drach. vj. plus, minuſve pro ratione complexionis, & ſexus.

CA-

Digitized by Google

## CATHARTICUM TEREBINTHINATUM.

℞ T*Erebinth. alb. in ſuc. Limonum aliquoties lotæ* unc. iv. *Spec. Lithontribon.* unc. j. *Mag. Scammonii* drach. vij. *Caſſ. rec. extract. Medul. ſem. Carthami* ana unc. dimid. *Turbith. alb.* & *Gum. Tartari vitriolat.* ana drach. ij. *Ol. Cinnamomi* ſcrup. j. *Chamomillæ Rom. Aniſi* ana ſcrup. dimid. Miſc. cum ſyrup. Roſar. ſolut. ſ. q. in formam Boli, vel Electuarii craſſi.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

CAtharticum hoc Terebinthinatum, à Renibus potiſſimum, & Veſica decumbentes humores phlegmaticos, pituitoſos, craſſos, & tartareos purgat, coagulatum tartarum diſſolvit, & in omnibus calculorum generibus, in quibuſcunque etiam ſint corporis partibus, purgans eſt ſtupendum, & mirabile. Doſis à drach. j. dimid. ad drach. ij. plus, minuſve in vino odorifero & bono.

---

## TEREBINTHINA LAXATIVA.

℞ T*Erebinth. in aq. Roſar. lot.* drach. j. *Tartari vitriolat.* drach. dimid. *Sal. Succini alb. Rhabarb. elect.* ana ſcrup. dimid. Miſc. & cum ſaccharo, & pulvere Glycyrrhizæ ſ. Bolus pro una doſi.

---

## TEREBINTHINA PURGANS.

℞ T*Erebinth. in aq. Violar. lotæ* drach. ij. *Acidi Tartari* ſcrup. j. *Mag. Lap. Percar. Oc. Cancr. Scam-*

*monii* ana ſcrup. dimid. Miſce, & cum Saccharo, & pulvere Cinnamomi f. Bolus pro una doſi.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN Gonorrhœa, calculo Renum, & Veſicæ, dolore dorſi, Secretum: Detur autem hora una antè cœnam, vel manè in aurora, involvendo in nebula madefacta in vino. Et cum aliàs alvus in officio non eſt, aſſumi poterit.



Digitized by Google

# SECTIO XV. DE LOCH, SEU ECLEGMATIS.

## LOCH ROSATUM.

℞ Conſ. *Roſar. rub. cum ſp. Sulphuris tinct.* unc. iv. *Loch. de rad. Tuſſilag. cum Saccharo parat.* unc. ij. *ſpec. Diarrhod. Abb.* unc. j. *Lact. Sulphuris* unc. dimid. *Boli rub. Or. præp. ſuc. Glycyrrhiz. ext.* ana drach. ij. *Croci Orient. præp.* drach. j. *Flor. Benzoin, Cardamom. min. Macis* ana drach. dimid. *Balſ. ſulphuris aniſat.* ſcrup. j. *Ol. Roſar. veri* gut. iv. Miſc. & cum ſyrup. Pectoral. ſimp. noſt. f. Loch.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

DIuturnæ tuſſi, raucitati, pleuritidi, &c. confert, & auxiliatur. Pulmonibus difficiles excreationes extrahit. Purulentas exulcerationes tam Pectoris, quam pulmonis, eorumdemque graveolentiam halitus efficaciter ſanat. Sanguinem quoq; expuentibus conducit. Doſis per intervalla nucis avellanę quantitas.



Digitized by Google

## LOCH VIOLATUM.

℞ COnſ. violar. rec. cum Elix ſulph. noſt. tinct. unc iv. Loch. ſani & expert. unc. ii. Spec. Diamargar. frig. Diaireos ſimpl. ana unc. dimid. Flor. ſulphuris compoſ. Ext. Rad. Gylcyrrhizæ ana drach. iij. Croci Or. præp. Styrac. calamit. ana ſcrup. j. Ol. Hyſſopi, & Benzoin. ana gut. iv. Miſc. & cum Syr. pectorali compoſ. noſt. f. Loch. pectorale.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

EXperimentum eſt in Tuſſi, Aſthmate, Phthiſi, Dyſpnœa, Orthopnœa, cæteriſque pectoris vitiis: & doſis eadem, quæ in præcedenti Lambitivo obſervanda.

---

## LOCH PECTORALE.

℞ SYrup. Pectoral. ſimp. noſt. Compoſit. ana unc. ii. Loch. de Rad. Farfaræ, Sani & expert. ana unc. j. Man. Chriſti aniſat. drach. vi. Spec. Diarrhod. Ab. unc. dimid. Zingib. de Bingala con. drach. iij. Miſce, & fiat, ut eſt artis, Loch pectorale.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

CErtiſſimarum eſt virium ad tuſſim quamcunque, & raucedinem à frigore, vel pituita craſſa in Thorace & Pulmonibus contenta, ortam; necnon in pectoris affectibus quibuſvis, difficultati anhelitus, pleuritidi, & dolori coſtarum medetur. Doſis ſæpiùs in die Nuc. Moſchat. quantitas.

LO-

Digitized by Google

# LOCH, SEU DIACODION CROCATUM.

℞ C*Ap. Papav. alb. cum ſeminibus* No. xxi. *Siliqu. dulc. abjectis granis*, *Rad. Glycyrrhiz. raſæ* ana unc. iij. *Sem. bombacis*, *Althææ*, *Cydonior. Gran. Myrti* ana unc. dimid. *Ficuum pinguium*, *Dactylorum*, *Sebeſten* ana No. xi. *Flor. Malvæ arb. rub. Violarum*, *Jaceæ* ana drach. ii. Coq. in ſ. q. aq. fontanæ, ut eſt artis; poſteà ℞. *Colaturæ* lib. ii. *Sacchari candi roſat. Penidiorum* ana lib. dimid. F. Syrupus craſſus, cui circa finem adde *Syrup. è ſuc. Flor. Papav. errat. Jujubini*, ana unc. ii. *Ext. Croci Or.* drach. dimid. Miſc. & flamma imbecilli ad mellis conſiſtentiam coquantur, & cum Galliæ moſchatæ veræ ſcrup. j. aromatizentur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN omnibus deſtillationibus, ſeu defluxionibus calidis, tenuibus, acribus, ac ſalſis, à capite in Thoracem, & aſperam arteriam, ex continua tuſſi inſomniam facientibus, ſecretum eſt. Gutturis enim aſperitatem leniendo, ſputum tenue maturando, incraſſando, glutinando, atque expectorando, ſitim extinguendo, caloris incendium mitigando, ſomnum conciliando; item refrigerando, & humectando, Spiritus corroborat, vires reparat, & calorem nativum conſervat. Dici præterea non poteſt, quàm proſit iis, qui acutiſſimis doloribus, maximè Colico, Nephritico, Pleuritico, Arthritico, &c. corripiuntur. Prodeſt etiam ad ſanguinis excretionem, & menſtruorum nimiam evacuationem: necnon Febribus ardentibus, alvi profluvio, & Dyſenteriæ, quæ ex materiæ acris, & bilioſæ effluxu excitatur, confert. Doſis à drach. i. ad drach. ii. iii. aut iv.

LO-

Digitized by Google

# LOCH ANTIPHTHISICUM.

℞ D*Iacodii crocat. noſt.* unc. iv. *Loch. ſani, & expert. De Pulmon. Vulp.* ana unc. ii. *Rot. Pectoral. albar. Citrinar. Rubear.* ana unc. j. *Syr. pectoral. ſimplic. noſt. Compoſ.* ana drach. vi. *Zingib. de Bingala cond.* unc. dimid. *Spec. Diarrhod. Abb. Diamarg. frig.* ana drach. ii. Miſc. & cum Emulſion. ſem. Papav. alb. cum aqu. Pulm. Vituli fact. unc. j. dimid. f. flamma imbecilli juſtæ conſiſtentiæ Loch.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Phthiſi, Aſthmate, Tuſſi, Pleuritide, Catarrho, raucedine vocis, ceteriſque Thoracis, & Pulmonis vitiis, &c. valde efficax eſt, humoreſque excreatu difficiles extenuat, ſomnumque conciliat. Doſis ſæpè in die nucis avellanæ quantitas.

SE-

Digitized by Google

# SECTIO XVI.

# DE SYRUPIS.

## SYRUP. PERLARUM ORIENTALIUM.

♃ *Aqu. Roſarum fragrant. Borraginis, Bugloſſæ* ana unc. vi. *ſal. Perlarum Or.* unc. dimid. Miſtis, & ſolutis adde Amygd. dulc. q. ſ. & fiat optima emulſio; cui poſteà immiſce Sacchari albiſſ. lib. j. Et coque ad juſtam conſiſtentiam Syrupi.

*Vires, Uſus, Doſis.*

Cerebrum, Memoriam, & Cor roborat, Corpus ſanum conſervat. Tabem, Ariduram, & Marcorem ſenilem mitigat. Pravos humores exſiccat. Lac muliebre emendat. Humidum radicale renovat. Semen utriuſque ſexus amplificat. Inſuper certiſſimum præſervativum contra Apoplexiam, Epilepſiam, Paralyſin, aliquoties in ſeptimana exhibitus. Doſis ab unc. dimid. ad drach. vj. per ſe, vel cum aliis ſpecificis.



Digitized by Google

## SYRUP. CORALLORUM. RUBEORUM.

℞ T*Inct. Roſar. rubrar. cum aq. è ſuc. Cichorei cum totâ planta diſtill. & rubini inſtar extract.* unc. x. *ſal. corallor. rub.* unc. dimid. Miſtis, ſolutis, & filtratis adde: *Sacchari albiſſ.* lib. j. *Suc. exp. Berberum*, *Ribium* ana drach. iv. Denuò miſc. & f. l. a. juſtæ conſiſtentiæ Syrupus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IMbecillum Cor confortat, ejuſque robur plurimum auget. Jecoris, Lienis, & Renum intemperiem calidam mitigat, illorumque obſtructionibus mirè ſuccurrit. Hæmorrhagiam variam curat. Sanguinem in univerſo corpore mundificat. Choleræ medetur. Vomitum biliosum reprimit. Sitim reſtinguit. Prætereà ad refrigerandum, & adſtringendum Ventriculum, cæteraque viſcera fervoris intemperie diſſoluta, recreanda, & confirmanda proficuus: Undè in Dyſenteria, Lienteria, Diarrhœa, Cœliaca paſſione, fluxu Epatico, Gonorrhœa, fluore Uterino, &c. ſecretum eſt. Contagioſis quoque morbis confert, & fluxionibus colliquantibus, & malignis. Fœtum in Utero fortificat, conſervat, & ab abortu prohibet, ſi geſtationis tempore ejus cochl. dimid. ſingulis menſibus bis accipiant. Doſis ab unc. dimid. ad unc. j. per ſe vel cum aliis vehiculis appropriatis.

---

## SYRUP. VITRIOLATO-ROSATUS.

IN præparatione Magiſterii Corallorum Vitriolato-Roſati noſtri, remanet in ſeparatione liquor rubicundiſſimus; cui ſi ſ. q. ſacchari albiſſ. addatur, & ad Syrupi conſiſtentiam coquatur, dat rubini inſtar, nobiliſ-

Digitized by Google

liſſimum, & efficaciſſimum ſyrupum in Peſte, morbis Epidemicis, Febribus, Dyſenteria, fluxu Epatico, Stomachi vitiis, Scorbuto, Jecoris, & Lienis obſtructionibus, Inflammationibus, & aliis morbis quàm plurimis, &c. maximè utilem. Cujus doſis eſt per ſe, vel cum aliis vehiculis appropriatis ab unc. j. ad ij.

---

## SYRUP. CEPHALICUS.

♃ SUc. depurat. Card. benedict. & Millefolii ana lib. j. aqu. Lavendulæ, Betonicæ ana lib. dimid. Rad. Caryophyllatæ, Pæoniæ ana unc. j. Caſſiæ Ligneæ Nuc. Moſchat. Cubebarum ana unc. dimid. Herb. Majoranæ, Verbenæ, Roriſmarin. Origani ana drach. iij. Flor. Lilior. Convall. Tiliæ, Primulæ veris, Anthos, Roſarum rub. ana drach. ij. Sem. Fœniculi, Lavendulæ, Salviæ, Pæoniæ ana drach. j. dimid. Lig. Aloes, Viſci quercin. Croci Orient. ana drach. j. Coq. ad tertiæ partis conſumptionem; poſteà coletur, clarificetur, & addita ſacchari alb. ſ. q. fiat juſtæ conſiſtentiæ Syrup. qui aromatizetur ſpec. Diamoſchi dulc. & Diambræ ana drach. j. ut eſt artis.

*Vires, Uſus & Doſis.*

IN omnibus periculoſis capitis morbis, & affectibus, Cephalæa, Hemicrania, Epilepſia, Apoplexia, Paralyſi, &c. mirabilis eſt juvamenti. Caput, cerebrum, & ventriculum corroborat, & iis, qui capite, & corde tremunt, convenit. Doſis ab unc. dimid. ad drach. vj. per ſe, vel cum aliis appropriatis.

---

## SYRUPUS PECTORALIS.

♃ RAd. Glycyrrhizæ raſæ, Tuſſilaginis ana unc. ij. Enulæ Camp. Ireos Flor. Angelicæ ana unc. j.

Herb.

Digitized by Google

*Herb. Pulmonariæ utriuſque*, *Capill. Veneris*, *Salviæ acut. Marrubii*, *Scabioſæ* ana unc. dimid. *Flor. Chamomillæ*, *Violarum*, *Farfaræ*, *Jaceæ* ana drach. ij. Incidantur, contundantur, & infundantur in *Aquarum*, *Card. benedict. Fœniculi*, ana lib. iij. *Malvæ min. Veronicæ*, *Rad. Althææ* ana lib. j. Coquantur ad tertiæ partis conſumptionem; ♃. Colaturæ claræ lib. vi. & in iis infunde *Paſſular. min.* unc. iv. *ſem. Card. Mariæ*, *Myrtillorum*, *Aniſi*, *Urticæ Rom. Cydonior.* ana unc. dimid. *Dactylorum*, *Jujubar. Sebeſten*, *Ficuum ping.* ana No: xxi. Iterum coquantur ad quartæ partis conſumptionem, poſtea fortiter exprimantur, & colentur. ♃ *Colaturæ* lib. iv. *Sacchari albiſſ.* lib. ij. Denuò coq. & inter coquendum aromatizetur cum *Croci Orient. Cardamom. min. Macis*, *Cinnamomi* ana drach. ii. Ligentur in panno raro, & unà bulliant, donec fiat ſecundum artem juſtæ conſiſtentiæ ſyrupus; cui denique immiſce Aq. Cinnamomi unc. iij. & ad uſum reſerva.

*Vires, Uſus, Doſis.*

Mirabilis eſt potentiæ ad omnes thoracis, & ſpiritualium partium affectus, deſtillationes, & obſtructiones: Humores enim craſſos incidit, ac attenuat: Valet quoque ad conſumptos, tabidos, & ulcera pulmonum. Aſthmaticis, & tuſſiculoſis mirè confert. Hypochondriorum doloribus utilis, & pleuritidis initio convenit. Suppuratorum pus egregiè diſſolvit, diſſecat, tergit, educit, & in apertum promovet. In omni raucedine, & ablatione vocis ſecretum eſt. Doſis ab unc. dimid. ad drach. vj. per ſe, vel cum vehiculis appropriatis.

SY-

Digitized by Google

## SYRUPUS ASTHMATICUS.

℞ *Saccbari candi alb.* lib. j. *aq. Loch. Sani* unc. viij. *Syr. de Praſsio*, *de Glycyrrh.* ana unc. iiij. *Capillor. Veneris*, *De Jujubis* ana unc. iij. *De Hyſſopo*, *De ſuc. violar.* ana unc. ii. Invicem bene miſta coquantur ad juſtam Syrupi conſiſtentiam.

*Vires, Uſus, Doſis.*

ASthmati inprimis, & pleuritidi auxiliatur. Thoracem, & Pulmones ſaluberrimè expurgat, aperit, dilatat, tergit, lenit, & obſtructiones reſerat. Tuſſi anhelæ, diuturnæ, & ſiccæ medetur. Pectoris, & hypochondriorum doloribus utilis. Renum calculo ſalutaris, necnon ſenibus, & natura frigidis valdè familiaris. Doſis per ſe, vel cum aq. pectoralibus ad unc. dimid. ad unc. i.

---

## SYRUPUS CORDIALIS.

℞ *Cinnamomi acut.* unc. ij. *Rad. Bugloſſæ* unc. j. *flor. Roſar. rub. Borraginis*, *Meliſſæ*, *Violarum* ana unc. dimid. *Cardamomi Nuc. Moſchat. Lig. Aloes* ana drach. ii. *Croci Orient. Macis* ana drach. j. Inciſa, & contuſa macerentur in vini boni, & odoriferi lib. iij. donec vinum ſapore, & virtute ejus bene imbuatur: poſteà in duplici vaſe coque ad lib. j. conſumptionem. ℞. *Colaturæ* lib. ij. *Sacchari albiſſ.* lib. j. dimid. Coquantur, & circa finem immiſce *Aq. cordial. noſt. utriuſque* ana unc iv. & fiat l. a. juſtæ conſiſtentiæ ſyrupus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

EXhilarat, animique magnanimitatem in dies auget, & eſt ferè in omnibus morbis melancholicis medicamentum efficaciſſimum. Inſuper Cardiacis, præter rationem mæſtis, ſeu triſtibus, cor inſigniter confortando, ſingulariter ſuccurrit. Doſis ab unc. dimid. ad unc. j. per ſe, vel in vehiculis convenientibus.

## SYRUPUS DE CASSIA LIGNEA.

℞ *MTvæ Cotoneorum* lib. j. coquatur per ſe in leni calore ad ſpiſſitudinem mellis; poſteà immiſce Tinct. de Caſſia Lig. noſt. q. ſ. ut mediocrem Syrupi conſiſtentiam acquirat, addendo Elæoſ. Caſſiæ lign. unc. j. Denuò Miſc. & ad uſum repone.

*Vires, Uſus, Doſis.*

SEnibus debilibus, & frigidis convenit, & quibus humor nativus, & calor naturalis imminuuntur. Omnia membra principalia confortat. Cor imbecillum, & Ventriculum frigidum roborat. Syncopen, & cordis tremorem ſanat. Nauſeam, vomitum, & ſingultum ſedat. Anhelitus fœtorem abigit, ejuſque ſuavitatem inducit. Doſis ab unc. dimid. ad unc. j. per ſe, vel cum vehiculis ſpecificis.

## SYRUPUS DIACITRI ROSATUS.

℞ *SUc. Citri, & Limonum per pannum, aut filtrum, ſine ulla vi, aut expreſſione deſtillat. & cum Roſar. rub. priùs, rubini inſtar. tinct.* ana li. j. *Rob. de Berberis,*

*beris*, *De Ribes* ana unc. viij. *Syrup. de Agreſta*, *Oxyſaccbari*, *Rubi Idæi opt. Fragorum* ana unc. iv. *Aq. Cinnamomi bugloſſat. in qua Spec. Diarrhod. Abbat. infuſæ fuerint*, unc. ij. *Nitri præparat.* drach. j. dimid. Miſta decoq. ut eſt artis, & f. juſtæ conſiſtentiæ ſyrupus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

POtentiſſimè refrigerat, penetrat, ſiccat, & à putredine vindicat. Febribus malignis, bilioſis, morbiſque contagioſis plurimùm confert. Ebrietati, Venenis, & Peſtilentiæ ſaluberrimè reſiſtit. Intemperiem calidam Capitis, Cordis, Ventriculi, Hepatis, Lienis, viſcerum, omnemque ſitim extinguit. Renum æſtus emendat. Urinas, & ſudores movet. Vomitum bilioſum reprimit. Choleræ medetur. Cardiacis, Dyſentericis, & Cœliacis, purgato priùs corpore, ſuccurrit. Doſis ab unc. dimid. ad unc. j. & duas per ſe, vel in vehiculis ſpecificis affectum propriè reſpicientibus.

## SYRUPUS ANTISCORBUTICUS.

℞ SUc. *Chamærub. Noruvegic.* lib. iij. *Naſturt. aquat. Becabungæ*, *Acetoſæ*, *Cochleariæ* ana lib. dimid. Miſtis adde Sacchari albiſſ. lib. j. dimid. & f. juſtæ conſiſtentiæ ſyrupus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

ADverſus Scorbutum nobiliſſimum, & probatiſſimum eſt remedium. Doſis ab unc. j. ad unc. ij. & unc. iij. per ſe, vel cum aq. Antiſcorbutic. noſt. ſ. q.



Digitized by Google

# SYRUPUS DE PYRETHRO.

℞ AGarici alb. & leviſſ. unc. j. dimid. *Rad. Pyrethri* unc. j. *Pæoniæ maris*, *Acori*, *Pimpinellæ* ana unc. dimid. *ſem. Fœniculi*, *Pæoniæ*, *Bac. Iuniperi* ana drach. iij. *Herb. Matricariæ*, *Agrimoniæ*, *Hyſſopi*, *Primul. veris*, *Majoranæ*, *Menthaſtri*, *Nepetæ* ana drach. ii. *Flor. Lilior. convall. Verbaſci*, *Bugloſſæ*, *Anthos* ana drach. j. dimid. *Cinnamomi acut. Nuc. Moſchat. Cubebarum* ana drach. j. Inciſa, & contuſa infundantur in aq. ſalviæ, & Roriſmarini ana lib. iij. ſtent in infuſione per noctem; poſteà coquantur ad tertiæ partis conſumptionem: ℞. *Colaturæ claræ* lib. iv. *Sacchari albiſſ.* lib. ii. Miſc. & coq. ad juſtam conſiſtentiam ſyrupi.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VAldè ſalubris eſt in paſſionibus nervorum, Paralyſi, Spaſmo, Epilepſia, Iſchiade, &c. Potenter enim materiam peccantem reſolvit, & dolorem mitigat. Doſis ab unc. dimid. ad unc. j. per ſe, vel in vehiculis convenientibus.

---

# SYRUPUS NEPHRITICUS.

℞ AQ. *Antinephritic. noſt. Lithontriptic.* ana unc. x. *Sal. Lap. Percar. Piſc. Oc. Cancri* ana unc. dimid. Miſtis, & ſolutis adde *Flor. Malvæ arb. rub. rec. exſiccat. q. ſ.* Digerantur per aliquot dies, uſque dum perfectè tingantur; poſteà cum ſacchari albiſſ. lib. ii. coq. ad ſyrupi craſſamentum.

*Vi-*

*Vires, Uſus, Doſis.*

CAlculoſo ab unc. j. ad unc. j. dimid. per ſe, vel cum appropriato vehiculo manè propinabis; Nam calculos quamvis magnos exedit, corroditque; quotidiana etiam experientia in orina arenulas, & exeſa lapidis fragmenta videbis.

## SYRUP. STYPTICUS.

℞ PRunor. ſylveſt. matur. & exſiccat. lib. j. rad. Acori aquat. Tormentillæ, Serpentariæ, Zedoariæ ana unc. j. cort. Granatorum, Cydonior. exſic. ana unc. dimid. Gallarum Turc. Roſarum rub. Balauſtior. ana drach. ii. ſem. Lapathi acut. Sanguinariæ, Plantaginis ana drach. j. dimid. Coq. l. a. in vini alb. ſ. q. ad perfectam tincturam. ℞. Colaturæ claræ lib. iv. Sacchari albiſſ. lib. ii. Denuò coq. dum ſyrupi craſſamentum adſciſcat, & aromatizetur cum Cinnamomi acut. Caryophyllorum, Macis, Nuc. Moſch. Croci Or. Zingib. albi, Galang. min. ana drach. j. Flor. Papav. errat. Tunicæ ana drach. dimid. Ligentur in panno raro, & bulliant in ſyrupo ſecundum artem.

*Vires, Uſus, Doſis.*

DYſenteriam Hepaticam ex humorum acrimonia ſubortam ſedat. Cibi appetentiam excitat. Diabetem reprimit. Præcipuè autem longis, & trahentibus alvi profluviis, ab humore aquoſo, pituitoſo tam frigido, quàm calido convenit. Vomitum, Hæmorrhagiam omnem & abundantia menſtrua cohibet. Doſis ab unc. j. ad unc. ij. præmiſſis tamen univerſalibus.



Digitized by Google

## SYRUP. DYSENTERICUS LAXATIVUS.

℞ RAd. *Polypodii* unc. ij. *Glycyrrhiz. raſæ*, *Pimpinellæ Ital.* ana unc. j. *Tormentillæ*, *Cichorei* ana drach. vi. *Herb. Scolopendrii*, *Agrimoniæ*, *Veronicæ*, *Polygoni* ana unc. dimid. Fiat decoctio in Aqu. Rad. Conſolid. Plantaginis, & fol. Querc. ana ſ.q. ad tertias, & colentur. ℞. *Colaturæ* lib. iij. *Rhabarb. opt.* unc. j. dimid. *Mechoacannæ*, *Myrob. citrin. Fol. Sennæ* ana unc. j. *Agarici trochiſc.* unc. dimid. *Flor. Roſar. rub. Lilior. alb. Sambuci*, *Chamomillæ*, *Verbaſci* ana drac. ii. *ſem. Cydoniorum*, *Aniſi*, *Anethi* ana drach. j. dimid. *Caſſiæ ligneæ*, *Caryophyllor. Nuc. Moſchat.* ana drach. j. Stent infuſa in loco calido per noctem, manè leviter ebulliant, & expreſſa colentur: Colaturæ adde Sacchari albiſſ. lib. ii. & fiat juſtæ conſiſtentiæ ſyrupus, ut eſt artis.

### *Vires*, *Uſus*, *Doſis*.

IN Dyſentericis citra moleſtiam, & leniter alvum ſubducit. Humores acres, & bilioſos, à quibus exulceratio in inteſtinis dependet, expurgat. Dolores inſuper lenit, & perfecto opere adſtrictionem poſt ſe relinquit, alvumque, quam ſolvit, iterum ſiſtit. Doſis in junioribus ab unc. j. ad unc. j. dimid. In adultis verò ab unc. ij. ad unc. iij.

---

## SYRUPUS PANTAGOGUS.

℞ RAd. *Polypodii quercin. Hermodact. alb.* ana unc. iv. *Turbit alb.* & *gum. Mechoacannæ* ana unc. ii. *Rhabarb. opt.* unc. j. dimid. *Hellebori nigri præp. Jalappæ reſinoſ.* ana unc. j. *Agarici trochiſcati*, *Myrob.* om-

*omnium* ana unc. dimid. Inciſa, & contuſa infundantur in vini albi ſ. q. Macerentur per aliquot dies; poſteà ſecundum artem coquantur, & in Colaturæ lib. iv. iterum infunde ſequentia: *Fol. Senę elect.* unc. iij. *Paſſularum min.* unc. ii. *Crem. Tartari* unc. j. *Herb. Capilli Veneris, Veronicę, Fumarię* ana unc. *dimid. ſem. Fœniculi, Aniſi* ana drach. ii. *Flor. Perſicorum, Violarum, Roſarum, Acaciæ, Epithymi* ana drach. j. Stent in infuſione per noctem, poſtea denuò coquantur, exprimantur, colentur, & tandem cum ſacchari albiſſ. lib. ij. fiat juſtæ conſiſtentiæ ſyrupus, & ſequentia *Cardamomi min. Caryophyllorum, Galang. min. Macis, Zingib. alb. Cinnamomi acut. Spicę Indic.* ana drach. dimid. pulveriſata, & panno lineo ligata, inter coquendum infricentur, ut bulliant unà cum ſyrupo, & ei facultatem tradant.

## *Vires, Uſus, Doſis.*

BLandè, promptè, innoxiè, & ęqualiter omnes morbificos, & peccantes humores in omnibus morbis evacuatione egentibus purgat, & leniter per ſeceſſum educit, & venarum viſcerumque obſtructiones liberat. Offertur omnis ætatis hominibus: Senibus, pueris, debilibus, delicatis: Immò etiam neceſſitate ita exigente prægnantibus, per ſe, vel in aquis, quæ locum affectum propriè reſpiciunt. In robuſtioribus autem cum aliis catharticis fortioribus pro diverſitate morbi ſemper acuitur. Doſis ab unc. j. ad unc. ij. & iij.

---

## SYRUPUS HYDRAGOGUS.

♃ R *Ad. Ireos noſtrat. mundentur à cortice exteriori, piſtentur, & exprimantur, ſuccuſque expreſſus ponatur in vitro, donec per ſe reſidentiam faciat;*

& recipe *hujus ſucci clari* unc. xvi. *Aq. Cinnamomi* unc. iv. *Mag. Gum. de Peru* unc. j. Macerentur vitro bene clauſo horis viginti quatuor; poſteà tranſcola, miſcendo ſacchari albiſſ. unc. xvi. *Spec. Diarrhod. Abbat. Rhabarb. opt.* ana unc. dimid. *Santali rub. Rad. Anchuſæ* ana drach. ii. Miſta in nodulo ligentur, & coquantur in diplomate ad perfectionem: Et ſyrupus ſumma diligentia ita paratus cum *Caryophyllorum*, *Cinnamomi acut. Macis* ana drach. j. *Galliæ Moſchat.* ſcrup. j. aromatizetur, ut eſt artis.

## *Vires, Uſus, Doſis.*

IN Cachexia, omnique Hydropis ſpecie, glorioſum eſt catharticum, & divinum adjumentum, ſi ab unc. j. dimid. ad unc. ij. plùs minusve, prout fuerit conſtipatus, bis, vel ter in ſeptimana ſumatur: Hydrops enim, qui alià s humana manu curari non poteſt, curatur hoc ſyrupo.

SE-

# SECTIO XVII. DE ELIXIRIBUS.

## ELIXIR VITRIOLI.

℞ GAlangæ min. unc. j. dimid. *Calami aromat.* unc. j. *Menthæ criſpæ*, *Salviæ acut.* ana unc. dimid. *Cinnam. elect.* *Caryophyllor. Zingib. alb.* ana drac. iij. *Nuc. moſchat. Cubebarum* ana drach. ij. *Lig. Aloes pond. Cort. Citri* ana drac. j. Miſc. & fiat pulvis, cui adde Sacchari cand. alb. unc. iij. poſteà humectetur opt. ſp. Vini, ut fiat miſtura mellis inſtar: mitte illam in vitrum, atque ol. vitrioli Veneris, ſeu Martis, aut in horum defectu Sp. Vitrioli aliquoties rectif. ad 4. digitorum eminentiam affunde, & tres, aut quatuor ſeptimanas digere; tandem tincturam per inclinationem aufer, & filtra. Super relictam autem in fundo materiam ſp. Vini ſuffunde, & ulteriùs ſ. a. Spagyricam eſſentiam extrahe. Poſteà tincturæ extractiones miſtas, majoris efficaciæ ergò per 14. dies adhuc in B. M. circula, & ad uſum reſerva.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

NObilius, & efficacius ſtomachicum in tota Repub. Medica nondum inventum eſſe, experientiam ipſam atteſtor. Idcircò breviter,& quaſi in tranſcurſu dicam, quòd in ventriculi affectione qualicunque ingens, & incomparabile ſit ſecretum. Datur autem cum aq. noſtra ſtomachali, vel Menthæ criſp. vel aliis appropriatis, &c. Supra modum ſtomachum, & inteſtina confortat, & ſimul omnia principalia membra refrigerata calefacit,& appetitum quàm bellè excitat. Inſuper ab Epilepſia, & Apoplexia præſervat. Cerebrum purgat. Caput, totumque corpus multis phlegmaticis catarrhis repletum exſiccat, illudque à dolore mirè tuetur. In Epilepſia exhibetur cum aq. Pæoniæ, Lil. conval. &c In capitis doloribus ſæpè ab impuritatibus Ventriculi Cerebrum lancinantibus offertur in aq. Betonicæ, &c. In omnibus Febribus propinatur cum aq. Centaur. min. Card. benedict. &c. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. j.

---

## ELIXIR SULPHURIS.

℞ *Croci Oriental. Myrrhæ rub.* ana unc. j. dimid. *Maſtichis elect. Benzoini, Cardamom. min. Cinnamomi* ana unc. j. *ſuc. Glycyrrhiz. ext. Conf. AlKermes, Rad. Enulæ camp.* ana drach. vj. *Aliptæ moſchat.* drach. iij. Miſc. & f. pulvis, cui adde: Sacchari candi alb. unc. ij. & humectetur ſp. vini rectif. ut fiat quaſi paſta. Poſtea ſp. ſulphuris optimè rectif. ad eminentiam 4. digitorum affunde, digerantur, & circulentur per menſem. Tandem, quod tinctum, & extractum fuerit, per inclinationem ſepara: materiam in fundo reſtantem ſp. Vini extrahe, ſepara, ac priori liquori colorato immiſce, & ad uſum repone.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN affectibus thoracis, & pulmonis miranda præſtat. Pectus ab impuritatibus, & catarrhis mundificat. Tuſſim tam inveteratam, quàm recentem tollit. Phthiſicis, Melancholicis, ſupra rationem mœſtis, cardiacis, &c. in genere ſubvenit, & lætitiam adfert. Valet quoque ad coarctationem anhelitus antiquam, & Aſthma chronicum. Inſuper Cor confortat, & à putredine præſervat. Vitam prolongat, & canitiem retardat. Nec eſt, quòd hic acredinem tuſſim provocantem metuamus, illa etenim ad reſolutionem neceſſaria, moxque alleviatio ſequitur. Doſis, ſeu modus exhibitionis, eſt ſaporis in acidum mutatio, & per ſe nullus ejus ſit uſus; ſed ſemper cum vehiculo appropriato ſumatur. In aq. vel ſyrupis noſtris pectoralibus commodiſſimè offertur.

---

## ELIXIR PÆONIÆ.

♃ R *Ad. Palmæ Chriſti, Angelicæ, Pyrethri* ana unc. j. *Viſci quercini, Sem. Fœniculi, Anacardi* ana drach. vj. *Flor. Roriſmarini, Stœchad. Arab. Lavendulæ* ana drach. iij. *Raſ. Cornu Alcis, Cranii hum. Caſtorei veri* ana drach. j. dimid. *Majoranæ ſiccæ* M. j. *ſpir. vini optimè rectif.* lib. ij. Inciſa, & contuſa infundantur in vaſe vitreo bene tecto in loco tepido per 14. dies, poſteà per alembicum deſtill. & liquori deſtillato adde: *Rad. Flor. & ſem. Pæoniæ debite collect.* ana unc. j. *Spec. Diamoſchi dulc. Diaxyloaloes* ana unc. dimid. Miſc. & digerantur in leni calore per menſem ſæpiùs agitando; poſteà Vini ſpiritum tinctum aufer per inclinationem, & ad medietatem ſaltem abſtrahe, reliquum maneat cum eſſentia extracta, cujus ♃. unc. xij. *Sp. vitrioli diligenter rectif. & à Cinnabari nativa priùs Spagyricè imprægnat.* unc. iv. *Sal. Pæoniæ* drac. j.

Digitized by Google

drac.j. dimid. Sicque ſimul miſtum per octiduum circulabis, & digeres.

*Vires, Uſus, Doſis.*

SPecificum Epilepticum meritò vocari poteſt; propter vires ejus nimirum admirandas, & arcanas: In Epilepſia enim curanda, ſua facultate omnia alia remedia ſuperat. Inſigniter etiam periculoſos Capitis morbos timentibus prodeſt, qualis eſt: Apoplexia, Paralyſis, Vertigo, Scotomia, &c. Inſuper in Cerebri ſtupore, exſiccatione catarrhi, ſuffocatione Matricis, Colica, &c. admodum excellit. Doſis, & modus exhibitionis, eſt ſaporis in acidum mutatio; datur in vehiculis appropriatis, puta aq. Epileptic. noſt. vel in aq. flor. Pæoniæ, Lavendulæ, Tiliæ, Lilior.convall.&c. novem dies continuando; poſt exhibitum medicamentum autem æger per tres ad minimum horas maneat jejunus.

---

## ELIXIR FEBRILE.

℞ SPec. *Febrifug.noſt.* unc.iij. *Piperis longi, Caryophyllor. Nuc. Moſchat.* ana unc. j. *Herb. Centaur. min. Card.benedict. Abſynthii* ana M. vj. *Quinquefolii, Rutę* ana M. iij. Pulveriſata, & miſta extrahantur opt. ſp. Vini. Tinctum ſpiritum aufer, & recentem affunde, tamdiu, donec omnis tinctura, & eſſentia extracta ſit. Ultimò S.V. in B.M. ad medietatem, ſeu oleitatem abſtrahe, & remanentem ſpiritum unà cum eſſentia per chartam emporeticam filtra, & in vaſe vitreo bene clauſo ad uſum reſerva.

*Vi-*

Digitized by Google

### *Vires, Uſus, Doſis.*

PRæſervat, curat, & abigit poſt evacuatum corpus, omnes Febres. Doſis inſtante paroxyſmo, vel paulo ante, ut ſimul cum paroxyſmo operetur, drach. j. ad drach. ij. & unc. dimid. in aq. Centaur. min. vel Abſynthii, aut Card. bened. vel in hauſtu cereviſiæ calidæ: Robuſtiori autem datur ab unc. dimid. ad drach. vj. Prætereà Cacochymici, & Hydropici magno juvamine potui quotidiano immiſcere poſſunt: ſua enim amaritudine putredinem omnem arcet, partium verò tenuitate obſtructiones pellit. *Gibt gutt bitter vvein und bier;* hoc eſt: Vinum, ac cereviſiam grata amaritie perfundit.

# SECTIO XVIII.

## DE SPIRITIBUS VINI COMPOSITIS.

### SPIRITUS VINI CEPHALICUS.

℞ SEm. *Fœniculi* unc. iij. *Rad. Pæoniæ debitè collect. viſci quercini*, *Anacardi* ana unc. j. *Bac. Juniperi* drach. vj. *Herb. Majoranæ*, *Meliſſæ*, *Origani*, *Hyſſopi*, *Salviæ* ana M. j. *Flor. Stæchad. Arab. Lilior. Convall. Roriſmarini*, *Primulæ veris*, *Lavendulæ* ana P. ij. Craſſiuſculè inciſa, & contuſa infundantur in ſp. Vini ſimpl. lib. viij. & poſt debitam digeſtionem B. M. deſtillentur, & in liquore deſtillato denuò infunde: *Sem. Coriand. præp. Sileris mont. Pæoniæ*, *Carvi* ana unc. dimid. *Spec. Diamoſch. dulc. Diambræ* ana drach. iij. *Cardamomi min. Nuc. Moſchat. Galang. minor. Caryophyllor.* ana drach. ij. *Calami aromat. Cubebarum*, *Macis* ana drach. j. *Succini alb. præparat. Lign. Aloes*, *Flor. Tunicæ*, *Roſar. rub* ana drach. dimid. Stent in infuſione per 8. dies, poſteà B.M. deſtill. & ſpiritus ad uſum reſervetur, qui ad placitum ſacchar. cand. alb. edulcorari, & vel Eſſ. flor. Pæoniæ, vel Tunicæ, vel Violarum, vel Roſarum rub. vel gran. Kermes, aut aliis quàm plurimis, &c. variè tingi poteſt.

Vi-

*Vires, Uſus, Doſis.*

MAgni eſt uſus ad omnes frigidos capitis affectus, intrà, & extrà adhibitus: Item ad triſtes, & timidos, & eos, qui de nocte loquuntur: Non ſolùm enim caput calefacit, ſiccat, confortat, atque catarrhos frigidos abſumit; verùm etiam reliqua membra roborat. Contra Vertiginem, Epilepſiam, Apoplexiam, Paralyſin, convulſionem, & tremorem ſingulariter, tanquam inſignem Medicinam commendare volui. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij. &c.

---

## SPIRITUS VINI AROMATICUS.

℞ *COnſ. AlKermes* unc. j. *Rad. Ireos Flor. Roſarum rub* ana unc. dimid. *Caſſiæ ligneæ*, *Cort. Citri*, *Ligni Aloes*, *Caryophyllor.* ana drac. ij. *Cardamom. min. Nuc. moſchat. Cubebarum*, *Macis*, *Zedoariæ* ana drach. j. Pulveriſata, & mixta infundantur in Sp. vini ſimpl. lib. vj. per octiduum, aliquoties in die movendo, poſteà per alembicum deſtill. & ſpiritus deſtillatus Sacchar. cand. alb. ſ. q. edulcoretur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN naturis frigidioribus, & adultis COR confortat: necnon Pectus, Stomachum, Hepar, & Splenem roborat. Renibus etiam frigidis in expellenda ſeroſitate, vires addit. Doſis manè, & ſerò ante ſomnum à Coch. j. ad Cochl. ij. &c.

SPI-

Digitized by Google

## SPIRITUS VINI ODONTALGICUS.

℞ *Aſ.Lig.Guajaci* unc.iv. *Rad. Pyrethri* unc. ij. *ſem. Staphid.agriæ. Hyoſcyami*, *Cort. Granator. Gallar. Turc.* ana unc. j. *Caryophyllorum* , *Zingiberis albi* , *Piperis longi*, *Olibani* ana unc.dimid *flor.Papav. errat. Opii Thebaici*, *Camphoræ* ana drach. ij. *Herb. Tabac. Indic.Salviæ acut. Perſicariæ*, *Menthaſtri* ana drach. j. Contuſa, & miſta infundantur in ſp. Vini ſimp.lib.vj. ſtent per 14.dies in digeſtione , poſteà in B.M. deſtillentur.

*Vires , Uſus .*

TEneatur in ore, deinde iterum expuatur, & reiteretur, ſi opus; præſentiſſimum eſt remedium : Omnes enim dentium dolores efficaciſſimè ſopit. Interdum etiam propter majorem delectationem cum flor. papav. errat. priùs tingere , & poſteà coloratum ſpiritum ad uſum reponere ſolemus.

---

## SPIRITUS VINI OTALGICUS.

℞ *OVorum Formicar.* No.100. *Amygdal.amar.* unc.ij. *Rad.Helleb. nigri*, *Raphani min. Cyclaminis*, *Cyperi rot.* ana unc.j. *cort. Mali punici* drach. vj. *Baci Lauri excort. Juniper.* ana unc. dimid. *ſem. Fœnic. Cumini*, *Aniſi*, *Carvi* ana drach.iij. *Pulp. Colocynth.Caſtor.veri*, ana drac.j. dimid. *Majoranæ*, *Abſynthii*, *Sabinæ*, *Rutæ* ana drach. j. Contuſa, & miſta infund. in ſp. Vini opt. rectificat. lib. iv.& poſt debitam digeſtionem è M.B. ingenioſè tamen, ne vitrum rumpatur, deſtillentur; Deindè Spiritui abſtracto adde Millepedum vivorum q. ſ. & digerantur adhuc tamdiu, donec aliquo modo ſpiritus tingatur; poſteà eum filtra, & ad uſum reſerva.

Vi-

Digitized by Google

*Vires, & Uſus.*

DE hoc ſpiritu aliquot guttæ manè, & veſperi inſtillentur in aures, claudendo cottone moſchato: Sic ſurditatem, & gravitatem Auditus tollit; necnon contra tinnitum, ſonitum, ſtrepitum, & ſibilum, item obauditionem, & fluctuationem præſtantiſſimum eſt medicamentum. Sed in his affectibus multum etiam præſtat panis recens coctus minor, ſtatim ex clibano ſumptus, & cruſta inferiore ablata, immiſſoque Spiritu hoc, ſi ad aurem applicetur, (interjecto circulo lineo craſſiore ad evitandum partis exuſtionem) ut vapor ille intrò recipi poſſit. Continuetur autem curatio hæc, donèc malum cedat.

---

## SPIRITUS VINI ACOUSTICUS.

℞ *Ovorum: Formicarum, Millepedum vivorum* ana xxxj. *Amygd. amar.* unc. dimid. *Bac. Laur. excort. Juniperi, Sabinæ* ana drach. ij. *Sem. Cumin. Rad. Cyperi rot.* ana drach. j. *Lumbricor. ter. exſic. Nicotianæ, Abſynthii* ana drac. dimid. *Succini alb. præp. Caſtorei veri* ana ſcrup. j. *Croci Orient.* ſcrup. dimid. Craſſiuſculè contuſa infundantur in Sp. Vini aniſati unc. xvj. digerantur per octiduum, ſæpè in die movendo; poſteà filtrentur, & ſpiritus tinctus uſui ſervetur.

*Vires, & Uſus.*

HIc Spiritus in gravi auditu, & ſurditate; necnon in tinnitu aurium etiam inveterato, ſecretus eſt. Uſus ejus, ut guttæ aliquot auri inſtillentur manè Stomacho jejuno, & veſperi ante cœnam, & deinde bombace moſchato auris obturetur.



Digitized by Google

## SPIRITUS VINI PECTORALIS.

℞ *Paſſulat. min. Sem. Aniſi* ana unc. iv. *Loch. Sani & exp. de Pino* ana unc. ij. *Suc. Glycyrrhiz. ext.* unc.i. dimid *Conſ. flor. Hyſſopi, Violarum, Symphyti* ana unc. j. *Cinnamomi acut.* drach. vj. *Spec. Diatragacanth. frig. Diaireos acut ſimp. Diarrhod. Abb* unc. dimid. *Cardamomi min. Croci Orient. Macis* ana drach. j. dimid. *Herb. Capil. Veneris, Marrubii* ana drach. j. *Flor. Malvæ arbor. rub. Farfaræ, Salviæ* ana drach. dimid. Contuſa, & miſta infundantur in Spi Vini ſimpl. lib. viij. Digerantur diebus octo; poſtea in B.M. deſtillentur, & Spiritus abſtractus Sacch. cand. alb. edulcoretur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD Catarrhos frigidos, Pectoriſque ægritudines, Tuſſim, Aſthma antiquum, & Anhelitum malum, expertiſſimus. Doſis à Cochl j. ad Coch. ij. Pectus enim ab humoribus craſſis, & viſcidis purgat, mundificat, omneſque in eo oppilationes aperit.

## SPIR. VINI JUNIPERINUS CROCATUS.

℞ SP. *vini Juniperini* lib. ij. *Sacchari candi contuſ.* lib. dimid. Miſce in vaſe commodo; Spiritus accendatur filis ſulphureis, ſimul incorporentur, flammanſque liquor ſubindè agitetur cultro, vel ſpatula, donec ſaccharum ſit ſolutum, coletur, & appende in nodulo Croci Orient. ſcrup. ij. & ad uſum repone.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Aſthmate, difficili reſpiratione, Pectoris vitiis, Tuſſi, imbecillitate & inflatione ventriculi, tormini-

bus

Digitized by Google

bus ventris,&c. bonum eſt medicamentum. Inſuper urinam movet, & calculo medetur; necnon ruptis, convulſis, & vulvæ ſtrangulatui ſubvenit. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij. pro una vice.

## SPIRITUS VINI STOMACHICUS.

℞ *Cinnamomi elect.* unc. iv. *Galang. min. ſem. Aniſi* ana unc. ij. *Caryophyllorum*, *Nuc. moſchat.* ana unc. j. *Menthæ criſpæ*, *Roriſmarini* ana unc. dimid. *Calami aromat. Zingib. alb. Roſar. rub.* ana drac. iij. Craſſiuſculè contuſa & miſta infundantur in ſp. Vini ſimpl. lib. viij. & poſt debitam digeſtionem in B. M. deſtillentur; poſteà ſpiritus evocatus, vel ſacch. cand. alb. vel Myva Cydoniorum edulcoretur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VAlet propriè ad malitiam appetitus, & corruptionem digeſtionis. Ad frigus, & dolorem ſtomachi. Ad ſingultum, nauſeam, vomitum, appetitum caninum. Ad eructationem acetoſam, anguſtiam anhelitus, frigidamque complexionem cum humiditatibus ſuperfluis. Senibus etiam inprimis convenit; Calorem enim naturalem mirè confortat, & à putredine conſervat. Inſuper viſum, & mentem in iis acuit. Oblivionem delet, canitiem retardat. Doſis Cochl. j. atque alterum.

## SPIRITUS VINI NEPHRITICUS.

℞ *RAd. Ononidis*, *Althææ* ana unc. iij *Cucumeris*, unc. ij. *Glycyrrhiz. raſæ*, *Aſari* ana unc. j. dimid. *ſem. Milii Solis* unc. iij. *Saxifrag. alb. urtic. Rom. Petroſelini Raphani*, *Aniſi*, *Rhabarbar. elect.* *Ariſtoloch. rot. Galan*

*gæ min. Cinnamomi acut. Macis, Zingib. albi, Herb. Equiſeti* ana unc. j. *Lap. percar. piſc. Judaici, Spongiæ, Lyncis, Teſt. Limac. min. præp.* ana drach. vj. *Caſſiæ fiſtulæ, Gran. AlKeKengi, Bac. Juniperi, Theriac. Venet. Sang. Hircin. Oc. cancr. Tali Leporini* ana unc. dim. Pulveriſata, & miſta infundantur in ſp. Vini ſimp. Menſ. vj. vel ſ. q. ſtent in digeſtione per 14. dies; poſteà in B. M. deſtillentur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

FRangit lapidem, & ad minuta ſecernit, quouſque Renes, & Veſicam ab omnibus ſuperfluitatibus mundificet, & clarum mingat: & quod plus eſt, ita curat, & ſabuloſas hypoſtaſes per urinam expellit, ut non ampliùs regeneretur. Inſuper in Colica, & ſuffocatione Matricis non eſt remedium ei ſimile. Humores enim diverſos laxat, & ventoſitates diſſolvit. Doſis à Cochl. j. ad ij. vel Cochl. iij.

---

## SPIRITUS VINI LITHONTRIPTICUS.

℞ R*Ad. Enulæ Camp. Pimpinellę, Petroſelini* ana unc. j. *Lap. Percar. piſc. Oc. Cancri fluv. Sang. Hircini* ana drac. vj. *Sem. Dauci aquat. Saxifragiæ alb. Fœniculi, Aniſi, Milii Solis, Urtic. Rom. Geniſtę, Bac. Juniperi, Gran. AlKeKeng.* ana unc. dimid. *Spec. Lithontrip. Diathamar. Trion. piper.* ana drach. ij. Contuſa, & miſta infundantur in ſp. Vini ſimpl. lib. iv. Stent in digeſtione per 14. dies; poſteà in B. M. diſtillentur pro uſu.

*Vires, Uſus, Doſis.*

CAlculos Renum, & Veſicæ non ſolùm confringit, & comminuit; ſed & lapides per urinam expellit. Doſis tum præſervationis, tum curationis à Coch. j. ad Cochl. ij. per ſe, vel cum aliis mixtus.

SPI-

Digitized by Google

## SPIRITUS VINI PARALYTICUS.

℞ L*Umbricor. terreſt. exſicc. Bac. Juniperi*, *Sem. Erucę* ana unc. ij. *Rad. Angelicę*, *Pyrethri*, *Aronis* ana unc. j. *Flor. Lavendulæ*, *Roriſmarini*, *Salviæ acut. Piperis long. Allii recent.* ana unc. dimid. *Maſtichis elect. Myrrhę rub. Succini citrin. Euphorbii*, *Caſtorei veri* ana drach. iij. Contuſa, & miſta infundantur in Sp Vini optimè rectif. lib. iv. Digerantur per menſem; & poſteà filtrentur, & Spiritus cum Eſſentia extracta ad uſum reſervetur.

### *Vires, & Uſus*,

CUm hoc Spiritu tincto inungantur membra paralytica, & arida, ( præmiſſis tamen univerſalibus) in eoque panni lintei madefiant, & ſupponantur membris affectis, & brevi miram videbis operationem, & felicem reſtitutionem.

---

## SPIRITUS VINI THERIACALIS.

℞ T*Heriac. Venet.* unc. iij. *Rad. Angelicæ*, *Enulæ camp. Hirundinar. Diptam. alb. Morſ. Diabol. Serpentariæ*, *Pimpinellæ*, *Tormentillæ*, *Valerianæ*, *Zedoariæ*, *Sem. Citri* ana unc. j. Miſc. & f. omnium pulvis groſſus, cui affunde Sp. Vini ſimpl. lib. viij. Digerantur per 14. dies; poſtea in B. M. deſtilla, & ad uſum reſerva.



Digitized by Google

## *Vires, Uſus, Doſis.*

AD præſervandum à peſte hic Spiritus eximius eſt: Appellatur etiam Catholicus, quod ex duodecim conſtet ingredientibus. Poteſt ex eo capi Cochl.j. vel ij. in aurora per tres, aut quatuor horas ante prandium, vel antequam quis domo exeat; Et reiteretur ejus acceptio omni manè. Aerem corruptum in homine alterat, & ſpiritum vivificat. In curatione datur à Cochl. ij. ad iij. cum aq. Card. bened. vel de Cornu Cervi noſt. &c. & per ſudorem venenum copioſiſſimè expellit.



Digitized by Google

# SECTIO XIX.

# DE

# AQUIS

## DESTILLATIS COMPOSITIS.

---

### AQUA EPILEPTICA.

♃ R*Ad. Pæoniæ debitè collect.* unc. ij. *Ariſtoloch. rot. Diptamni alb. Angelicæ* ana unc. j. dimid. *Viſci querc, ſterc. Pavonis, Squillæ præp. Anacardi* ana unc. j. *Sem. Pæoniæ maris, Coriand. præp. Carvi, Fœniculi* ana drach vj. *Secundin. exſic. in qua maſculus fuit, Caſtorei veri* ana unc. dimid. *Herb. Card. bened. Millefolii, Rutæ Sylveſt. Salviæ acut. Roriſmarin.* ana drach. ij. Inciſa, & contuſa infundantur in Vini Malvatici lib. xij. & digerantur in loco calido per octiduum, vaſe quotidiè multoties commoto; Poſteà per alembicum deſtilla, & liquori deſtillato à novo impone: *Flor. Pæoniæ maris, Lilior. convall.* ana unc. iv. *Betonic. Tiliæ, Lavendul. Meliſſæ, Borrag. Bugloſſ.* ana unc. j. dimid. *Nuc. moſch. Cubebar. Macis, Cinnamomi acut. Piperis longi, Caryophyllor.* ana unc. j. Miſc. & igne lentiſſimo in B. M. ſecunda vice deſtilla.



Digitized by Google

### *Vires, Uſus, Doſis.*

VAlet à tota ſubſtantia contra Epilepſiam., Vertiginem, Lethargiam, Congelationem, & Subethicos affectus, à quibus omnibus præcavet, & quos propriè curat. Exhibetur in ipſo paroxyſmo Epileptico ab unc.j.ad unc. j. dimid. in præſervatione autem ſingulis Lunæ quadris, in omni humida etiam, & nebuloſa aeris conſtitutione à Cochl.j.ad Cochl.ij.

## AQUA APOPLECTICA.

℞ SEm.*Erucæ* lib.j. *Sileris mont. Carvi, Aniſi* ana unc. j. *Rad.Caryophyllat.* unc.iv. *Pæoniæ mar. Pyrethri, Acori aquat.* ana unc.ij. *Bac.Juniperi* unc. iij. *Lauri excort.* unc.j.dimid. *Herb.Ivæ arthetic. Hyſſopi, Majoranæ, Origani, Verbenæ* ana unc.dimid. Confractis,& contuſis craſſo modo affunde in matracio capaci Vini Malvatici lib.x.ſpir. Roſarum opt. lib. ij. Stent in infuſione per 14. dies; poſteà in B.M. diſtill. ad ſiccitatem, & in liquore deſtillato iterum infunde: *Flor.Liliorum convall.rec. Primulæ veris rec. Lavendulæ* ana unc.iv. *Salviæ acut. Calendulæ, Betonicæ, Anthos* ana unc.j.dimid. *Cardamom. utriuſque, Cubebarum, Lig. Aloes, Nuc. Moſchat. Macis, Cinnamomi acut. Galang. min. Piperis long. Caryophyllor.* ana unc. j. Miſc. & denuò digeratur per triduum; deinde mediante B. Mariæ in organis Vitreis igne lentiſſimo deſtilletur: poſteà per ſe rectificetur, inferendo roſtro alembici Galliæ Moſchat. veræ ſcrup. j. bombace involutæ. Tandem aqua in vitro bene clauſo uſui ſervetur.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

AQua Sophorum rectiùs appellatur: quoniam eſt miræ virtutis in confortando cerebro, & nervis. Memoriam, & intellectum admodum juvat. Ab Apoplexia, & paralyſi præſervat, necnon ab aliis periculoſis Capitis affectibus. Humores inſigniter diſcutit, ac attenuat. Sanguinem puriorem reddit, & colorem vividum corpori tribuit. In Apoplexia præſertim apprimè confert; ſive intrinſecùs ſumatur, ſive membra affecta illa inungantur. Doſis à Cochl. j. ad Coch. ij. &c.

## AQUA DE XYLOALOE.

℞ SPec. *Conf. Anacard.* unc. j. *Sem. Sileris mont. Carvi, Fœniculi, Lavendulæ* ana drach. vi. *Herb. Maioranæ, Roriſmarin. Salviæ min.* ana unc. dimid. *Flor. Primulæ veris, Stæchad. Arab. Roſ. rub. Anthos* ana drach. ij. *Galangæ min. Cinnamomi acut. Caryophyllorum, Macis, Nuc. Moſchat. Cubebarum, Cardamomi min.* ana drach. j. Craſſiuſculè inciſa, & contuſa infundantur in vini Malvatici lib. iv. ſtent ita ſimul in Sole vel loco digeſtionis per menſem; poſteà adde: *Aq. Liliorum convall. Flor. Hyperici* ana lib. ii. *Bugloſſæ, Meliſſæ, Betonicæ* ana lib. j. Miſc. & per B. M. deſtillentur; & in liquore deſtillato toto iterum infunde: *Lig. Aloes ponderoſ.* unc. iv. *Caſſiæ ligneæ* unc. j. *Spec. Diaxyloaloes, Diambræ* ana unc. dimid. *Croci Orient.* drach. j. Miſc. & poſt debitam digeſtionem denuò per B.M. deſtilla, & aquam deſtillatam uſui reſerva.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN confortanda imbecilla memoria hæc aqua illuſtris, & famigerabilis eſt; aperit enim omnes meatuum



Digitized by Google

tuum cerebri obſtructiones, omneſque craſſos, lentos, & viſcoſos capitis humores abſumit. Doſis à Cocl. i. ad ij. ſumatur autem manè, ſimulque nucha eadem illinatur, & fricetur, necnon debita diæta obſervetur: Sic intellectum egregiè juvat, oblivionem delet, & ingenium ſingulariter acuit.

## AQUA MASTICHINA.

℞ AQ. *Menthæ criſpæ* lib. j. *Caryophyllor. cum vino Malvat. diſtillat.* unc. iv. *Gran. Maſtichis elect.* un. j. Coquantur in duplici vaſe per duas horas; poſtea filtrentur, cum ſyr. Cydonior. edulcorentur, & ad uſum ſerventur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN Nauſea, Vomitu, & Cholera morbo, quæ cognata ſunt mala, hæc aqua efficaciſſima eſt; Stomachum enim confortat, & facultatem retentricem maximè roborat, Doſis ab unc. i. ad unc. ij.

## AQUA HYPNOTICA.

℞ SEm. *Papav. alb. & nigri* ana unc. viij. *Melon. excort. Anethi, Aniſi* ana unc. j. *Amygdal. amar.* unc. ii. *Rad. Glycyrrhiz. Nuc. Moſchat.* ana unc. j. dimid. *Cardamom. min. Macis, Croci Orient.* ana unc. dimid. *flor. Papav. errat. Violarum rec.* ana drach. j. Incidantur, contundantur, & infundantur in *Aq. Lactucæ* lib. iij. *Roſar. rub. Nymphææ* ana lib. ii. *Portulacæ, Endiviæ*, ana lib. j. Miſce, & digerantur in loco calido per biduum, aut triduum, poſtea in B. M. deſtillentur.

Vi-

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN omnibus diuturnis vigiliis, doloribus acutis, in Febriumque ardentium calore, & ſiccitate, hujus aquæ longè tutior eſt uſus, quàm aliarum ſomnificarum, quas in ſubſtantia Hyoſcyamus, Mandragora, Opium, &c. ob illorum virulentiam, & nimis ſoporiferam qualitatem, ingrediuntur. Doſis ab unc. dimid. ad unc. ij. plùs minùſve, per ſe, vel additis amygdal. vel ſem. 4. frig. major. fiat Emulſio exhibenda.

## AQUA NARCOTICA.

℞ *SUc. Flor. papav. errat. depurati* unc. xvi. *Opii in aq. Solani diſſ.* unc. ii. *cort. rad. Mandragorę*, *Croci Orient.* ana unc. dimid. *Styracis calamit.* drach. ii. *lig. Aloes* drach. j. *Miſc.* & in B. M. deſtillentur ad tertium cohobium.

*Vires, Uſus, Doſis.*

SOmnum mirabiliter provocat, & in omnibus doloribus, inquietudinibus, vigiliis extremis, anodynum eſt præſtantiſſimum, & accommodatiſſimum. Melancholicis, ſupra modum mœſtis, ſpiritus animales recreat, triſtitiam aufert, & omnes nidores in cerebro tumultuantes diſcutit. Maniacorum, & Phreneticorum bilis fervorem compeſcit, & furiam illam mitigat, quibus ſubitò quietem conciliat. Doſis à drach. j. ad ij.

## AQUA OPHTHALMICA AUREA.

℞ *DEcoct. Lig. Braſilii cum pauco Aluminis in vino Malvat. Aq. Rad. Herb. & Flor. Valerianæ* *cum*

Digitized by Google

*cum vino deſtil. Sacchari cum ana Fragis matur. deſtillat.* ana unc. xii. *Roſarum fragrantiſſ.* unc. viij. *Fœniculi, Verbenæ, Flor. Cichorei, Eufragiæ, Pulegii, Rutæ hort.* ana unc. vi. *Mellis virginei* unc. iv. *Tutię pręp.* unc. j. dimid. *Vitrioli alb. Croci Metall. Myrrhæ rub. Aloes roſat.* ana unc. dimid. *Sacchari cand. alb. Camphor.* ana drach. iij. *Zingib. alb. Caryophyll. Piperi nigr. Bac. Lauri, Cinnamomi,* ana drach. j. *Sal. Chelid. Valerianę, Saturni* ana ſcrup. j. Ex his omnibus invicem bene miſtis f. l. a. Collyrium, quod in vitro clauſo per menſem, aliquoties in die movendo, in lento ignis aut Solis calore digeratur; poſtea uſui reſervetur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN omnibus oculorum affectibus, valdè mirabilis eſt; perfectiſſimè enim omnes oculorum prolapſus, inflammationes, lippitudines, nebulas, fiſtulas, maculas, &c. curat, vehementiſſimoſque dolores ſiſtit, & ſi non eodem, altero die perſanat, guttula una atque altera per oculorum cavitates, mane, meridie, & veſperi diligenter diffuſa.

---

## AQUA OPHTHALMICA VIRIDIS.

℞ MEllis *Virginei* unc. viij. *Fragor. matur.* unc. iij. *Vitrioli alb. Salis com.* ana unc. dimid. Miſc. & in vaſe aurichalcino ſtent in loco humido & frigido ſæpius agitando, donec perfectè vireſcant, ſeu viridi ſeſe demonſtret colore; poſtea adde: *Vini Malvatici* lib. j. *Aq. Roſarum opt. Flor. ſambuci* ana lib. dimid. *Conſolid. regal. Euphragię, Chelidonię, Valerianę, Cyani* ana unc. iv. Miſc. ſtent in vitro clauſo, aut in caloris digeſtione per menſem, vel quod melius ſub dio Soli, & rori exponantur per aliquot ſeptimanas, tunc vi-

Digitized by Google

viridiſſimus liquor ſe parat ſeſe in ſuperficiem, remanentibus in fundo fæcibus impuris, à quibus ſeparetur, & ſic demum inſolata promenda uſui.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD oculorum contuſiones, inflammationes, ardores, rubedines, lippitudines, inuſtiones, fiſtulas, puſtulas, fluxum tenuem, epiphoram, &c. medicamentum eſt ſolemne. Uſus ejus, ut bis, terve in die gutta una, atque altera oculo inſtilletur, atque intruſa aqua per totum oculum diffundatur: ſic infirmus citò curabitur.

---

## AQUA OPHTHALMICA SUBNIGRA.

℞ VIni *Græci generoſi* lib. j. *Aq. Chelidoniæ*, *Roſar. alb. Euphragiæ*, *Fœniculi*, *Rutæ hort.* ana unc. vi. *caryoph. Aloes epatic. Tutiæ præp.* ana drach. v. *Camphoræ* drach. j. Miſc. in phiala vitrea, & expone Soli per dies caniculares, ſemel in die agitando; poſteà immotam reſerva ad uſus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

EPiphoras rarefacit, rubores diſcutit, lippitudinum cauſas exſugit, corneam limpidiorem reddit, & fotu ſubjacentes humores craſſos extenuat. Uſus tempore præcipuè miſce inſtillando parum in oculum, nec non petias ex collyrio hoc madentes, ſi opus, extrinſecùs applicando.

AQUA

Digitized by Google

## AQUA OPHTHALMICA DE CANCRIS.

℞ *Cancror. fluviat. vivor. menſe Junio, Sole & Luna in cancro exiſtentibus* No. xxxi. Et pro pondere horum adde tantum Herb. Chelidon. cum toto, contunde hæc unà, iiſdemque porrò adde *Sem. Fœniculi contuſ.* unc.j. *Fabar. marin. prep. Camphor.* ana unc. dimid. *Caryophyllor. Aloes epaticę, Tutię pręp.* ana drach. ij. Miſce, & divide in tres æquales partes, primamque partem in B. M. deſtilla; deinde partem alteram immitte cucurbitæ, & deſtillatam illam à parte prima aquam affunde, rurſumque abſtrahe, ut prima vice; tum tertiam quoque partem infer, & aquas antea deſtillatas omnes iterum ſuperinfunde, adeòque tertia vice deſtilla. Et ſic verè præparata eſt aqua illa de cancris, & chelidonia famoſiſſima. Qui vult, ex fæcibus calcinatis ſalem poteſt extrahere, & majoris efficaciæ ergò admiſcere.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc illa eſt Aqua ophthalmica pretioſiſſima, magno ſemper in pretio habita, cujus etiam Crollius in Baſilica ſua Chymica mentionem facit, his verbis: *Mirum, & ſtupendum ophtalmicum fit ex chelidonia, & cancris. Quod ſi debito artificio, & tempore pręparetur, oculos ad deſperationem lęſos, virtuoſiſſime reſtituit, & omnia vulnera 24. horarum ſpatio conglutinat.* Haſtenus Crollius. Sed modum præparandi ex mera invidia revelare noluit, vel ipſemet neſcivit, niſi quod ab aliis eundem deprædicari forſan audivit. Hac de aqua ophthalmica ęgris oculis una, duæ, pluresque guttulæ inſtillentur, vel illinantur pluma gallinæ nigræ, idque bis, ter, quaterve quotidie, prout neceſſitas requirit, & continuandum hoc, donec æger ſanitati reſtituatur.

AQUA

## AQUA OCULARIS INTERNA.

♃ B *Ac. Juniperi* unc. ii. *Caſſ. lign.* unc. j. *ſem. Sileris mont. Fœniculi* ana unc. dimid. *Rutæ* drach. iij. *ſpec. Diamoſch dulc. Nuc. moſch. Lig. Aloes* ana drach. ii. *fol. Euphrag. Verben. Rutæ*, *ſum. Roriſmarin. Salviæ*, *Pulegii*, *Anethi*, *Fœniculi* ana drach. j. dimid. *Flor. chelidon. major. Beton. Lavend. Roſar. rub. Anthos* ana drach. j Macerentur in vini Malvatici lib. vi. per octiduum; poſteà in B. M. deſtillentur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD viſus imbecillitatem, & caliginem, ſpiritusque viſivos confortandos, cerebrum, humoreſque ipſius rectificandos, præmiſſis univerſalibus, mirificè prodeſt. Doſis manè, & veſperi ab unc. dimid. ad unc. j. & ad unc. j. dimid.

---

## AQUA PECTORALIS.

♃ A *Mygdal. amar. Paſſular. min.* ana lib. dimid. *rad. Ireos Flor. Glycyrrhiz. Althea*, *Tuſſilag.* ana unc. j. *Malv. min. Symphyti mai. Enul. camp.* ana unc. dimid. *ſem. Fœniculi*, *Aniſi*, *Cydonior. Card. bened. Card. Mariæ*, *Mirtyllor. Urtic.* ana drach. iij. *Croci Oriental Cardamom. min. Macis*, *Cinnamomi acut.* ana drach. ii. *Herb. Pulmonar. utriuſque*, *Veron. Marrubii*, *Heder. terr. Capil. Ven. Scabioſæ*, *Hyſſopi*, *Salviæ* ana drach. j. dimid. *flor. Chamom. Farfaræ*, *Violar. Jaceæ* ana drach. j. Inciſa, & contuſa infund. in Hydromellis opt. & antiqui lib. xii. & digerantur per octiduum; poſtea in B. M. deſtillentur.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD miraculum uſque in omnibus thoracis affecti-bus, ut potè Dyſpnœa, Orthopnœa, Aſthmate, Tuſſi, &c. operatur. Pituitam craſſam, lentam, & viſcoſam in pulmonibus, vel capacitate pectoris colle-ctam, attenuando, incidendo, ac detergendo, ad edu-ctionem per ſcreatum, facilem reddit, & Stomachum ſimul confortat. Præſervat, & curat unà cum ſpec. Diaſulph. noſt. ſumpta, omnes putrefactiones, & apo-ſtemata. Præterea Phthiſicis, Pleuriticis, Suſpirioſis, Arteriacis, Empyicis, ſeu purulenta excreantibus pecu-liariter, & efficaciter opitulatur. Doſis ab unc. dimid. ad unc. j. & unc. ij.

## AQUA ANTIPHTHISICA.

℞ *Conſ. Rad. Conſolid. major. Roſar. rub.* ana lib. j. *Micæ panis tritic.* unc. iv. *Pinearum mundat. Piſtac. virid.* ana unc. iij. *Rad. Chinæ* unc. ii. *Flor. Epaticę alb. Roriſmarini, Medul. Nuc. Ind.* ana unc. j. *Macis* unc. dimid. Confractis, & contuſis affunde in ma-tracio capaci: *Aq. Pulmon. vituli* lib. ii. *Plantaginis, Caponis* ana lib. j. *Cinnamomi, bugloſſ. Veronicæ, Scabioſæ* ana lib. dimid. Stent in infuſione per octiduum, aliquo-ties in die movendo: poſtea adde: *Suc. Tuſſilag. exp. Lact. caprini* ana lib. j. dimid. *Sang. Porcelli unius*, (vom gant-zen ſpanfarken, *hoc eſt, ex integro uno porculo nefrende*) *Limacum è ſuis teſtis extract.* ℈ *contuſ.* unc. j. dimid. *Hepat. Gallinarum* No: iij. *Croci Oriental.* drach. j. Denuò miſce; & in B. M. per alembicum deſtilla.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

Est aqua mirabilis operationis, & expertiſſima ad curandum Phthiſin, ſanandum ulcera Pulmonum, & purgandum pectus ab humoribus craſſis. Phthiſicis autem ex thorace rheumatizantibus; Item Aſthmaticis, Peripneumonicis, &c. in ſequenti forma exhibere ſolemus, & oculariter juvat: ℞. *Aq. Antiphthiſic.* unc. xix. *Sacchari cand. alb.* unc. iij. *Lact. Sulphuris* drach. ii. *Flor. Sulphuris* dach. j. dimid. *Mag. Perlar. Orient. Corallor. rub.* ana drach. j. Miſc. Doſis manè, meridie, & veſperi à coch. j. ad cochl. ij. Et homo ex hujus liquoris uſu fit valdè pinguis; quia humectat, lenit, nutrit, confortat, humiditatem radicalem reſtaurat, & Tuſſim ſedat. Extenuatis, conſumptis, & Hecticis maximum ſolatium eſt; illos enim priſtinæ ſanitati reſtituit, & morbum plenè expellit: ſed priuſquàm ad uſum medicum adhibeatur, diligenter moveatur.

## AQUA PULMONIS VITULI.

℞. *Interiora vituli, Cor ſcilicet, Pulmonem, Hepar; eaque depoſita pinguedine, & exemptis probe venulis, minutim conſcinde; poſtea adde: Rad. conſolidæ major.* unc. iv. *Herb. Pulmonar. Gallicæ, Sanguiſorbæ, Hyſſopi, Veronicæ, Salviæ, Agrimoniæ* ana unc. dimid. Affunde earundem aq. ſ. q. & decoque in olla vitreata nova cooperta. ℞. *Brodii cum toto.* lib. iij. *Aq. Borraginis, Bugloſſæ, Roſarum* ana lib. j. *Spec. Diamargar. frig. Radic. Pimpinellæ, Cinnamomi acer.* ana unc. j. *Quat. ſem. frig. major.* ana drach. ii. *flor. cordial.* ana drach. j. Miſc. & in B. M. per alembicum deſtillentur.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis:*

HEctici, & Phthiſici hujus aquæ uſu diu poſſunt foveri; Propterea non ſine ratione apud nos deſcriptio hæc ſemper in magno pretio eſt. Doſis per ſe à cochl. i. ad cochl. ij.

## AQUA CAPONIS.

℞ CAponem, qu. m. ſ. a. coque in olla nova vitreata cum *Paſſular. minor. Pinearum, Rad. Glycyrrhiz.* ana unc. j. *Juſubar. Sebeſten* ana No. xii. *Caricar. recent.* No: viii. *Herb. Pulmonariæ, Endiviæ, Farfaræ, Lactucæ* ana unc. dimid. *flor. Violarum, Betonicæ* ana drach. j. Peracta coctione, contuſis omnibus in mortario lapideo, adde: *Vini Canarienſis* lib. iij. *aq. Tuſſilaginis, Marrubii, Bugloſſ.* ana lib. j. *Micæ panis alb. lact. capril. macerat.* lib. dimid. *conſ. Borraginis, Roſarum, Polytrichi* ana unc. iij. *Spec. Diamargar. frig.* unc. dimid. *Cinnamomi acut. Macis, Sem. Aniſi* ana drach. ii. Mixta per alembicum è B. M. deſtill. ſecundum artem; & liquor deſtillatus uſui ſervetur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc Caponis aqua per ſe, in morbis pectoralibus, Tuſſi nempe, Aſthmate, Phthiſi, &c. exhibita, efficaciſſima, & famoſiſſima eſt. Doſis à cochl. i. ad cochl. ii. & iij.

## AQUA CINNAMOMI BUGLOSSATA.

℞ AQ. *Bugloſſæ* lib. vi. *flor. Violarum, Roſarum* ana lib. ii. *Cinnamomi acut.* lib. j. *Cort. Rad. Bugloſ.* unc.

unc. iij. *Flor. Borraginis*, *Meliſſæ* ana unc. j. *Spec. Diarrhod. Abb.* unc. dimid. Miſc. & poſt debitam digeſtionem in B. M. deſtillentur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

COncoquit, emollit, venenis reſiſtit. Cerebrum, Cor, Ventriculum, Hepar, Splenem confortat. Oculos clarificat. Urinam movet; necnon Renibus, & Veſicæ convenit. Doſis à cochl. j ad cochl. ij. & iij.

---

## AQUA EX CORDE CERVI.

℞ COrd. *Cervi minutim inciſ.* No: j. *Cinnamom. acut. Caryophyllorum*, *Cardamom. min. Galang. min. Macis*, *Croci Or.* ana drach. ii. *Lig. Aloes*, *Santal. citrin. Cort. Citri*, *ſem. Ocymi caryophyllat.* ana drach. j. dimid. *flor. Lavendulæ*, *Roriſmarin. Meliſſæ*, *Salviæ* ana drach. j. Macerentur in Vini Malvatici lib. vi. per noctem, & manè in B. M. per alembicum deſtillentur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

COr confortat, illudque à tremore & aliis periculoſis accidentibus præſervat; Tum quoque caſum virtutis, & defectum animi curat: Spiritus enim vitales, & naturales fovendo, & augendo reſuſcitat, & cordi quàm citiſſimè ſubvenit. Doſis à cochl. j. ad ij. vel iij.

---

## AQUA CORDIALIS FRIGIDA.

℞ COnſ. *Roſarum rub.* lib. j. dimid. *Fruct. rub. Idæi* lib. j. *Spec. Diarrhod. Abb. Diamargar. frig.*

ana unc. j. dimid. *Sem. Oxalidis* unc. j. *Santalor. omnium*
ana unc. dimid. *Flor. Cordialium* ana drach. ij. Miſc. &
infunde in Aquarum ſequentium : *Acetoſellæ*, *Nym-*
*phęæ*, *Fragorum*, *Violarum*, *Borraginis*, *Bugloſſ.* ana lib.
j. Miſta digerantur per aliquot dies ; poſteà iterum ad-
de : *Aq. Cinnamomi bugloſſat.* lib. j. dimid. *Suc. depurat.*
*Cydonior. Limonum*, *Citri* ana lib. dimid. Denuò mi-
ſce, & in B. M. per alembicum abſtrahe.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN omnibus ardentibus Febribus, & aliis morbis ſummè calidis, & corroſivis, ſuaviter, & ſupra modum Cor exęſtuans refocillat, & inde omnium virium imbecillitatem firmat. Iis quoque, quibus animus deficit, ſive à corde, ſive Stomacho originem ducat, omnem noxæ venenoſæ cauſam vitalium partium diſcutit, & Spiritus ex nimii caloris imbecillitate, & tremore languentes ad priſtinum ſtatum, & robur reſtituit. Doſis ab unc. i. ad ij.

## AQUA CORDIALIS CALIDA.

♃ CInnamomi acut. unc. iv. *Rad. Caryophyllat.* unc. iij. *Caryophyllor. Terræ ſigillat.* ana unc. j. *Cardamom. utriuſque*, *Galangæ min. Macis*, *Zedoariæ*, *Flav. cort. Aurantior. cort. Citri*, *ſem. Ocymi caryoph.* ana unc. dimid. *Ligni Aloes odorat. Croci Oriental. Spicæ Indicæ*, *Pulegii exſiccat.* ana drac. iij. *Flor. Borraginis*, *Bugloſſ.* ana drach. j. dimid. Pulveriſata, & miſt. infund. in Vini Malvatici lib. iv. ſtent in infuſione per octiduum ; poſteà adde : *Aq. Cinnamomi cum vino deſtill. Flor. Tunicæ* ana lib. j. dimid. *Roriſmarini*, *Lavendulæ*, *Meliſſæ*, *Salviæ* ana lib. j. Miſc. & in B. M. per alembicum abſtrahe.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

OPitulatur valde mirabiliter omnibus frigidis Cordis affectibus, ejuſque palpitationi, & animi defectioni prodeſt. Lipothymiam, & Syncopen curat. Spiritus vitales recreat. Triſtitiam citra cauſam ortam amovet, & Cor exhilarat. Eos quoque, qui à longo morbo adhuc debiles ſeſe recolligunt, egregiè roborat. Corpus univerſum vividum reddit, & canitiem retardat: Quicunque enim ſenex utitur hac Medicina, non indiget alia in ſanitatis ſuæ conſervatione. Doſis à Cochl. i. ad Cochl. ij. & iii. pro una vice.

---

## AQUA ACETOSA STOMACHALIS.

♃ S*Acchari albiſſ.* lib j. *conſ. Roſar. rub. opt. Aq. Roſarum* ana unc. iv. *Sp. Vitrioli rect.* unc. dimid. Fiat mistura, poſtea colatura ſervetur ad uſum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

ACetoſa hæc ſtomachalis, utrobique, id eſt, in intemperie tam calida, quàm frigida valet; cujus effectus, etiam in inappetentia, & faſtidio, quod fit ex ſucco Vitriolato vitiato in Ventriculi fundo & conſopito, ſatis laudari nequeunt. Omnem enim coctionem ſivè ablatam, ſive tardam, ſive vitiatam, inſigniter juvat, & Ventriculo robur conciliat. Exhibenda in juſto vehiculo (horis duabus ante paſtum ſine motu, vel hora una cum motu) prævalente quidem caliditate cum Vino Granatorum, vel Syr. Limonum, vel acetoſ. Citri, vel tinct. Roſar. &c. prædominante verò frigiditate cum aq. cordiali, vel ſtomachica noſt. calida, aut Vino Abſynthiaco, Malvatico; aut alio generoſo. Doſis eſt ſaporis in acidum mutatio.

## AQUA STOMACHICA CALIDA.

℞ G*Alang. min.* unc. j. dimid. *Caryophyllorum*, *Nuc. moſchat. Cinnamomi acut. Zingib. alb. Maſtichis elect. Rad. Pimpinell. Enul. camp. Acori aquat.* ana unc. j. *Menthæ criſp.* drach. vi. *Roriſmarini*, *Salviæ acut. Abſynthii* ana unc. dimid. *Cardamomi utriuſque*, *calami aromat. Macis*, *Piperis longi*, *ſem. Ameos* ana drach. iij. *Schænanti*, *ſpic. Indic. Lig. Aloes* ana drach. ii. Miſta, & contuſa macerentur in Vini Malvatici lib. viij. Aq. Pulegii, & Meliſſæ ana lib. j. per 14. dies; poſteà in B. M. deſtillentur.

### *Vires*, *Uſus*, *Doſis*.

VEntriculum frigidum calefacit, atque rectificat. Torſiones, punctiones, & dolores ſedat. Pituitam, & humorem crudum in eo collectum digerit, ac concoquit. Phlegma liquefacit. Nauſeam, & vomitum ſiſtit. Acido ructui medetur. Podagram à cauſa frigida diſſolvit: Necnon ad maciem, & diſpoſitionem ſenectutis, ad excitandum appetitum & caliditatem in ſenibus, ad fugandum ventoſitatem craſſam, ad aperiendum oppilationes, ad reſolvendum humiditates ſuperfluas, & corruptas, juvamentum divinum eſt. Doſis à Cochl. j. ad ij. & iij. vel ab unc. dimid. ad unc. j. & ij.

---

## AQUA HEPATICA FRIGIDA.

℞ F*Ragor. maturor.* lib. j. *Spec. Diarrhod. Abb.* unc. iij. *Rad. Cichorei*, *Agrimoniæ*, *Scorzoneræ*, *Eryngii* ana unc. j. *flor. Centaur. min. Epatic. alb. Borraginis*, *Roſar. rub.* ana unc. dimid. *Rhabarb. elect.* drach. iij.



Digitized by Google

*Santalor. omnium* ana drach. ii. *ſem. Quat. frig. major. & minor. Oxalidis* ana drach. j. dimid. Inciſa, & contuſa infund. in Vini rub. lib. iv. ſtent in infuſione per octiduum; poſtea adde; *Aq. Flor. Epatic. alb. Portulacæ, Acetoſellæ, Endiviæ, Melonum, Cichorei, Rubi Idæi, Cuſcutæ* ana lib. j. Miſc. & per alembicum in B. M. deſtillentur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

TUtiſſimus, & feliciſſimus hujus aquæ uſus eſt, in omnibus Febribus ardentibus, tertianis, Quotidianis, Quartanis, cæteriſque totius corporis à calore proficientibus noxis, in quibus Hepar patitur. Inſuper Ventriculi, Pulmonum, & Lienis intolerabilem & corroſivum calorem alterando, & confortando, virtuoſiſſimè, & oculariter attemperat, ac emendat. Doſis alternis horis ab unc. j. ad ij. & iij. per ſe, vel cum ſyrupis convenientibus, & ſpecificis.

---

## AQUA HEPATICA CALIDA.

℞ SPec. *Diacubeb.* unc. iij. *Rad. Coſti amari, Apii, Curcum. Fœniculi, Gran. Juniperi, Sem. Aniſi, Ameos, Dauci* ana unc. j. *Calami aromat. Rhabarb. elect. Caſſ. ligneæ* ana drach. vi. *Spicæ Indicæ, Croci Oriental. Schœnanti* ana drach. iij. *Herb. Abrotani, Abſynthii, Agrimoniæ, Serpylli, Scordii* ana unc. dimid. *Flor. Epaticæ alb. Stœchad. citrin.* ana drach. j. dimid. Omnia fideliter contuſa, & mixta infundantur in vini generoſi lib. vi. digerantur per octo dies: poſteà adde; *Aq. Centaur. min. Cichorei* ana lib. j. dimid. *Veronicæ capil. Vener. Chamomillæ, Fumariæ, Marrubii, Scolopendriæ, Epaticæ alb.* ana lib. dimid. Miſc. & per alembicum in B. M. deſtill.



Digitized by Google

### *Vires, Uſus, Doſis.*

PRopinatur feliciſſimè in omnibus morbis Hepatis frigidis, ejuſque obſtructionibus. Cachexiæ, & Hydropi auxiliatur. Hepatis quoque, & Lienis ægritudines antiquas, & chronicas eradicat, & ad illorum humiditatem frigidam confert: Craſſos enim, lentos & viſcoſos humores in illis collectos incidit, ac attenuat. Doſis ab unc. j. ad unc. ij. vel iij. per ſe, vel cum ſyrupis appropriatis.

---

## AQUA SPLENETICA.

♃ R *Ad. Filicis utriuſque, Polypodii, Apii* ana unc. j. dimid. *Ariſtoloch. rot. Acori aquat. Calami aromat. Liviſtic.* ana unc. j. *Rhabarbar. elect. cort. Capparum, Tamariſc.* ana drach. vi. *Herb. Aſynthii Pont. Artemiſiæ, Agrimoniæ, Fumariæ, Scolopend. Caſſuthæ, Ceterach.* ana unc. dimid. *Sem. Liviſtic. Fœniculi, Cumini, Aniſi, Carvi* ana drach. ii. Craſſiuſculè conciſa, & miſta infundantur in Vini Rhenani lib. x. Stent in digeſtione per Octiduum; poſteà in B. M. per alembicum abſtrahantur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN Liene, ac venis meſaraicis materiam craſſam, & ſuccum melancholicum collectum attenuat, ac emollit. Obſtructiones liberat. Inflationes, & tumores diſſolvit. Icteritiæ nigræ, Melancholiæ hypochondriacæ, Febribuſque quartanis mirè medetur. Doſis manè, & veſperi ab unc. j. ad iij.

AQUA

Digitized by Google

## AQUA ANTIHYDROPICA.

℞ SEm. *Erucæ* lib. dimid. *Fraxini*, *Cumini*, *Apii* ana unc. j. dimid. *Rad. Acori veri*, *Caryophyllat. Vincetoxic. Curcumæ*, *Coſti amar. Card. Mariæ*, *Ebuli*, *Sarſæparill.* ana unc. j. *Rhabarb. elect. Galangæ min. Nuc. Moſchat. Caryophyllor.* ana drach. vj. *cort. Capparum*, *Med. Sambuc. Tamariſc.* ana unc. dimid. *Herb. Agrimoniæ*, *Soldanellæ*, *Sum. Juniperi virid.* ana unc. dimid. *Flor. Epaticæ alb. Sambuci* ana drach. ij. Inciſa, contuſa, & miſta infundantur in vini Malvatici lib. viij. Digerantur per 14. dies in loco calido, vaſe ſingulis diebus aliquoties agitato; poſteà adde: *Aq. Abſynthii Pont. Abrotani* ana lib. j. dimid. *Epaticæ noſt. utriuſque*, *Artemiſiæ*, *Card. bened. Serpyll.* ana lib. j. Miſc. & per alembicum in B.M. deſtillentur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

EST proprium Hydropicorum remedium: Frigidum enim Hepar calefacit, & confortat, ejuſque obſtructiones liberat, & facultates auget. Flatus craſſos diſſipat. Materiam Cachexiæ, & Hydropis abſumit, & vi diaphoretica expellit. Doſis ab unc. j. ad unc. ij. & iij.

---

## AQUA ANTISCORBUTICA.

℞ R*Aphani Sylveſt. in taleolas inciſi* lib. j. *Rad. Polypodii* unc. ij. *Angelicæ*, *Oſtrutii*, *Zedoariæ* ana unc. j. dimid. *Raſ. Lig. Guajaci*, *Saſſafras*, *Calam. aromat. Galang. min.* ana unc. j. *Cardamomi min. Croci Orient. ſem. Fœniculi*, *Cort. Capparum*, *Tamariſc.* ana drach. vj. Inciſa, & contuſa infundantur in vini Malvatici

vatici lib. vj. Digerantur in loco calido per octiduum, vaſe quotidie ſemel atque iterum exagitato; poſteà adde: *Aq. Naſturtii aquat. Cochleariæ, Urtic. min. Vermicular. Chelidon.min. Nummulariæ, Fumariæ* ana lib. j. Miſc. & in B.M. per alembicum abſtrahantur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

MEdetur propriè in hiſce maritimis, & Aquiloniis Regionibus affectui, quem vocant Scorbuticum: Lienis enim obſtructiones liberat. Humorem fæculentum melancholicum emollit, ac attenuat. Sanguinem quoque in univerſo corpore rectificat, Splenemque validè confortat. Exhibetur auroris aliquot continuis ab unc. j. ad unc. ij. & unc. iij.

## AQUA ANTICOLICA, SEU CARMINATIVA.

℞ F*Lav. cort. Aurantior.* unc. vj. *Rad. Zedoariæ* unc. iij. *Bac. Lauri excort. Gran. Juniperi* ana unc. j. dimid. *Calami aromat. Galang. min. Cinnamomi acut.* ana unc. j. *Sem. Quat. calid. major. & min. Chærefolii, Nigellæ, Anethi* ana drach. iij. Craſſiuſculè contuſa, & mixta infundantur in vini Malvatici lib. viij. Stent in infuſione per octiduum; poſteà adde: *Aq. è Suc. Chamomill. ter deſtillat. Serpylli cum vino diſtill.* ana lib. j. Miſc. & in B. M. per alembicum deſtillentur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

COlicæ paſſioni, quæ à materia frigida, & humida, vel flatibus originem trahit, præmiſſis univerſalibus, mire medetur. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij. & iij. vel ab unc. j. ad duas, vel unc. iij.

AQUA

## AQUA BENEDICTA SERPYLLI.

℞ H*Erb. Serpyll. cum florib. tempore matutino ante Solis exortum decreſcente Luna collect.* unc. viij. *Chamomill. Roman.* unc. ij. *Saturejæ, Thymi* ana unc. j. Infundantur in vini Rhenani opt. lib. viij. Stent in infuſione per aliquot dies; poſteà deſtillentur. In liquore deſtillato iterum affunde: *Herb. Serpyll. cum florib.* unc. viij. *Caſſiæ ligneæ* unc. j. *Lig. Aloes, Macis* ana unc. dimid. Incide in particulas minimas, & poſt debitam digeſtionem denuò per alembicum in B. M. deſtilla, & ſic verè præparata eſt.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN omnibus Catarrhis, & defluxionibus tum prohibendis, tum etiam Caput ab iiſdem præſervandis prodeſt. Cerebrum, Ventriculum, & omnia inteſtina frigida corroborat. Cibi appetentiam excitat. Urinam ciet. Calculum expellit. Dolores Ventris, & maximè Colicam mitigat. Flatus à viſceribus, & hypochondriis diſſipat. Tormina, & ſingultus ſedat. Vomitiones cohibet. Menſes provocat. Partum, ſecundinas, & Fœtum mortuum eiicit. Concretum ſanguinem diſſolvit. Senibus, Orthopnoicis, & Anhelatoribus: item ruptis, & divulſis auxiliatur. Doſis ab unc. dimid. ad unc. j. & unc. ij.

---

## AQUA CASTITATIS.

℞ T*Erræ ſigillatæ* unc. iij. *Sem. Agni caſti* unc. j. dimid. *Rutæ, Nymphæę, Lactuc. Papav. alb.* ana unc. j. *Canabis, Acetoſę, Portulac. Endivię, Milii Solis, Ameos, Coriand. prep.* ana drach. vj. *Rad. Diptam. alb. Cynogloſſ.*

Digitized by Google

*nogloſſ. Biſtortæ*, *Ireos Flor.* ana unc. dimid. *Santalor. omnium*, *Mag. Saturni*, *Camphor.* ana drach. iii. *Herb. Abſynthii Pont. Menthæ criſp. Burſæ Paſtor. Taraxac. Verbenæ*, *Fol. Salicis* ana drach. ij. Incidantur, contundantur, & infundantur in vini rub. ſtyptici lib. x. Permittantur in digeſtione per octiduum; poſtea in B. M. deſtillentur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc aqua non immeritò caſta vocatur: Quia Monachorum, Virginum, Monialium, viduarum, illorumque, qui in cælibatu vivere conſtituerunt, ignitum, & prolificum ſemen ità compeſcit, ut inde libidinoſi omnes ea utentes, in caſtitatis, & modeſtiæ amantes, ſine ſanitatis periculo facillimè evadant: Sua enim frigiditate, & occulta quadam proprietate Rem Veneream diſſolvit. Præterea præmiſſis univerſalibus, unamquamque Gonnorhœam, feminiſque profluvium abſque ulla moleſtia curat. Doſis manè, & veſperi, vel tempore neceſſitatis, ab unc. j. ad unc. ij, & unc. iij.

## AQUA FEBRIFUGA.

♃ SPec. *Febrifug. noſt.* unc. iv. *Herb. centaur. min. Card. bened. Quinquefolii*, *Abſynthii* ana unc. iij. Macerentur in ſero caprino, & in arena deſtillentur ad tertium cohobium.

*Vires, Uſus, Doſis.*

EXtirpat Tertianam notham, & Quartanam ſine dubio: præmiſſis tamen univerſalibus. Doſis ab unc. ij. ad unc. iv. manè in aurora, & tempore paroxyſmi.

AQUA

Digitized by Google

# AQUA HYSTERICA.

℞ *B*Ac. *ſambuci exſic.* unc. iii. *Rad. Bryoniæ, Dictam. alb. Pæoniæ, Zedoariæ* ana unc. j. *Viſci quercin.* drach. vj. *Caſſ. Ligneæ, Myrrhæ rub. Cardamom. min. Croci Orient. Caſtorei veri* ana unc. dimid. *Sem. Agni caſti, Cumini, Dauci, Rutæ* ana drach. iij. *flor. Pulſatillæ* drac. ij. Inciſa, & Contuſa infundantur in vini Malvatici lib. vj. macerentur per 14. dies; poſteà adde: *Aq. Artemiſiæ, Matricariæ, Pulegii, Meliſſæ, Nepetæ* ana lib. j. Miſc. & per B.M. deſtillentur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

SAluberrima hęc aqua omnes uteri ſuffocationes etiam deſperatas, vel ſaltem periculoſiſſimas, & graviſſima inde nata ſymptomata curat, atque mitigat. Doſis à Cochl. ij. ad iij. in ipſo paroxyſmo per ſe, vel cum Spec. Diajovis ſcrup. j. vel Troch. Jovial. ſcrup. dimid. aut cum Specif. Uterini noſt. ſcrup. j. In præſervatione autem ſingulis Lunæ quadris Cochl. j. ſufficit.

Alia aqua Epileptico-Hyſterica famoſiſſima, olim à Viro Clariſſimo & Excellentiſſimo *Dom. D. Jacobo Martini* Phyſico Lubecenſi primario, & Practico feliciſſimo, amico meo honorando p.m. adhibita, & adhuc in eadem officina uſitata, vulgariter Aq. Lit. A dicta.

℞. *Cinnamomi opt.* unc. i. *Caryophyllor. Zingiberis, Nuc. Moſch.* ana drach. vi. *Cort. Citri, Aurantior.* ana unc. dimid. *Spicæ Indicæ* ſcrup. iv. *Herb. ſcariolæ, Pulegii, Scordii, Meliſſæ, Menthæ, Abrotani fœm. Matricariæ* ana unc. ii. *Salviæ* unc. viii. *Majoranæ* unc. dimid. *ſum. Roriſmarin* unc. iv. *Caſtorei veri* ſcrup. xvj. *vini aduſti* lib. vj. *civil. vini Rhenani* lib. xvj. Digerantur per triduum in loco calido; poſteà per B.M. deſtillentur.

AQUA

## AQUA DOMINARUM.

℞ *Caſſiæ Ligneæ* unc. ij. *Rad. Artemiſiæ rub. Gentianæ, Dictamni alb.* ana unc. j. dimid. *Nucl. Amygdalar. amar. Perſicorum, Ceraſorum* ana unc. j. *Myrrhæ rubræ, Borrac. Venet. Sem. Lavendulæ* ana unc. dimid. *Herb. Marrubii, Rutæ, Sabinæ* ana drach. iij. *flor. Centaur. min. Sambuci, Cheiri* ana drach. ii. *Medull. Nucl. interior. Lap. Aetitis, Caſtorei veri, Opopanacis, Sagap. Aſæ fœtidæ* ana drach. j. dimid. *Piperis nigri, Croci Oriental. Succini alb.* ana drach. j. Craſſiuſculè inciſa, & contuſa infundantur in vini Malvatici lib. vj. digerantur per aliquot dies; poſteà adde *Aq. Calamenti, Bugloſſæ, Matricariæ, Artemiſiæ, Pulegii, Verbenæ* ana lib. j. Miſc. & in B. M. per alembicum abſtrahantur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

PArtum facilitat. Fœtum mortuum, necnon ſecundinam tardantem ſine mora expellit; quæ aliàs ſi diù detinetur, Cerebro, Cordi, ac Stomacho nocumenta non exigua communicat, pravis vaporibus ex ea elevatis, & ad jam dictas partes traductis. Quare ejus eductio neque negligenda, neque parvi facienda eſt. Hæc aqua etiam tarditatem menſtruam præſenti auxilio ſollicitat. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij. & iij.

---

## AQUA ANTINEPHRITICA.

℞ *RAd. Ononidis* lib. j. Minutim conciſæ macerentur in vini generoſi lib. iv. per tres dies; deinde exprimantur, & in colatura infundantur: *Rad. Glycyrrhiz. raſæ, Saxifrag. cum toto, Petroſelini, Eryngii, Pimpinellæ* ana unc. iv. *Gran. AlKeKengi, Juniperi* ana unc. iij. *Sem.*

*Milii*

Digitized by Google

*Milii Solis*, *Fœniculi*, *Melonum*, *Urticæ* ana unc. ij. *Lig. Saſſafras*, *Nephritici* ana unc. j. *Cinnamomi acut. Macis* ana unc. dimid. Stent in infuſione per aliquot dies, poſteà adde: *Suc.Hederæ ter. Portulacæ* ana lib. j. dimid. *Fumariæ*, *Petroſelini*, *Veronicæ* ana lib. j. Miſc. & in B. M. ad ſecundum cohobium deſtillentur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD miraculum Renum calculoſam diſpoſitionem emendat, eos confortando, & materiam lapidis educendo. Doſis Cochl. ij. tum præſervationis, tum curationis ratione.

---

## AQUA LITHONTRIPTICA.

℞ NUcl. ceraſorum, Perſicor. ana unc. x. *Amygdal. amar.* unc. v. *Flor. ſambuci*, *Acaciæ* ana unc. iij. *Rad. Pimpinellæ*, *Ononidis*, *Verbenæ*, *Eryngii*, *Malvæ min.* ana unc. j. *Raſ. Lig. Fraxini*, *Oſſ. Meſpillorum*, *ſang. Hircini præp. Cinnamomi acut. Galang. min. Lap. Percar. piſc. Oc. Cancr.* ana drach. vj. *Bac. Lauri excort. Gran. Juniperi*, *AlKeKengi* ana unc. dimid. *Fol. Heder. ter.* drach. iij. *ſem. Saxifrag. alb. Urticæ Rom. Lapathi major. Petroſelini*, *Geniſtæ*, *Milii Solis*, *Dauci* ana drach. j. Omnia inciſa, & contuſa infundantur in Vini Malvatici lib. xvj. & digerantur, ſæpè movendo per 14. dies; poſteà in B.M. deſtillentur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

PRopinatur in omnibus calculorum generibus, in quibuſcunque etiam ſint membris. Præcipuè autem lapides Renum, & Veſicæ potenter confringit, egregiè diſſipat, atque inde arenam, remoratamque uri-

urinam mirabiliter expellit. Lumborum dolores ſopit, nec non ſtranguriam, & dyſuriam è veſtigio ſolvit. Doſis ab unc.j.ad ij. per ſe, vel cum ſyrupis appropriatis, manè ſtomacho jejuno.

## AQUA CONTRA ARDOREM URINÆ.

♃ R *Ad. Glycyrrhizæ, Althææ, Malvæ min. Ireos Flor.* ana unc.ij. *Pinear.mundat. Amygd.dulc.*ana unc. j.dimid. *ſem.Melonum excort.Cydoniorum, Apii, Papaveris alb.Endiviæ, Lactucæ* ana drach.vj. *Gran. AlKeKengi, Myrtillorum, Caſſiæ fiſtulæ, Galang.min.* ana drach.iij. *Herb.Violariæ, Bellis min.Veronicæ* ana drach.ij. Incidantur, contundantur, & infundantur in aquarum ſequentium: *Flor.Papav.errat.Malvæ utriuſque* ana lib.j.dimid. *Plantaginis, Portulacæ, Violarum, Lactucæ, Fol. Quercin. Nummulariæ* ana lib.j. Digerantur per aliquot dies, poſteà in B.M. per alembicum deſtillentur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

ARdorem, & difficultatem urinæ mitigat. Ciborum calidorum, & lotii acrimoniam obtundit. Exulcerata fiſtula urinaria, Veſica, Renibus, & ureteribus, ulcera detergit, glutinat, & cicatrice tegit. Præſens eſt remedium, quod in ſenibus etiam Veſicæ ſcabiei, ac inde mictioni creberrimæ obnoxiis, utile expertus ſum: Quia urinæ ſtrigmenta mucoſa, aſpera, & dolorifera complanat, atque lenit. Doſis ab unc.j.ad iij.

## AQUA CONTRA VERMES.

♃ R *Aſ. Corn. Cervi* unc.iv. *Mercurii vivi ſale & aceto optimè purgat.* unc. ij. *Fol.Senæ Alexand.*

*elect.*

*elect.Sem.Cinæ*, & *Citri*, *Corallinæ veræ* ana unc.j. dimid. *Nucl. Perſicorum*, *Rhab. electi*, *Agarici opt. Myrrhæ rub.* ana unc.j *Rad. Dictamni alb. exempta medulla*, *Ariſtoloch. rotund. Zedoar.* ana drach.vj. *Tartari alb. Nitri præp.Croci Orient.* ana unc.dimid. *Sum.centaur. min.Tanaceti*, *Fol.perſicor.Scob.Lig.coryli* ana drach.iij. Omnia inciſa, & contuſa infundantur in Hydromellis lib.iv.Digerantur in infuſione per octo dies; poſteà adde: *Aq. Abſynthii pont. Abrotani* ana lib.j.dimid. *Card.bened. Graminis*,*Scordii* ana lib.j. Miſc.& in B.M. per alembicum deſtillentur.

## AQUA THERIACALIS.

℞ THeriacæ *Venet.* unc.viij. *Terræ ſigillat.*unc.ij.*Rad. Angelic. hort. Tormentill. Enulæ camp.* ana unc j. dimid. *cornu Cervi ſpagyricè calc. Alcis eodem modo calc.Lig. Saſſafras*, *Bac.Juniperi*, *Cort. Citri* ana unc. j. *Boleti Cervini*, *Myrrhæ rub.* ana drach.vi. *Antimonii diaphoret. Croci Oriental.* ana drach.iij. Pulveriſata, & miſta infundantur in vini Malvatici lib. viij. & macerentur per octiduum, vel 14. dies; poſteà in B. M. deſtillentur igne lentiſſimo.

### *Vires*, *Uſus*, *Doſis*.

QUoniam hæc aqua ſua tenuitate in omnia membra ſe quàm celerrimè inſinuans, facilè à calore nativo in actum deducitur, utimur illa feliciſſimè in omnibus morbis, ubi ſudor eliciendus eſt. In Febribus, Ictero, Putredine, Vermibus, Lue Venerea,Puncturis Laterum, Tremore Cordis, Peſte, rectificatione ſanguinis, &c. Non enim tanta alteratione,ut ipſa Theriaca, ſeu Mithridatium, in Ventriculo eget. Doſis ab unc. dimid.ad unc.j.&c.

## AQUA DE CORNU CERVINO.

℞ COrn. *Cervi ſpagyr.calc.* unc ij. *Terræ ſigill. Bol.rub. Or.* ana unc j. *Rad.Tormentill.Dictam. alb. Scorzoneræ, Zedoar.* ana unc.dimid. *Lig. Saſſafras, Santali citrin. Caſſiæ ligneæ* ana drach. iij. *ſem. Acetoſ. Angelic. Citri exc.* ana drac.ij. *Croci Oriental. Macis, Flor.calendulæ* ana drac.j. dimid. Conciſa,& contuſa infundantur in ſuccorum depuratorum *Card.benedict. Acetoſell.* ana lib. ij. *Scabioſ. Veronicæ* ana lib.j. *Cort Nucum virid.Scordii* ana lib.dim.Macerentur per 24 horas, poſteà lento igne ex B. M. in organis vitreis ad ſecundum cohobium deſtillentur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc aqua ſummam contra peſtem, & omnia alia venenata vim habet, & efficax eſt ad ſudorem eliciendum, præſertim in gravidis, & pueris, quibus aquæ Theriacales non conveniunt. Ex hac unc. j. vel ij. aut plures pro ægri viribus, & natura dantur per ſe, vel cum aliis medicamentis ſudorem elicientibus, loco vehiculi appropriati, & ſpecifici, miſcetur, & exhibetur.

---

## AQUA ALOETICA SOLUTIVA.

℞ ALoes *Epatic.*unc.xvi.*ſuc.Fol.ſenæ virid.exp.Elaterii veri* ana unc.iv. *Myrrhæ rub.* unc.i. Omnia invicem benè miſta per B.M.in organis vitreis igne lentiſſimo deſtillentur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VEntriculum hac aqua, quoties uſus poſtulat, inunge, & linteolum, ſive ſpongiam calidam ſuperpone, & miram videbis operationem: Eſt enim medi-

medicina valde illuſtris, & ſolis Regibus, & Principibus digna.

## AQUA COSMETICA.

℞ L *Act. Caprini* lib. iv. *Aq. Rad. Aronis*, *Flor. Fabarum*, *Roſarum alb. Lilior. albor. ſigill. Salomon.* ana lib. i. *Mellis virgin. alb.* unc. iv. *Sacchari cand. alb. Thuris albi* ana unc. ii. *Hermodact. alb. Ireos Florent. Borrac. Venet.* ana unc. i. *Sal. Tartari alb. Eboris uſti*, *Camphoræ* ana unc. dimid. *Flor. Narciſſi alb. Malv. min. alb. Nenuphar. alb.* ana drach. ii. Miſc. & in B.M. inſerendo, pro ditioribus, roſtro alembici Galliæ moſchat. ſcrup. j. bombace involutum, deſtillentur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

EXternè ſaltem adhibetur ad faciem clarificandam, & dealbandam. Item omnes faciei maculas, & lentigines tollit, & ſingulariter in Ictericis fœditatem cutis emendat: Lavetur autem facies, ſeu cutis aliquoties in die. Vel. ℞. *Aquæ hujus Coſmeticæ* unc. vi. *Mercurii Coſmetici* drach. ii. Miſc. ut fiat inſtar lactis, quo facies ſæpè illinatur.



Digitized by Google

# SECTIO XX.

## DE LIQUORIBUS MIXTIS.

### NECTAR VITRIOLI.

℞ S*Acchari candi alb.* unc. x. *Sp. vitrioli rect.* unc. ij. Miſc. & in vaſe vitreo obturato, adverſus incidentium muſcarum, & ſordium injurias per aliquot menſes repone, uſque dum materia nigra, picis inſtar, appareat; poſteà. ℞. *Pultis hujus nigræ* unc.iv. *Aq. Roſar. fragrantiſſ.* lib. j. dimid. *Menthæ criſp.* lib.dimid. *Cinnamomi bugloſſ.* unc. vj. *Syrup. acetoſit. citri* unc.iv. *Man.Chriſti ſimpl.* unc. ij. Miſce, & ad uſum repone.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD ventriculi intemperiem tam frigidam, quàm calidam valdè commendatur: Ejus enim vires languidas, & reſolutas recreat. Appetitum excitat. A putredine vindicat. Febribus malignis confert, & ſitim vehementer ſedat. Doſis per ſe ab unc.ij. ab unc.iii.



Digitized by Google

## LIQUOR VITRIOLATUS.

℞ *Syr. Violarum, vel Roſar.* lib. dimid. *ſuc. Citri*, *vel Limonum* unc. iv. Diligenter miſce, & mixtis adde: *Aq. Endiviæ* unc. x. *Acetoſæ*, *Roſar.* ana unc. viij. *Nymphææ*, *Scabioſ.* ana unc. vj. *Cinnamomi bugloſſat.* unc. ij. *Sp. vitrioli q. ſ.* ad *gratam acetoſitatem*. Denuò miſce pro uſu.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Peſte, morbo Ungarico, Febribus ardentibus, cæteriſque inflammationibus omnibus ſitim egregiè ſiſtit: Corpus aridum jucundè humectat, & ſuaviter refrigerat. Doſis ab unc. j. ad unc. ij. & iij.

---

## LIQUOR OPHTHALMICUS SUBALBIDUS.

℞ *AQu. Ophthalmic. hc cancris* unc. dimid. *Euphragiæ*, *Fœniculi* ana drach. ij. *Troch. & pulv. ophthalmic. noſt.* ana ſcrup. j. Miſc. & f. l. a. Collyrium ſubalbidum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

MIræ virtutis eſt contra Amblyopiam, Amauroſim, & ſuffuſionem oculorum. Guttatim poteſt in oculum inſtillari citra ullum doloris ſenſum: Cujuſvis enim acrimoniæ expers eſt. Ex eo etiam oculi ſingulis matutinis, idque ad pluſculos dies, irrigari debent.

---

## LIQUOR NITRATUS.

℞ *AQ. è ſuc. Card. benedict. deſtillat.* unc. xix. *Rob. Ribium* unc. iv. *Man. Chriſti ſimpl.* unc. ij.

*Nitri præp.* unc. j. Miſce accuratè, & ad uſum repone.

*Vires, Uſus, Doſis.*

EſSt inſigne diaphoreticum, diureticum, bezoarticum, refrigerans, &c. in omni æſtuante morbo, & malignitate quacunque. Doſis per ſe ab unc. j. ad unc. ij. & unc. iij.

## LIQUOR CEPHALICUS.

℞ AQ. *Apoplect. noſt.* unc. iv. *Epilepticæ, Lilior. convall.* ana unc. iij. *Majoranæ, Betonicæ, Salviæ* ana unc. j. dimid. *Rot. Diambræ* unc. j. *conſ. Smaragdin.* unc. dim. *ſal. Succini alb.* ſcrup. j. Fideliter Miſc. & ad uſum repone.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD paſſiones Capitis valdè utilis eſt; Cephalalgicis, Hemicranicis, Epilepticis, Apoplecticis, inſanis, Vertiginoſis, &c. præſenti auxilio eſt: Cerebrum enim confortat. Senſum ſubtiliſat. Intellectum acuit, & memoriam amiſſam recuperat. Doſis à Cochl. j. ad ij.

## LIQUOR PECTORALIS.

℞ AQ. *Cinnamomi bugloſſat. Caponis* ana unc. iv. *Pulmon. vituli, Hederæ ter. Veronicæ, Farfaræ* ana unc. iij. *Lact. Sulphuris* drach. iij. *Flor. Sulphuris* drach. j. dimid. *Mag. Corallorum rub.* drach. j. *Perlar. Orient.* drach. dimid. Miſc. & cum Man. Chriſti ſimpl. unc. iij. edulcora, & ad uſum reſerva.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

MIrabiliter Aſthmaticos, Peripneumonicos, Phthiſicos, & Hecticos juvat. Cor confortat. Periculoſè ſeu graviter tuſſientes non ſine admiratione liberat, & priſtinæ ſanitati reſtituit. Doſis manè, meridiè, & veſperi à cochl. j. ad ii. Et priuſquam ad uſum medicum adhibeatur, diligenter moveatur.

## LIQUOR CORDIALIS.

℞ A*Q. cordial. frig. & calid. noſt.* ana unc. iv. *Cinnamomi bugloſſat. ex corde Cervi* ana unc. j. *conf. Al-Kermes* drac. ij. *Sal. Perlarum Orient. corall. rub.* ana ſcrup. j. Miſta edulcorentur cum Man. Chriſti ſimpl. unc. j. dim. & ad uſum reſerva.

*Vires, Uſus, Doſis.*

CArdiacis, & præter rationem tribulatis prodeſt. Palpitationem, tremorem, & ſyncopen curat. Spiritum clarificat. Animum exhilarat. Debiles, & languentes recreat. Cor in genere confortat, illudque à peſte, & aliis malis quàm plurimis præſervat. Doſis à Cochl. i. ad ij.

## LIQUOR ACIDUS PERLARUM ORIENT.

℞ A*Ceti à ſolutione Margaritar. Orient. in B. M. iterum abſtracti* unc. ii. *Sp. vitrioli cum Sp. vini debitè rectif.* unc. i. Miſce, & accipies liquorem ſubalbidum miræ operationis, quem theſauri inſtar ad uſum repone.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

CAput, Cerebrum, Stomachum, Cor, Hepar, & cætera membra principalia corroborat. Ab Apoplexia, Epilepſia, Vertigine, Lepra, Lue Venerea præſervat. Ægris convaleſcentibus appetitum excitat. Oculorum nebulas detergit Putredini, & Venenis reſiſtit; necnon in Febribus malignis, & morbis æſtuantibus extremum refugium. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. i. & drach. dimid. in vehiculis appropriatis.

## LIQUOR ACIDUS CORALLORUM RUBEORUM.

EOdem quoque modo fons acidus Corallorum præparatur, ad capitis affectus, Epilepſiam, Melancholiam, Dyſenteriam, Uteri Hæmorrhagiam; necnon ad ſanguinem, & ſtomachum rectificandum, morboſque internos quamplurimos radicitus evellendum, & ſpiritus animi recreandum, medicamentum admodum illuſtre. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. j. & drach. dimid. in vehiculis ſpecificis.

## LIQUOR NEPHRITICUS.

♃. *AQ. è citreis malis per ſe in B. M. deſtillat. Nephriticæ noſt.* ana lib. i. dimid. *Syr. è ſuc. Violarum* lib. i. *Sacch. candi alb.* unc. i. *ſal. Lap. Percarum piſc. Ocul. Cancr.* ana drach. ii. *Nitri cum flor. Sulph. præp. ſal. Succini alb.* ana drach. i. Miſce, & ad uſum repone.

*Vi-*

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD frangendum, & expellendum Renum, & Veſicæ calculum, urinam ciendum, doloremque inde natum ſiſtendum, efficaciſſimus eſt. Doſis manè jejuno ventriculo, vel longè à cibo, à Cochl. j. ad ij. & Cochl. iij. per ſe abſque vehiculo.

---

## LIQUOR DIAPHORETICUS.

℞ AQ. *Theriac. noſt.* unc. vi. *Sp. Tartari aliquoties rect.* unc. iij. *Terræ ſigil. per ſe deſtillat. & rectif. Guajaci rectif.* ana unc. j. *Liq. Acidi Perlarum Orient.*, *Acidi corallor. rub.* ana unc. dimid. Miſc. & in vitro clauſo per tres, aut quatuor ſeptimanas probè digerantur, poſtea liquor filtratus ad uſum ſervetur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

OMne venenum à corde per ſudorem expellit. Valet in Syncope, Ecſtaſi, Epilepſia, Melancholia, Angina, Paralyſi, Hydrope, Icteritia, Pleuritide, Lue Venerea, Peſte, morbis Epidemicis, Aſthmate, Febribus malignis, & putridis, Menſibus retentis, Contracturis, Scorbuto, Scabie, &c. In tollendis enim omnibus obſtructionibus, & putrefactionibus, præ aliis medicamentis hoc ſolum excellit. In Paralyſi quotidè exhibitus miraculosè juvat. Penetrat omnes nervos, muſculos, & totam medullam, & quicquid noxium reperit, corrigit, atq; expellit. Doſis à drac. dimid. ad drach. j. & ij. in aq. cornu Cervini noſt. vel Card. benedict. aut alia morbum propriè reſpiciente.

LI-

## LIQUOR REFRIGERANS.

℞ AQ. è Suc. *chichorei deſtil.* unc. viij. *Rub. Idæi, Card. bened. Roſarum, Endiviæ, Acetoſ.* ana unc. iv. *Rob. Ribium, & Berber. ſine ſacchari parat. Syr. acetoſ. citri* ana unc. iij. *Nitri præp.* ſcrup. vi. Miſc.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN morbis æſtuantibus, Febribuſque acutis, &c. inſigniter refrigerat, atque confortat. Doſis ab unc. ij. ad unc. iij. pro una vice.

## LIQUOR VULNERARIUS.

℞ RAd. *Galangæ min. Zedoariæ, Oculor. cancr. Macis* ana unc. dimid. *Mumiæ tranſm.* drac. ii. *Nuc. Vom. ic.* gr. xv. Craſſiuſculè contuſa infund. in Vini generoſi lib. j. ſtent in loco tepido.

*Vires, Uſus, Doſis.*

DE hac miſtura Doſis manè, & veſperi Cochl. j adeò efficaciter operatur, ut ſi quid infixum in profundo corporis hæreat, illud propellat; ſed in vulneribus capitis nux vomica omittatur.

## LIQUOR CAMPHORATUS.

℞ SPir. *vini camphorat.* unc. ii. *Aq. omnium florum Spermat. Ranar.* ana unc. j. dimid. *Sulphuris anodyni Vitrioli* drach. j. *Styrac. liquid. Opii Thebaici, Sp. Vitrioli* ana drach. dimid. Miſce, & ad uſum repone.

Vi-

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

CUm petiis loco affecto applicetur: Arthiticos enim dolores à cauſa calida ortos egregiè ſopit. Interim bis in die ægro Nitri præp. ſcup. ii. aq. florum Sambuci offerantur.

## LIQUOR TARTAREUS.

℞ V*Ini Rhenani, opt. & ferv.* l. j. Tartari vitriolati unc. j. Miſt. & ſ.a. diſſolutis adde: *Aq. Hordei cum paſſulis min. & cinnamomo coct. Syr. è ſuc. Violarum* ana l. dimid. Miſce pro uſu.

*Vires, Uſus, Doſis.*

ESt univerſale degeſtivum, quod in morbis quamplurimis, medicamentis catharticis præmittendum. Offeratur autem calidè, niſi intenſa Febris, aut ſtomachi intemperies calida adſit. In Febribus detur in aurora; ſi verò paroxyſmus manè invadit, veſperi propin etur. In morbis diuturnis per quinque dies continuetur, & bis per diem, manè ſcilicet, & à prandio: Sed in morbis Capitis circa introitum lecti exhibeatur. Alvus ſemper ſit libera; ſi enim alvo conſtipata offertur, dolor inde accidere ſolet: Quia materia mota, & abſterſa, cùm non poſſit excerni, in flatus, qui dolores excitant, convertitur. Doſis per aliquot dies, ubi opus eſt, bonus hauſtus pro una vice.

## LIQUOR ARTHRITICUS.

℞ M*Ellis virginei cum favo* lib. ij. *Vitrioli ad flaved. calc.* lib. j. *Silicum fluv. calc.* lib. dimid.

*Ro-*

Digitized by Google

*Roriſmar. Verbenæ* ana unc. vi. *Hermodact. alb.* unc. iij. *Gum. Ammoniac. Maſtichis*, *Olibani*, *Myrrhæ rub. Bdellii*, *Opopanac.* ana unc. ii. *Sulph. citrin. Salis marin. Tartari alb.* ana unc. j. dimid. *ſuc. Hyoſcyami inſpiſſ. Mumiæ tranſmarin. Opii Thebaici* ana unc. j. Miſtis affunde Sp. Vini è fæcibus vini rub. vel è confectione Laudani opiat. reſiduí lib. v. vel q. ſ. & digerantur per aliquot dies: poſteà per alembicum vitreum benè lutatum, addito ſatis magno capitello, cum Recipiente capaci, ſecundum gradus, quamdiù vides guttas, ſeu ſpiritus exire, deſtillentur; deinde frigeſcat. Caput mortuum, ſeu fæces pulveriſentur illiſque deſtillatum liquorem denuò affunde, & ſecunda vice deſtilla. Hic labor, tertia vel quarta vice repetendus, & ſic liquor Arthriticus verè paratus eſt.

*Vires, & Uſus.*

IN omnibus diuturnis, & inveteratis doloribus, & defluxionibus membrorum, & juncturarum ſecretum eſt: Inungatur autem locus affectus aliquoties in die tepidè, certis tamen intervallis, donec cruciatus, & dolores omnes ceſſent.

---

## LIQUOR ANTIPODAGRICUS TRINUNUS.

I.

℞ SP. *vini opt. rect.* lib. ii. *Aq. ſpermat. Ranar.* lib. j. dimid. *Mellis virginei* lib. j. Miſc. & in B. M. deſtill. & liquorem evocatum ſeorſim cuſtodi, Capiti mortuo, & pulveriſato adde: *Lixiv. Sarmentor. vitis* lib. ii. *Tartari alb.* lib. dimid. *Phleg. vitrioli à ſpiritu*

Digitized by Google

ritu nondum ſeparati unc. iv. *Caſtorei veri* drach. vi. *Croci Orient.* unc. dimid. *Therebinth. Venet.* drach. ii. *Salis fuſi* drach. j. Macerentur per 24. horas poſteà diſtilla, liquorem deſtillatum conſimiliter ſeorſim repone. Capiti mortuo denuò exempto, & pulveriſato affundatur liquor primæ deſtillationis reſervatus totus. Miſce iterum, & poſt debitam digeſtionem tertia vice deſtilla; Ultimò liquores ſtillatitios miſtos adhuc ſemel in B. M. rectifica, & ſerva, ſigneturq; *Aq. ſpermatis Ranarum compoſita*.

2.

℞. *Caryophyll.* drach. vj. *Hermodactyl. alb. Bac. Juniperi* ana unc. dimid. *Nuc. Moſchat.* drach. ij. *Herb. Verbenæ*, *Fol. Sambuci* ana M. ii. *Flor. Lavend. Spicæ nard. Majoranæ*, *Roriſmarin. Betonicæ* ana M. j. Incidenda incidantur, terenda terantur, ac infundantur in Vini Rhenani opt. lib. v. ſtent in digeſtione per 24. dies, ac noctes; poſteà per alembicum deſtillentur, ſigneturque *Aqua Arthritica*.

3.

℞. *Aluminis* lib. ii. *Vitrioli alb. Virid. æris* ana lib. dimid. *Tartari alb. Lithargyrii*, *Oſſ. ſepiæ*, *Ceruſſæ* ana unc. iv. Subtiliſſimè contuſa miſce, evapora, & evadit griſeus lapis, ſignetur *Lapis admirabilis*.

4.

Nunc ſequitur Compoſitio.

℞. *Aq. ſpermat. Ranar. comp.* lib. iv. *Arthriticæ* lib. j. *Lap. admirabilis* drach. iij. *Cryſt. Nitri* drach. ii. *Croci Orient.* ſcrup. dimid. Mixta ſtent in infuſione per no-

noctem; & ſic demum liquor filtratus ad uſum reponendus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN hoc liquore (quo hodierni Chymiatri, & Practici feliciſſimè utuntur) immerge lintea, & calidè loco affecto frequenter, vel ad minimum ter, vel quater in die appone, continuando, donec intolerabiles cruciatus, ac immenſiſſimi dolores ceſſent, & penitùs evaneſcant: Singulare enim, & incomparabile ad ſiſtendum dolorem podagricum, & adventitii humoris impetum propulſandum experimentum eſt. Liquor verò ſic dictus, quod tribus conſtet compoſitionibus.

---

## LIQUOR VESTIMENTALIS.

℞ AQ. *Fontanæ* lib. ij. *Cineris clavellat. ad quantitatem Nuc. Jugland. major. Malorum citriorum minutim inciſ.* No. j. Miſce, & ſtent in digeſtione per 24. horas; posteà filtra, & liquorem clarum ad uſum reſerva.

*Vires, & Uſus.*

OMnes ſordidas, oleoſas, & quaſi piceatas maculas tam ex pileis, quàm veſtibus, vel ſericis laneis, lineis, aut bombycinis in puncto eluit, atque tollit. Remotis autem maculis, locus purus aqua dulci confeſtim & extemplò abſtergendus eſt.

## LIQUOR MERCURII VIVI.

℞ *MErcurii vivi*, *aq. fortis* ana unc. j. Solvatur Mercurius in aq. forti, & ſolutis adde: *Aq. Plantaginis* lib ii. *Lap. medicament. cum aq. Roſar. fact.* lib. j. Miſce, & ad uſum repone.

### *Vires, & Uſus.*

LIquor hic Mercurialis ſubalbidus in partibus corporis exterioribus omnes defluxiones, omniaque vulcera, & vulnera antiqua, præſertim vetera aphrodiſia, & ſordida deſiccat, & cicatrice tegit. Morphæam faciei, furfures, puſtulas, & maculas curat, ac abigit. Inſuper ad exſiccanda Eryſipelata, & ſanandas fiſtulas remedium eſt ſingulare. In applicatione autem cave, ne oculos, vel dentes attingas.

---

## LIQUOR CERUSSÆ.

℞ *CEruſſæ veræ* unc. j. *Nihili ſicci* unc. dimid. *Lap. calaminaris*, *Lithargyrii* ana drach. ii. *Tutiæ præp. Spodii* ana drach. j. Subtiliſſimè pulveriſatis, & miſtis affunde: *Aq. Sempervivi domeſt. Plantaginis major. Roſar. rub.* ana unc. iij. Denuò miſce, & ad uſum repone.

### *Vires, & Uſus.*

EXternè membra tumore, rubore, & inflammatione aliqua infeſtata refrigerat, & deſiccat. Dolores ſedat. Oculorum lippitudines curat. Citrinas faciei, totiuſque cutis maculas abſtergit, formamque hominis vividam, & nitentem reddit. Uſus ejus in crebra per ſingulos dies adhibitione conſiſtit.

LI-

Digitized by Google

## LIQUOR TUTIÆ.

℞ T*Utiæ præp. Lithargyrii*, *Ceruſſæ* ana unc. dimid. *Camphoræ* drach j. *Aluminis crud.* drach. dimid. Omnibus diligenter miſtis adde *Aq. Plantaginis*, *Roſarum* ana unc. iiij. Iterum miſce, & ad uſum communem repone.

*Vires*, *&* *Uſus*.

PArtes corporis exteriores conſimiliter refrigerat: & exſiccat: propterea omnibus inflammationibus, tumoribus, & doloribus reſiſtit.

---

## LIQUOR MERCURII SACCHARATUS.

℞ A*Qu. Plantaginis*, *Roſarum* ana unc. iv. *Ceruſſæ* unc. j. *Mercurii ſublimat. Sacchari cand. alb. Sp. vini opt.* ana unc. dimid. Miſce, & adde Aq. fortis ſcrup. 1. & ſignerur *Flechtenuvaſſer*, hoc eſt, Aqua ad maculas cutis.

*Vires*, *&* *Uſus*.

IMpetiginem, & Lichenes omnes, etiam contumaciſſimas curat. Ante uſum autem ſemper moveatur, & cum penicillo liquore intincto tangatur locus affectus.

---

## LIQUOR MERCURII ACETOSUS.

℞ V*Itriol. alb. Camphoræ* ana unc. dimid. *Mercurii ſublimat. Ceruſſæ*, *Tartari alb. Aluminis uſt.* ana drach. ii. *Nibili alb.* drach. dimid. Miſc. & f. pulvis. ℞. *Hujus pulveris* unc. dimid. *Aceti vini opt.* unc. iv. Denuò Miſce, & ad uſum repone.

*Vires*, *&* *Uſus*.

VTimur eodem modo, præcedentibus tamen corporis mundificationibus, ad omnes impetigines, & Lichenes perfectè ſanandas.

SE-

# SECTIO XXI.

## DE EMULSIONIBUS.

### EMULSIO ROSATA.

℞ A*Mygdal. dulc.* unc. j. *Sem. Papaveris alb.* drach. ii. *Quat. frig. major.* ana drach. j. *Aq. Roſarum fragrantiſſ.* unc. vii. *Fragorum*, *Verbenæ* ana unc. iv. Fiat Emulſio quę edulcoretur Julep. Roſarum ſ. q. ad gratiam.

*Vires, Vſus, Doſis.*

UTor in Capitis intemperie calida, incendio Ventriculi, Thoracis, Pectoris, Cordis, totiuſque ventris inferioris feliciſſimè. Doſis ab unc. j. dimid. ad unc. ij. & unc. iij.

### EMULSIO VIOLATA.

℞ A*Mygdalar. dulc.* unc. j. *Sem. Violarum* drach. ii. *Papav. albi* drach. j. *Aq. violarum* unc. viij. *Lactucæ*, *Nymph.* ana unc. iv. Fiat Emulſio, quæ edulcoretur Julep. Violarum ſ. q. ad gratiam.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

VAlet ad intemperiem totius corporis calidam, & ſiccam. Refrigerando, & humectando, ſitim extinguit. Somnum conciliat. Pectoris vitiis ſuccurrit, biliſq; acrimoniam retundit. Doſis hauſtus mediocris.

## EMULSIO SOMNIFERA.

℞ A*Mygdalar. dulc.* drach. ii. *ſem. Papav. alb.* drach. j. *Melonum* drach. dimid. *Lactucæ* ſcrup. dimid. *Aq. violarum*, *Nymphææ* ana unc. j. dimid. *Hypnotic. noſt.* drach. j. Fiat emulſio, quæ poſteà edulcoretur Sacch. candi alb. ſ. q. & adde: *Mag. Perlarum Orient. Corallor. rub.* ana gran. iij. Miſce pro una doſi: bibe veſperi eundo cubitum, & dormies bene.

## EMULSIO PLEURITICA.

℞ S*Em. Cardui Mariæ* unc. j. *Card. benedict.* unc. dimid. *Papav. alb.* drach. ii. *Aq. Card. Mariæ* unc. vi. *Card. benedict. flor. Papav. errat. Chamæmel. Scabioſæ* ana unc. iv. Fiat l. a. Emulſio, quæ poſteà edulcoretur Sacchato cand. in Syrup. violar. concreto.

*Vires, Uſus, Doſis.*

CUrat pleuritidem, & illicò omnes lateris dolores, non ſine adſtantium ſtupore, ſedat; ſed æger omni die habeat evacuationes, vel alvus aſſiduè ſit ſubducta clyſteribus lenioribus. Doſis ab unc. ij. ad unc. iij. & unc. iv.

EMVL-

Digitized by Google

## EMULSIO LAXATIVA.

℞ A*Mygdalar. dulc.* unc. ii. *Sem. 4. frig. major.* ana drach. j. *Aq. flor. cichorei, Perſicor. Acaciæ, Violarum* ana unc. iv. f. Emulſio, ut eſt artis, in qua diſſolve *Mannæ calabrin.* unc. ii. Colentur, & colaturæ adde: *Aq. Cinnamomi bugloſſat.* unc. dimid. Miſce pro uſu.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN infantibus, in quibus alvus aliàs tardior, experimentum eſt. Inſuper ad Febres acutas, ardentes, Tertianas continuas, Hecticas, Maraſmodes, Lipyrias, Cauſum, & Synochum valdè commendatur. Doſis hauſtus mediocris.

---

## EMULSIO STYPTICA.

℞ A*Mygdalar. dulc.* unc. ii. *Sem. Papav. alb.* unc. dimid. *4. frig. major.* ana drach. j. *Lactucæ* drach. dimid. *Aq. è ſuc. Cydonior. diſtill. Millefolii* ana unc. iv. *Plantaginis, Tormentillæ, Papav. errat.* ana unc. iii. *Fol. Quercin. Cinnamomi bugloſſ.* ana unc. j. dimid. Fiat emulſio, ut eſt artis, cui adde: *Julep. Roſarum* unc. vi. *Mag. corallor. rub.* drach. j. Miſce.

*Vires, Vſus, Doſis.*

REfrigerat, & adſtringit; propterea ventris profluvium, & dyſenteriam, quę ex materiæ acris, & biliofæ effluxu excitatur, ſanat; Tuſſi inde ortæ ſuccurrit, inſomniamque levat. Doſis bonus hauſtus pro una vice.



Digitized by Google

## EMULSIO CANNABINA.

℞ SEm. *Cannabis* unc. j. dimid. 4. *frig. Major.* ana drach. j. Et cum aq. Flor. Nymphææ,& Roſar. q. fiat Emulſio: & ℞. *Hujus Emulſionis* unc. xiv. *Syrup. e ſuc. Violar.* unc. ii. *Aq. Cinnamomi bugloſſat.* unc. j. Miſce pro uſu.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN ſeminis profluvio, ſeu gonorrhœa, & aliis ejuſmodi vitiis, pollutione, &c. commodè adminiſtratur; necnon ad febres ardentes, bilis & ſanguinis fervorem confert. Doſis ab unc. ij. ad unc. iij.

SE-

Digitized by Google

# SECTIO XXII.

## DE

# CLARETIS.

## SEU VINIS MEDICATIS.

### CLARETUM ANTEPILEPTICUM LAXATIVUM.

℞ FOl. *Senæ elect.* unc. ii. *Turbith. alb. & gum. Mechoacannæ* ana unc. dimid. *Raſ. cornu Alcis*, *Cranii humani*, *Nuc. Moſchat.* ana drach. ii. *Rad. & Sem. Pæoniæ debitè collect. Viſci quercin.* ana drach. j. dimid. *Cardamomi min. Caſſiæ ligneæ*, *Caryophyllorum* ana drach. j. *Flor. Pæoniæ maris*, *Lilior. convall. Lavendulæ*, *Tiliæ* ana drach. dimid. Macerentur in Vini Rhenani unc. xxvi. ſtent in infuſione in loco calido per biduum; poſteà coquantur parum, & additis Sacchari albiſſ. unc. iij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

### *Vires*, *Uſus*, *Doſis*.

CEphalicos, & Comitiales omnes feliciter, & ſine moleſtia purgat, & divinum Epilepſiæ remedium

 eſt,

Digitized by Google

eſt, quod morbi cauſam, & fomitem efficaciter tollit. Interim verò Epilepitici omnes, Clareto hoc utentes, ſibi caveant ab omni terrore, ira, aqua, igne, vino, ejaculatione tormentorum; Immò omnes animi motus vehementes evitent, necnon ebrietatem tanquam Peſtem fugiant. Doſis ab unc. iij. ad iv. tempore matutino.

---

## CLARETUM ANTAPOPLECTICUM LAXATIVUM.

♃ F*Ol. Senæ elect.* unc. ii. *Turbith. alb.* & *gum.* unc. j. *Bac. Juniperi, Rad. Zedoariæ* ana unc. dimid. *Agarici alb.* & *levis*, *Hellebori nigri præp.* ana drach. ii. *Galangæ min. Cubebarum*, *Zingib. alb. Cinnamomi* ana drach. j. *Fol. Lavendulæ*, *primulæ veris*, *Calendulæ Lill. convall.* ana drach. dimid. Infundantur in vini Rhenani unc. xxxvi. macerentur in B. M. per biduum, posteà coq. parum, & additis Sacchari alb. unc. vi. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN Apoplexia qualicunque, Paralyſi, Sopore, Stupore, Caro, Veterno, Comate, Noctambulonibus, memoria amiſſa, cæteriſque cerebri vitiis, Claretum hoc admirabile eſt. Doſis ab unc. iij. ad unc. iv. vel unc. v. mane in aurora.

---

## CLARETUM PASSULATUM LAXATIVUM.

♃ P*Aſſular. min. vino elotar.* unc. ii. *Flor. Senæ elect. Mechoacannæ* ana unc. j. *Rad. Glycyrrhiz. raſæ*, *Cinnamomi acut. ſem. Aniſi contuſ.* ana unc. dimid. *Herb. Pulmonariæ maculoſ. Phyllitidis* ana drach. ii. *Tuſſilaginis*,

Digitized by Google

*nis*, *Marrubii* ana drach. j. dimid. *Flor. Epaticæ alb. Hyſſopi*, *Salviæ* ana drach. j. *Croci Orientalis*, *Macis* ana drach. dimid. *Ficuum ping. Jujubar. Sebeſten*, *Dactylor.* ana No. viii. Macerentur in Hydromellis opt. & antiqui, Aquæ Hordei ana lib. iii. per 24. horas; poſteà coq. parum, & additis Sacchari candi alb. unc. iv. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

*Vires*, *Uſus*, *Doſis*.

IN Orthopnœa, Aſthmate, Peripneumonia, Tuſſi inveterata, dolore utriuſque lateris, cæteriſque omnibus diuturnis Pectoris anguſtiis, Hepatis, & Lienis affectibus appropriatum, & laudatiſſimum eſt laxativum. Doſis ab unc. iv. ad unc. vj.

---

## CLARETUM ABSYNTHIACUM LAXATIVUM.

℞. FOl. *Senæ elect.* unc. j. dimid. *Turbith. alb. & gum. Mechoacannæ* ana drach. vi. *Abſynthii Pont. Bac. Juniperi* ana unc. dimid. *Rad. Ireos noſtrat. Eſulæ min. præp.* ana drach. iij. *Sem. Fœniculi*, *Carvi* ana drach. ii. *Calami aromatic. Zingiberis alb. Cinnamomi acut. Caryophyllorum*, *Zedoariæ* ana drach. j. *Flor. Epaticæ alb. Sambuci*, *Geniſtæ* ana drach. dimid. *Croci Oriental. Epithymi* ana ſcrup. j. Inciſa, & contuſa. infundantur in vini Rhenani unc. xxxvi. macerentur in B. M. & poſt debitam digeſtionem ebulliant parum, & additis Sacchari alb. unc. iv. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN Cachexia, Hydrope, Hepatis, & Lienis obſtructionibus, Febribus, Colica, Scorbuto, Scabie, &c. ſelectiſſimum, & ſpecificum eſt laxativum, pedetentim omnes peccantes humores præparans, atque evacuans. Doſis unc. iv.

---

## CLARETUM RHABARBARATUM.

℞ FOl. *Senæ elect.* unc. ii. *Rhabarb. opt.* unc j. *Rad. Scorzoneræ* unc. dimid. *Herb. Phyllitidis*, *Hepaticæ* ana drach. iij. *Sem. Petroſelini*, *Apii* ana drach. ii. *Gallangæ min. Caſſiæ lign. Zingib. alb. Caryophyllor.* ana drach. j. *Flor. Centaur. min. Epaticæ alb. Roſar. rub. Cichorei* ana drach. dimid. *Croci Orient. Epithymi* ana ſcrup. j. Macerentur in B. M. in Vini Rhenani unc. xxxvi. per biduum; poſteà ebulliant parum, & additis Sacchari alb. unc. iv. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

A Ventriculo, Hepate, & Splene tam atram, quàm flavam bilem purgat; & ſanguinem, omnes obſtructiones liberando, & affectus inde ſanando, inſigniter rectificat. Hinc in Hidrope, Ictero, Scorbuto, Lienis tumore, Hypochondriorum dolore, Febribus quamplurimis, &c. appropriatum, & conveniens eſt laxativum. Doſis unc. iv. addita Acidi Tartari drach. j. miſtaque calidè offerantur.

CLA-

Digitized by Google

## CLARETUM ANTIPODAGRICUM LAXATIVUM.

℞ *HErmodact. alb. & à cortic. ſuperior. mundat. fol. Senæ elect.* ana unc. j. *Turbith. alb. & gum. Mechoacannæ* ana unc. dimid. *Herb. Chamædryos*, *Verbenæ* ana drach. ij. *Sem. Fœniculi*, *Aniſi* ana drach. j. dimid. *Cardamomi min. Cinnamomi acut. Macis*, *Croci Oriental.* ana drach. j. *Flor. Ireos noſt. Verbaſci*, *Violarum*; *Anthos* ana drach. dimid. Macerentur in Vini alb. tenuis unc. xxxvj. in loco calido per biduum; poſteà coq. parum, & additis Sacchari alb. unc. iv. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

PItuitam craſſam, præſertim à juncturis, & membris remotioribus trahit. Ob id Podagræ, & aliis Arthritidis differentiis, articulorumque doloribus mirè confert. Doſis unc. iv. addita Cryſt. Tartari drach. j. Miſce, & fiat hauſtus calidè exhibendus tempore matutino: qui ſi ad horam decimam forſan nihil præſtiterit, præſertim in robuſtioribus, à prandio iterum bonus hauſtus ſumatur, & ſic iteretur per aliquot dies, donec fuerit abſumptum.

---

## CLARETUM STOMACHICUM CONFORTANS.

℞ *CInnamomi acut.* unc. j. *Menthæ criſp.* unc. dimid. *Maſtichis elect. Galang. min. Caryophyllorum* ana drach. ij. *Calami aromat. Cardamom. min. Zingib. albi* ana drach. j. *Lig. Aloes ponderoſ. Rad. Pimpi-*



Digitized by Google

*pinellæ*, *Zedoariæ* ana drach. dimid. Macerentur in vini Malvatici unc. xxxii. per aliquot dies; poſteà clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

CОntra frigida ſtomachi vitia ferè omnia, necnon Tremorem, Syncopen, & Vomitum Cordis medicamentum eſt ſpecificum: De quo patiens, manè, & veſperi, vel tempore neceſſitatis pro una doſi capiat à Cochl. j. ad ij. vel iij. cum guttula una atque altera Sp. Vitrioli, invicem benè miſta.

## CLARETUM JUNIPERINUM.

℞ SPir. vini Juniperi lib. iij. *Aq. Rad. Enulæ camp. Tuſſilaginis, Loch. ſani* ana lib. j. *Cinnamomi acut.* unc. ij. *Caryophyllorum integ.* unc. dimid. Infunde per aliquot dies; poſteà per manicam Hippocratis deſtilla, & Sacchari candi alb. unc. xvj. edulcora, & uſui reſerva.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Aſthmate, Tuſſi, cæteriſque Pectoris vitiis, necnon in imbecillitate, & inflatione ventriculi; Item in Dyſuria, Stranguria, & Calculo, excellens eſt. Doſis à Cochl. j. ad ij. vel iij. aliquoties in ſeptimana.

## CLARETUM ANISATUM.

℞ SP. *vini aniſati* lib. iij. *Aqu. Loch. ſani*, *Marrubii*, *Flor. Violar.* ana lib. j. *Caſſiæ ligneæ*, unc. ij. *Macis minutim concis.* unc. dimid. Macerentur per octiduum; poſteà

Digitized by Google

poſteà additis Sacchari candi alb. unc. xij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

ANhelosis, & Aſthmaticis, aliiſque Thoracis affectibus, à frigidis, & craſſis humoribus ſubortis, pulmonumque bronchiis inhærentibus, & vel tuſſim antiquam, vel ipſam diſpnœam parientibus, mirè confert. Doſis ut præcedentis, à Cochl. j. ad ij. vel iij.

---

## CLARETUM CHALYBEATUM.

℞ *VIni Malvatici opt.* lib. iij. *Chalybis cum aceto Tamarindor. præp.* unc. j. *Rad. Scorzoneræ*, *acidi Tartari* ana unc. dimid. *Galangæ min. Caſſiæ ligneæ*, *Caryophyllorum* ana drach. j. Hæc in vas vitreum indita miſceantur, digeranturque loco calido, movendo aliquoties, per biduum: Deinde coletur, & per manicam Hippocratis clarificetur, ut habeas claretum chalybeatum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

OMnes obſtructiones Hepatis, & Lienis, venarumque meſaraicarum reſerat, atque aperit. Cachexiam corrigit. Omnes humores pravos exterminat. Icterum nigrum curat. Menſtrua movet, & ſuperflua ſiſtit. Hydropicos omni aqua exonerat, flatus diſcutit, & ſal in reſolutione peccans ad coagulationem promovet, terramque microcoſmicam nimio madore tumentem radiis ſuis Martialibus exſiccat. In uſu autem hujus, qui in dictis illis affectibus longiuſculus eſt, adhibenda ſubindè lenia purgantia, corpuſque ab humoribus, quos ad egeſtionem præparat hoc vinum, per illa evacuan-

dum,

Digitized by Google

dum, & purgandum, prout aliàs in cæteris etiam curationibus, ubi chalybeata adhibentur medicamenta, fert uſus. Doſis hujus Clareti ab unc. j. ad unc. ij. & unc. iij. manè, & veſperi. In menſium defectu juvenibus offeratur quinque diebus ante novilunium, ſenioribus ante plenilunium, & tamdiu procedatur, donec menſes appareant.

---

## CLARETUM ANTINEPHRITICUM.

℞ HOrdei integri, *Cicerum rub.* ana unc. j. dimid. *Rad. Ononidis*, *Eryngii* ana unc. j. *Glycyrrhizæ*, *Petroſelini* ana unc. dimid. *Bac. Juniperi contuſ. Gran. AlKe-Keng.* ana drach. ij. *Sem. Milii Solis*, *Oxyacanthæ*, *Altheæ*, *Malvæ min.* ana drach. j. dimid. *Flor. Geniſtæ*, *Violarum* ana drach. j. *Caricarum ping. Sebeſten*, ana No. xj. Infundantur in Vini alb. tenuis, & aq. pluvialis ana lib. iij. per 24. horas; poſteà coq. ad tertiæ partis conſumptionem, ut remaneant lib. iv. quibus adde Sacchari albiſſ. unc. iv. & per manicam Hippocratis clarificentur, & f. Claretum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

MIram utilitatem Nephriticis exhibet; Calculum enim Renum, & Veſicæ cum urina, meatus urinarios dilatando, Ileorum, Lumborum, & Renum gravitates, ac obſtructiones compeſcendo, & reſerando, mirè diſſolvit, confringit, atque impellit. Doſis omni manè jejuno ventriculo bonus hauſtus, vel ab unc. iij. ad iv.

CLA-

Digitized by Google

## CLARETUM MOSCHATUM.

℞ C*Aſſiæ ligneæ* unc. dim. *Caryophyllorum* dr. ij. *Nuc. moſchatæ*, *Macis*, *cort. Citri* ana dr. j. *Rad. Ireos Flor.* *Galangæ min.* ana drach. dimid. *Santali Citrin. Lig. Aloes* ana ſcrup. i. *Ambræ griſeæ*, *Moſch. opt.* ana ſcrup. dimid. Pulveriſatis, & miſtis adde Vini Malvatici & odoriferi unc. xx. & ſtent in digeſtione per aliquot dies; poſteà add. *Sp. Roſarum* unc. iv. & clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum, quod pro delicatis Saccharo cando edulcorari poterit.

*Vires, Uſus, Doſis.*

MIrabile experimentum eſt, præmiſſis tamen univerſalibus, & facta purgatione, in fœtore oris & naſi, quorum halitum emendat, ſuavitatem accerſit, & ventriculum, & cor corroborat. Patiens quolibet manè ſtomacho jejuno Cochl. j. vel ij. aſſumat.

---

## CLARETUM PURGANS.

℞ FOl. *Senæ elect.* unc. ij. *Rad. Ireos noſt.* unc. j. *Mechoacannæ*, *Hermodact. alb. Turbith. alb.* ana unc. dimid. *Herb. Agrimoniæ*, *Scolopendr. Veronicæ* ana drach. ii. *ſem. Fœniculi*, *Aniſi* ana drach. j. dimid. *Caſſiæ ligneæ*, *Caryophyllorum*, *Zingib. alb. Cardamomi min.* ana drach. i. *Flor. Geniſtæ*, *Meliſſæ*, *Bugloſſæ*, *Salviæ* ana drach. dimid. Infunde in vini veteris ſ. q. macerentur per 24. horas, poſteà coquantur, & in colaturæ adhuc calidæ unc. xvj. diſſolve Mannæ Calab. unc. iv. Iterum cola, & adde: *Aq. Cinnamomi* unc. j. *Elæoſ. Citri* dr. j. Denuò miſce, & f. l. a. Claretum laxativum.

Cl.
Ai-

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

PItuitam, & aquas educit, & à juncturis trahit. Cephalæam, & Epilepſiam juvat. Veteres defluxiones ſiſtit: ob id Podagræ, & aliis Arthritidis differentiis confert; & articulorum, coli, & Renum doloribus utile eſt catharticum. Doſis ab unc. iij. ad unc. iv.

---

## VINUM ANTISCORBUTICUM.

℞ V*Ini Rhenani* lib.iv. *ſuc. Cochleariæ*, *Naſturt. aquat. Becabungæ*, *Acetoſ. ana depurat.* unc.iv. *Rad. Raphani ſylv. Enulæ camp. Ireos noſt. ana in orbiculos tenues inciſ.* unc.j.dimid. *ſem. Erucæ contuſ.* unc. j. Miſta ponantur in vitro, & in loco frigido ad ſuos uſus reſervetur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VInum hoc medicatum, præmiſſis tamen univerſalibus, & corpus debitè evacuantibus, Scorbuticam colluviem, in hiſce maritimis, & Aquiloniis regionibus, in quibus Scorbutus domeſticus, & vernaculus eſt, perfectè curat, & aliàs in rectificatione ſanguinis infallibile eſt experimentum. Doſis ab unc.iij. ad unc.iv. manè, & veſperi horis duabus ante cœnam, & medicamenti hujus uſum æger continuet, donec meliùs ſe habere animadvertat.

SE-

# SECTIO XXIII.
## DE
# ACETIS MEDICATIS COMPOSITIS.

### ACETUM AROMATICUM ODORATUM.

♃ R*Ad.Ireos Flor*.unc. j.dim.*Flor.Lavendulæ*, *Roſar.rub. Tunicæ* ana unc. j. *Caryophyllorum*, *Cinnamomi acut*. ana unc.dimid. *Nuc.moſchat. Macis*, *Galang.min. Zodoariæ* ana drach. iij. *cor. Aurantiorum*, *Citri* ana drach.ij. *Styrac. calamit. Myrrhæ rub Benzoin*. ana drach.j.dimid. *Fol. Roriſmarini*, *Rutæ*, *Majoranæ*, *Salviæ* ana drach.j. *Galliæ Moſchat. veræ*, *Lign. Aloes*, *Santali citrin. Spic. Indicæ* ana drach.dimid. Aceti vini violati q. ſ. Miſc. & Acetum tinctum, & benè imprægnatum uſui ſervetur.



Digitized by Google

*Vires, & Uſus.*

CUm intincto panno lineo naribus, odoris ergo recipiendi, admotum, cerebrum confortat, ſenſus excitat, Spiritus recreat, animique defectione vires quaſi emortuas copioſè reſtaurat, cæteriſque cordis affectibus opem unicè præſtat.

## ACETUM THERIACALE.

℞ THeriach. *Andromach.* unc. j. *Corn. Alcis Spagyricè calc. Bac. Juniperi, Sem. Card. Bened.* ana unc. dimid. *Fol. Verbenæ, Scordii, Rutæ* ana drach. ij. *Myrrhæ rub. cort. Citri* ana drach. j. dimid. *Rad. Tormentillæ, Angelic. Zedoar. Petaſit.* ana drach. j. *Camphoræ, Lig. Aloes, Macis* ana drach. dimid. *Aceti vini Calendulati* q. ſ. Miſce, donec optimè tingatur; poſteà ſeparabis Acetum tinctum, & ad uſum reſervabis.

## ACETUM MITHRIDATICUM.

℞ MIthridat. *Damoc. Terræ ſigill.* ana unc. j. *Rad. Tormentillæ, Enulæ camp. Angelicæ* ana drach. vj. *Corn. Cervi ſ. igne calc. Pulv. Serpentum, Myrrhæ rub.* ana unc. dimid. *ſem. Citri excort. Acetoſæ, Bac. Juniperi* ana drach. iij. *Flor. Calendulæ, Tunicæ* ana drach. ij. *Croci Oriental. Caryophyllorum, Camphoræ* ana drach. j. *Aceti vini Roſat. q. ſ.* Miſce, & acetum optimè coloratum ad uſum repone.

*Vires, Uſus, Doſis.*

DUo hæc Aceta in Peſte, & morbis Epidemiis valdè celebria ſunt: Reſiſtunt enim impreſſioni, & præſer-

ſervant à putredine, & qui horis matutinis, vel de Theriacali, vel de Mithridatico ad Cochl. j. utitur, eodem die, poſt Dei providentiam, non inficitur. In curatione. Doſis utriuſque Cochl. ij. cum ſcrup. j. Bezoart. noſt. Solar. vel Aureæ Hadrianææ &c. Laudantur ſimiliter, ſi ſingulo manè, antequam quis domo ſua exeat, lavet manuum pulſus cum his Acetis: Item portare in manu ſpongiam in ipſis infuſam. Quibus tamen ſicciuſeſt cerebrum, & qui vigiliis moleſtantur, ii aceti odore parcius omnino utantur, aut etiam planè ab eo abſtineant.

## ACETUM ZEDOARTICUM.

♃ R*Ad. Zedoariæ* unc. j. *Angelicæ*, *Tormentillæ*, *Scorzoneræ* ana unc. dimid *Bac. Lauri excort. Juniperi* ana drach. iij. *Flor. Calendulæ*, *Lavendulæ*, *Roſar. rub.* ana drach. ij. *Myrrhæ rub. Lig. Aloes*, *Macis* ana drach. j. dimid. *Caryophyllor. Nuc. moſchat.* ana drach. j. Infundantur in Aceti vini Sambucati ſ. q. donec perfectè coloretur; poſteà acetum coletur, & reponatur.

## ACETUM MYRRHATUM.

♃ M*Yrrhæ rub.* unc. j. *Rad. Gentianæ* unc. dim. *H rb Card. benedict. Rutæ*, *Abſynthii*, *Scabioſæ*, *Veronicæ*, *Scordii* ana drach. ij. *Croci Oriental. Caſſiæ Lign. Caſtorei* ana drach. j. Macerentur in aceti vini Caryophyllati ſ. q. per octiduum; poſteà filtrentur, & acetum clarum ad uſum ſervetur.



Digitized by Google

## ACETUM RHIZOTICUM.

℞ Rad. *Tormentillæ, Serpentar. Pimpinell. Angelic. Valerian. Imperator. Succiſ. Dictam. alb. Enul. camp. Vincetoxic. Zedoariæ, Petaſit.* ana unc. dimid. Infundantur in aceti vini Salviati ſ. q. & poſt debitam digeſtionem acetum filtratum ad uſum reponatur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

MAximam vim contra Peſtilentis veneni corruptionem tria hæc præcedentia aceta habent; Immò multarum ſunt virtutum: quibus vel nares, & pulſus inungi, aut ſpongiæ olfaciendæ imbui, vel ſilices, aut lateres igniti perfundi poſſunt: quodque tum ad Peſtem præſervandum, tum curandum propinari poteſt. In curatione autem datur Cochl. j. aut alterum pro virium ratione ad ſudoris provocationem. Pro præſervatione Cochl. dimidium ſufficit.

---

## ACETUM BEZOARTICUM.

℞ Rad. *Scorzoner. Angelic. Dictam. alb.* ana unc. j. *Tormentill. Zedoariæ, Enul. camp.* ana unc. dimid. *Camphoræ* drach. j. dimid. Pulveriſatis, & miſtis affunde Sp. vini à confectione Bezoart. Solar. noſt. reſidui, & aceti vini Sambucati deſtillati ana ad 6. digitorum ſupereminentiam; ſtent in vitro optimè clauſò, donec perfectè tingantur, poſteà filtrentur, & ad uſum reſerventur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

ACetum hoc Bezoarticum tanta virtute pollet, ut unc. dimid. vel unius pondere, vel per ſe, vel pari

ri cujuſvis aq. cordialis quantitate potum, Peſti mirificè opituletur, & infectos, vel à quocumque venenato animali ictos, vel demorſos, cum adſtantium admiratione, à longo veluti ſomno excitet, & integræ ſanitati reſtituat. Valet etiam contra omnia venena hauſta, ſive per os ſumpta; necnon cor majorem in modum roborat, & omnes ſpiritus recreat; Præſervandi gratia Cochl. dim. manè ſumitur; Curandi verò, datur ab unc. dimid. ad unc. j. ex aq. Card. bened. Hirundinariæ, Scordii, vel ſimili &c.

## ACETUM DIAPHORETICUM.

℞ Rad. *Sarſæparill. Chinæ* ana unc. j. *Lig. Saſſafras* drach. vj. *Flor. Sambuci* unc. dimid. *Caſſiæ lign.* drach. ij. Inciſa, & contuſa infundantur in aceti vini acerrimi ſ. q. & macerentur tamdiù, donec rubini inſtar tingantur; poſteà filtrentur, & acetum perfectè tinctum, & filtratum uſui ſervetur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

ACetum hoc laudabile, cerebri, & capitis vitia emendando, Jecur confirmando, Lienem extenuando, Hydropi auxiliando, Renum calculum ejiciendo, flatus diſcutiendo, vomitus cohibendo, concoctionem juvando, putredini reſiſtendo, venereo morbo ſuccurrendo, incipientem Elephantiaſin curando, egregiam vim diaphoreticam habet. Denique ob ingentem ſiccitatem, & moderatum calorem, eſt remedium excellens ad omnis generis defluxiones, quas abſumit. Sed iis, qui extenuati ſunt, & imbecilles, non convenit. Spongiam quoque in aceto hoc infuſam geſtare, & odorari maximè prodeſt adverſus Peſtis contagia, præſertim non neglectis aliis remediis. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij. per ſe, vel in vehiculis appropriatis.



Digitized by Google

## ACETUM HYSTERICUM.

℞ HErb. *Rutę rec. exſic. Gran. Chamæactes* ana unc. j. *Gum. Sagapeni*, *Galbani* ana unc. dimid. *Rad. Peucedani*, *Caſtorei veri* ana drach. ij. *Callor. Equarum*, *Aſę fœtidę* ana drach. j. Infundantur in aceti vini acerrimi ſ. q. & fiat digeſtio in B. M. per 5. aut 6. dies, quouſque acetum perfectam acquirat tincturam; poſteà filtra, & ad uſum reſerva.

### *Vires*, *Uſus*, *Doſis*.

MUlieres ſuffocatas ſtatim olfactu, & odoris ſuffitu ſuſcitat; necnon Vertiginoſos, & utcunque veterno obdormiſcentes excitat. Internè quoque ſumptum, idem facit. Doſis à Cochl. dimid. ad integrum.

---

## ACETUM VOMITORIUM DESTILLATUM.

℞ COrt. Rad. Thapſię unc. iv. *Rad. Aſari rec. exſicc.* unc. ij. *Sem. Carthami. excort.* unc. j. *Cinnamomi acut.* unc. dimid. Miſta, & contuſa infundantur in aceti vini acerrimi lib. iv. Digerantur in vitro bene clauſo, ſæpè agitando per menſem; poſteà in cucurbita ærea, ſuperimpoſito, adaptatoque alembico plumbeo, igne lento ex cineribus, uſque ad ſiccitatem deſtillentur. Et ſic habebis acetum deſtillatum à Saturno impraegnatum, & ſubdulce, quod totum, nullo rejecto phlegmate, ad uſum reſerva.

Vi-

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

Est Vomitorium leve, ſuave, quod omnes humores tam frigidos, quàm calidos ſine labore purgat. Datur in Quotidiana, & Tertiana vera, & notha, quas ſedat; necnon debilitatem, & nauſeam à ſuperfluis, & acutis humoribus factam aufert. Probatiſſimum etiam Febribus interpolatis poſt ſeptem acceſſiones. Doſis ab unc. ij. ad unc. iij. plùs minuſve. Delicatis exhibetur cum Syrupo acetoſo.



Digitized by Google

# SECTIO XXIV.

# DE EPITHEMATIS.

## EPITHEMA GENERALE

In Melancholia, Mania, Phreneſi, vigiliis immodicis, omni dolore, & dyſcraſia caput reſpiciente à quacunque cauſa.

℞ AQ. *Papav. errat. Lactuc. Roſarum* ana unc. iv. *Troch. de rad. Rhodia noſt.* unc. j. Miſce pro Epithemate.

## ALIUD EJUSDEM EFFICACIÆ.

℞ AQ. *Hyoſcyami, Salviæ, Verben.* ana unc. iv. *Troch. de rad. Rhodia noſt.* unc. j. Miſc. pro Epithemate; & quando neceſſe erit, petiam duplam lini infunde, & facta expreſſione, tepidam applica fronti, & temporibus, quod etiam in ſequentibus obſervandum.



Digitized by Google

# EPITHEMA

In dolore capitis à cauſa frigida, cum, vel ſine catarrho.

℞ AQ. *Betonic. Roriſmarin. Verbenæ* ana unc. iv. *Nucl. Perſicor.* unc. dimid. *Cubebarum* drach. iij. *Nuc. Moſchat. Sandaracæ* ana drach. j. *Rad. Mandragor.* drach. dimid. Miſc. & fiat Epithema tepidè applicandum.

Aliud in eadem cauſa.

℞ AQ. *Chamomill. Salviæ*, *Roſar.* ana unc. iv. *Nucl. Perſicor.* unc. dimid. *Olibani opt.* drach. ij. *Caryophyllorum*, *Macis*, *Lig. Aloes* ana drach. j. *Rad. Zedoariæ* drach. dimid. Miſce pro Epithemate.

---

# EPITHEMA

In dolore capitis à cauſa calida, cum, vel ſine catarrho.

℞ AQ. *Roſarum fragrantiſſ. Violarum*, *Malvæ min.* ana unc. iij. *Santalorum omnium* ana drach. j. dimid. *Succini alb. præp.* drach. j. *Flor. Papav. errat. Verben.* ana drac. dim. *Camphor.* ſcrup. j. Miſce pro Epithemate Capitis.

Aliud in eadem cauſa.

℞ AQ. *Papav. errat. Roſar. opt.* ana unc. iij. *Cranii human. ſ. igne calc.* drach. j. *Croci Orient.* drach. dim. Miſc. pro Epithemate capitis: mirabiliter enim operatur.



Digitized by Google

## EPITHEMA HYPNOTICUM.

℞ *A.Q. Roſar. fragrantiſſ. Lactuc.* ana unc. iv. *Opii Spagyricè præp.* drach. j. *Croci Orient.* drach. dimid. *Spong. in arbuſto roſar. nat.* ſcrup. j. Miſc. diſſolvendo fideliter: poſteà miſtura imbuta lintea temporibus tepidè applicentur, nareſque madefiant, unde protinus dormire incipiunt.

### Aliud ſoporiferum.

℞ *A.Q. Nuc. Moſchat. Lactuc. Solatri* ana unc. iv. *ſem. Papav. alb.* unc. dimid. *Hyoſcyami*, *Anethi* ana drach. ij. *Rad. Cynogloſſ.* drach. j. dimid. *Flor. Enulæ campan. Nymph. citrin. Violarum* ana ſcrup. j. Piſtentur ſemina in mortario lapideo & piſtillo ligneo; poſteà f. commixtio bona, ac expreſſio pro Epithemate capitis.

---

## EPITHEMA CORDIALE

### Calorificum, & expertum.

℞ *A.Q. Cinnamomi*, *Meliſſ. Bugloſſ.* ana unc. iij. *Corn. Alcis Spagyricè calc. Caryophyllorum*, *Nuc. Moſc. cort. Citri* ana drach. j. dimid. *Lig. Aloes* drach. j. *Margarit. præp. Corallor. rub. præp.* ana drach. dimid. *ſem. Majoran. Baſilici* ana ſcrup. j. *Croci Orient. Anthos* ana ſcrup. dimid. Miſce pro Epithemate cordis.

### Aliud in eadem cauſa.

℞ *A.Q. Roſar. fragrant. Baſilic. Flor. Tunicæ* ana unc. iij. *Spec. Diamoſchi dulcis*, *Diambræ* ana

drach. j.

Digitized by Google

drach.j. dimid. *Dianthos de Gemmis cal.* ana drach. j. Miſc. & f. Epithema, quod regioni cordis applicetur.

---

# EPITHEMA

## Refrigerans in Syncope, & aliis cordis affectibus, &c.

℞ AQ. *Roſarum rub. Acetoſ. Nenuphar.* ana unc. iv. *Aceti violati* unc. j. *Corallor. rub. præp. Santalor. omnium* ana drach. j. *Terrę ſigill. Bol. Armen.* ana ſcrup. ii. *Lap. 5. pretioſ. pręparat.* ana ſcrup. j. *Oſſ. de Corde Cervi*, *Margarit. pręp. Macis*, *Cinnamomi acut. Camphorę* ana ſcrup. dimid. Miſce pro Epithemate cordis.

---

# EPITHEMA

## In palpitatione cordis nobiliſſimum.

℞ AQ. *Majoran. Baſilici*, *Meliſſ. Roſarum* ana unc. iij. *vini Malvatici*, *Aceti roſati* ana unc. j. *Spec. de Gemm. calid. Diambr. Diamoſchi dulc.* ana drach. j. *Lig. Aloes*, *Macis* ana ſcru. ii. *Cinnamomi*, *Anthos* ana drach. dimid. *Oſſ. de corde Cervi*, *Margaritar. pręp. Corall. rub. pręp. cort. Citri* ana ſcrup. j. *Lap. 5. pretioſ. pręp.* ana ſcru. j. Miſce pro Epithemate cordis.

## Aliud in eadem cauſa.

℞ AQ. *Roſar. fragrant. Salvię*, *Borraginis* ana unc. iij. *vini odoriferi* unc. j. *Aceti violati* unc. dimid. *Spec. Diathamaron*, *Diamarg. frig.* ana drach. j. dimid.

dimid. *Corn. Cervi Spagyricè calc. Caſſiæ ligneæ opt.* ana drach. j. *Santali citrin Cardamom. min.* ana drach. dimid. *Croci Oriental. Flor. Tunicæ* , *Anthos* ana ſcrup. j. Miſce pro Epithemate ſuper pectus .

---

## EPITHEMA

### In debilitate , & inflammatione Hepatis.

℞ AQ. *Nenupharis* , *Abſynthii* , *Endiviæ* , *Roſarum* , *Cichorei* ana unc. ii. *Aceti Roſati* unc. j. *ſpec. Diatrion. ſantal.* unc. dimid. *Cryſt. Saturni* drach. ii. *Rhabarb. opt.* drach. j. dimid. *Corallor. rub. præp.* ſcrup. ii. *ſem. Portulac. Acetoſ.* ana ſcrup. j. *Camphor. Macis* , *Spicæ* ana ſcrup. dimid. Miſce ſ. artem pro Epithemate.

### Aliud in eadem cauſa.

℞ AQ. *Flor. Epatic. alb. Rub. Idæi* , *Fragorum* , *Centaur. min* ana unc. iij. *Aceti Santalini* unc. j. dimid, *ſpec. Diarrhod. Abat.* drach. iij. *Rad. Scorzoner. Plantaginis* ana drach. j. *Sal. Endiviæ* , *Cichorei* ana drach. dimid. *ſem. 4. frig. major. minor.* ana ſcrup. j. Miſce pro Epithemate Hepatis.

---

## EPITHEMA HEPATICUM
### in cauſa frigida.

℞ V*Ini Malvatici* unc. iv. *Aq. Agrimoniæ* , *Veronicæ* , *Serpilli* ana unc. iij. *Spir. Juniperi* unc. j. dimid. *Spec. Diacurcumæ* , *Diacubebæ* ana drach. ij. *Rhabarb. elect. Calami aromat. Caſſiæ ligneæ* ana drach. j. *Sal. Abſynthii Pont. Abrotani* ana ſcrup. ii. *Croci Or. Sem. Ameos* , *Spicæ* ana drach. dimid. *Schœnanti* , *Flor. Stæchad. citrin.* ana ſcrup. j. Miſce pro Epithemate.

EPI-

Digitized by Google

# EPITHEMA

## In inflammatione Renum præſentiſſimum.

℞ S*Uc. depurat. Plantaginis*, *&* *Solatri* ana unc. iv. *Aq. ſempervivi domeſt. Portulacæ* ana unc. iij. *Vini odoriferi*, *Aceti vini violat.* ana unc. j. dimid. *Nitri præpar.* unc. j. Miſce, & f. Epithema Renum regioni applicandum, ut eſt moris. Notandum autem ſi Epithemata refrigerantia nobili membro adminiſtrari debent, tum non actu frigida, ſed tepida imponantur: niſi intenſus admodum calor adſit; tunc enim actu frigida adhiberi poſſunt.

SE-

Digitized by Google

# SECTIO XXV.

## DE

# DECOCTIS.

### DECOCTUM CATARRHALE.

℞ AQu. *Fontanæ opt. & claræ* lib. LX. *Mellis opt. & deſpumat.* lib. v. *Herb. Salviæ acut. Origani, Majoranæ, Hyſſopi, Roriſmarini* ana unc. j. Coquantur ad conſumptionem tertiæ partis, f. colatura, cui à novo imponantur: *Rad. Enulæ campan. Tuſſilaginis, Ireos Florent.* ana drach. vi. *Sem. Urticæ Rom. Card. bened. Aniſi, Fœniculi* ana unc. dimid. *Herb. Capill. Veneris, Pulmonar. macul. Scabioſæ, Marrubii* ana drach. ii. *Flor. Cordialium, Farfaræ, Papav. errat.* ana drach. j. Macerentur per 24. horas, & adde: *Cubebarum electar. Cinnamomi acut. Nuc. Moſchat. Cardamom. min. Zingib. alb. Galang. min. Caryophyllor.* ana drach. dimid. Poſteà bulliant ebullitione unica, reponatur in vaſe aliquo vitreo, permittatur reſidere tota die, & f. l. a. Decoctum clarum.

Vi-

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Catarrhis à capite ad pectus, & ſubjectas partes deſcendentibus, potio valde efficax eſt. Doſis bonus hauſtus pro una vice, vel patiens tantum quotidiè bibat, quantum, ratione ſitis, neceſſitas requirit.

---

## DECOCTUM COSMETICUM.

℞ B*Orracis Venet. Sacchar.cand. alb. Mercurii Sublimat.* ana drach. ii. Pulveriſentur ſubtiliſſimè, & ſeorſim in petia ligata coquantur ad liquefactionem Mercurii in Roris Majalis ſupra triticum collect. lib. iv. & in colatura adhuc calida ſolve Camphoræ drach. ii. poſteà filtra, & ad uſum reſerva.

*Vires, & Uſus.*

EXternè ſaltem adhibetur contra omnes faciei maculas, quas tollit, & cutem dealbando illuſtrat. Sed in applicatione cave, ne oculos, vel dentes attingat.

---

## DECOCTUM ARTHRITICUM.

℞ F*Aſſular. min.* unc. viij. *Raſ. Ligni Sancti* unc. iv. *Rad. Chinę opt.* unc. j. *Glycyrrhiz. Acori aq.* ana unc. dimid. *Cinnamomi acut. Galang. min.* ana drach. ii. Inciſa, & contuſa infundantur per 24. horas in aq. Hordei lib. x. poſteà lento igne coque ad tertiæ partis conſumptionem, & fiat l. a. potio clara.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Catarrhoſis, & arthriticis hominibus, aliiſque morbis à deſtillatione humorum frigidorum pendentibus, præſertim ubi ægri valdè ſitiunt, feliciſſimè utor, & in Cacochymia, & Hydrope pro potu quotidiano ordinare ſoleo: Nimiam enim ſuperfluitatem exſiccat, & corpus corroborat. In doſi non facilè erratur; propterea ad libitum patiens bibat.

---

## DECOCTUM PECTORALE SUBACIDUM.

℞ AQ. *Fontanæ* lib. ii. dimid. *Mellis virginei* lib. ii. *Aceti vini generoſi* lib. j. dimid. Coque lento igne ad remanentiam lib. iv. in quibus infunde: *Paſſular. min.* unc. iij. *Sem. Card. bened. Urticæ Rom.* ana unc. j. *Rad. Enulæ camp. Ireos Florent. Tuſſilaginis* ana unc. dimid. *Herb. capil. Veneris, Polytrich. Scabioſæ, Hyſſopi* ana drach. ii. *Dactylorum, Jujubar. Ficuum* ana No: viii. *Flor. Farfaræ, Violarum, Bugloſſ. Borraginis* ana drach. j. Macerentur per 24. horas, poſteà lento igne coquantur ad unius partis conſumptionem, & tandem per manicam Hippocratis colentur, & pauco cinnamomo aromatizentur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Phthiſi, Aſthmate, Tuſſi, &c. ceteriſque morbis pectoralibus humores craſſos attenuat, viſcoſos incidit, duros mollit, ineptos evellit, & putredini reſiſtit. Doſis ab unc. dimid. ad unc. j.

DE-

Digitized by Google

## DECOCTUM PECTORALE SUBDULCE.

℞ *PAſſular. minor. Sacchari cand. alb.* ana unc. iv. *Rad. Glycyrrhiz. Tuſſilaginis, Ireos Flor.* ana unc. j. *Herb. Pulmonar. maculoſ. Capill. Veneris, Veronicæ, Marrubii, Scolopendriæ* ana unc. dimid. *ſem. Myrtillorum, Aniſi, Fœniculi* ana drach. iij. *Flor. Chamomillæ Rom. Malvæ arbor. rub. Bugloſſ. Epatic. alb. Centaur. min. Violarum* ana drach. j. dimid. *Dactylorum à pelle mund. Caricar. ping. Jujubar. Sebeſten.* ana No. viij. Inciſa, & contuſa infundantur per 24. horas in Hydromellis lib. iv. Aq. ex ſuc. Scabioſæ deſtillat. lib. ii. poſteà coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, & circa finem decoctionis aromatizentur ſecundum artem cum *Galangæ min. Cinnamomi acut. Cardamom. min. Zingib. alb.* ana drach. j. *Croci Orientalis* drach. dimid. Et f. per manicam Hippocratis potio clara, quæ edulcoretur parum Saccharo cando albo.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

ASthmaticis, Hepaticis, Pleuriticis, & Tuſſientibus ſubvenit, & Phthiſici hoc decocto diu poſſunt foveri. Quia ſputum facilitat, pectus mundificat, pulmones exulceratos ſanat; necnon Hepatis, & Lienis obſtructiones reſerat. Doſis manè, meridiè, & veſperi ab unc. ij. ad unc. iij.

---

## DECOCTUM RAD. CHINÆ PECTORALE.

℞ *RAd. Chinæ opt. & ponderoſ. per tranſverſum in taleolas rotundas ac tenues inciſ.* unc. iij. Infunde in aquar. Tuſſilaginis, Scabioſæ, Veronicæ ana

Digitized by Google

anà lib. ij. ſtent in infuſione in loco calido per 24. horas vaſe vitreato, & pannis benè cooperto; poſteà adde: *Herb. Bugloſſæ* unc. j. *Rad. Glycyrrhiz. raſæ*, *Enulæ camp.* ana unc. dimid. *Sem. Bombacis*, *Fœniculi* ana drach. ij. Miſta coquantur ad medias, & circa finem aromatizentur cum Cinnamom. drach. j. dimid. pedetentim refrigeſcant, & per manicam Hippocratis fiat potio clara pro ſudorifero, quæ edulcoretur Syr. è ſuc. Violar. veri unc. iv.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Catarrho, Morbis pectoralibus, Aſthmate, &c. ex hujus Decocti uſu non ſolùm ſentiunt alleviationem, ſed etiam toto corpore rectiſſimè poſteà habent. Inſignem quoque Phthiſicorum ulcera curandi vim habet. Febris tamen ratio habenda; nam ſi Hectica conjungatur, ab hoc Decocto abſtinendum. Exhibetur bis in die pro ſudorifero, ut in cura ligni fieri ſolet; pro potu autem quotidiano in prandio, & cœna utatur ſequente Decocto paſſulato.

---

## DECOCTUM PASSULATUM.

℞ P*Aſſular. min.* unc. iv. *Hordei excort.* unc. iij. *Rad. Chinæ optimæ*, *Glycyrrh. Scorzoner.* ana unc. dimid. *Cinnamomi* drach. iii. *Flor. Violarum exſic.* ſcrup. j. Coq. l. a. in Aq. fontan. lib. vi. ad tertias; poſteà colatura clarificetur cum album. ovorum duorum, & fiat potio clara.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HOc Decocto utatur æger in paſtu pro potu ordinario; valet enim ſpeciali quadam faculta-

te

Digitized by Google

te ad Thoracis, & Iecoris affectus; necnon leniendo, detergendoque Pulmonis vitiis probè ſubvenit. Doſis bonus hauſtus pro una vice.

## DECOCTUM CITRI.

℞ *Malorum Citriorum cum corticib. in taleolas rotundas ac tenues inciſ.* No. iij. vel iv. *Sacchari albiſſ.* unc. iv. *Aq. fontanæ* lib. vj. Coquantur ad tertias; poſteà colentur, & decoctum clarum inſtar vini, ad uſum reponatur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

PRo potu quotidiano ordinare ſolemus in peſte, morbis Epidemiis, Febribus æſtuantibus, & bilioſis, inflammationibus, Variolis, & Morbillis, Nephritide, Siti immodica, Cholera, &c. Quia inſigniter refrigerat, & humectat. Cor, Ventriculum, Hepar, Splenem, Renes, & cætera viſcera calida, & imbecilla confortat, & à putredine vindicat. Doſis bonus hauſtus pro una vice; pro delicatis verò præparatur ſine corticibus, ſic magis palato ſervit. Vino permiſtum ebrietati reſiſtit, & eſt ſucus honeſtus.

## DECOCTUM HEPATICUM.

℞ *Caulium Lactuc. Hiſpanic. condit.* unc. iij. *Rad. cichorei cond. Scorzoner. cond.* ana unc. j. dimid. *ſem. Melon. contuſ. Uvarum Corintb.* ana unc. i. *Hepatis Lupi* unc. dimid. *flor. Epaticæ alb. Violarum, Cichorei, Nymphææ* ana drach. i. *ſpec. Diarrhod. Abb. Triaſantali ana in petia ligat.* drach. dimid. Coquantur l. a. in aq. decoct. Hordei lib. vj. ad conſumptionem medietatis, Colatu-

ra clarificetur albumine ovorum; poſteà adde: *Suc. Granator. acidor. Citr. depurat.* ana unc. vi. *Syr. Violar. cærul. optimè vitriolat.* unc. iv. *Aq. Cinnamomi* unc. dimid. Miſc. & fiat decoctum clarum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

MAgnam vim habet calorem Cordis, & Hepatis temperandi: Refrigerat enim, & confortat. Convenit quoque in leniendo pectore, atque pulmone humectandiſque præcordiis. Doſis ab unc. iij. ad unc. iv. ſive bonus hauſtus.

## DECOCTUM SPLENETICUM.

℞ FOl. *ſenæ elect. Braſſic. mar.* ana unc. j. *Rad. Capparum, Fœniculi, Graminis, Ireos noſt. Ebuli* ana drach. iij. *Rhabarb. elect. Epithimi, ſpec. Diarrh. Abb.* ana drach. ii. dimid. *Herb. Capill. Veneris, Hiſſopi, Scolopend. Betonic.* ana drach. ij. *flor. Centaur. min. Lupuli, Epaticæ alb.* ana drach. j. Inciſa, & contuſa infundantur per 24. horas in *Aq. Cochleariæ, Fum. Acetoſ. Veronicæ* ana unc. viij. poſteà coquantur, ut eſt artis & f. decoctio clara, in qua diſſolve Crem. Tartari drach. vj. & ſolutis adde: *Syrup. de Cochlearia, Cichorei ſimpl. Fumariæ, Agrimoniæ* ana unc. j. *ſp. ſalis correct.* drach. dimid. Miſce.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN obſtructione, tumore, duritie, & Scirrho Lienis; item in Scorbuto, rectificatione ſanguinis, & mala diſpoſitione ad Hydropem decoctum eſt excellens. Doſis ſingulis diebus ab unc. ij. ad unc. iij.

DE-

Digitized by Google

## DECOCTUM ANTICTERICUM.

℞ HErb. *Abrotani* unc. dimid. *ſtercor. anſerin. vernò tempore collect. & in petia ligat.* drach. iij. *Rad. Chelidoniæ, Curcumæ, Rhabarb. opt. Zedoariæ* ana drach. j. dimid. *Nuc. moſch. Bac. Lauri exc.* ana drach. j. *ſem. Cumini, Aniſi* ana drach. dimid. *Croci Oriental. Lilior. alb.* ana ſcrup. dimid. *Vini albi odorif.* lib. iv. Coq. ad tertias, & f. potio clara.

*Vires, Uſus, Doſis.*

ICtericus de hoc Decocto per ſex dies, manè hauſtum unum calidè bibat: quia Auriginoſum, ſeu Regium morbum penitus tollit. Pauperes loco vini cereviſiam optimè defæcatam ſubſtituere poſſunt.

---

## DECOCTUM FICUUM.

℞ FIcuum ping. No. xv. *Paſſular. min.* unc. ij. *Raſ. cornu Cervi, Pulp. Tamarind.* ana unc. j. *Rad. Glycyrrhizæ, Myrrhidis* ana unc. dimid. *Fruct. Berber.* drach. ij. *ſem. Card. benedict. Fœniculi* ana drach. j. dimid. F. Decoctio in aq. Hordei, & Colatura album. ovi clarificetur; poſteà ℞. *Colaturæ* lib. j. dimid. *ſyr. Acetoſ. Citri* unc. iv. Miſce pro uſu.

*Vires, Uſus, Doſis.*

TUtò, & abſque ullo periculo tam morbillos, quàm variolas expellit, & malitiam illorum compeſcit. Doſis ſæpiùs in die à Cochl. j. ad ij. Si autem alvus ſupra modum laxior fuerit, addatur Gum. Tragacanth. loco pulp. Tamarind.



Digitized by Google

## DECOCTUM CONTRA MICTIONEM SANGUINIS.

℞ R*Ad. Glycyrrhizæ* unc. j. *ſem. Papav. alb. Gran. Myrtillor.* ana unc. dimid. *Glandium*, *Acaciæ* ana drach. ij. *Herb. Veronicæ*, *Capill. Ven. Ceterach. Salviæ min. Sanguiſorb.* ana drach. j. dimid. *flor. Roſar. rub.* drach. j. *Papav. errat.* ſcrup. j. Coq. in Aq. fontan. ſ. q. ut remaneant lib. ij. quæ Syrup. è ſuc. violarum edulcorentur pro uſu.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN mictione ſanguinis medicamentum eſt egregium: Citò enim, & abſque ulla moleſtia hunc affectum tollit, & fundamentaliter curat. Doſis manè, & veſperi ab unc. ij. ad unc. iij. & iv.

---

## DECOCTUM SATYRIACUM.

℞ S*Em. Linguæ avis* unc. j. *Boleti cervini*, *virg. Tauri*, *Borrac. Venet.* ana unc. dimid. *Rad. Pyrethri*, *Aronis* ana drach. iij. *Macropiperis*, *Caſtorei*, *Zingiberis*, *Cinnamomi* ana drach. ij. *Caryophyllorum*, *Cardamom. min.* *Cubebarum* ana ſcrup. j. Inciſa, & parum comminuta, ponantur in vaſe vitreato novo, & mundo, & ſuperfuſa ſ. q. Vini Malvatici ſ. a. vaſe benè delutato bulliant.

*Vires, Uſus, Doſis.*

UT præſentaneum, ita valentiſſimum: concubiturus autem de colatura hac manè, & ſerò ſumat hauſtulum.

DE-

Digitized by Google

## DECOCTUM CONTRA HERNIAM INTESTINALEM.

℞ SEm. *Perfoliat. Cumini* ana unc. j. *Rad. Aronis rec. exſic. Acori Aquat. Tormentill. Conſolid. maj.* ana unc. dimid. *Herb. vincæ pervinc. Saniculæ, Pyrolæ, Virgæ aur. Piloſellæ, Herniariæ, Craſſul. maj.* ana drach. ij. *Roſar. rub. Balauſtior. Galang. min. Caryophyllor.* ana drach. j. Inciſa, & craſſiuſculè contuſa coq. in vini albi generoſi ſ. q. ad tertias, & f. l. a. decoctio clara.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HErniam inteſtinalem, adhibitis ſimul balſamis, vel unguentis externis, ſine moleſtia curat, & eſt in hoc caſu experimentum ſingulare. Doſis manè, & veſperi bonus hauſtus.

---

## DECOCTUM CONTRA UTERI HÆMORRHAGIAM.

℞ RAd. *Cichorei* unc. j. *Tormentillæ, Caryophyllat. Glycyrrhizæ, Plantaginis* ana unc. dimid. *Gum. Arabici, Raſ. cornu Cervi, Bac. ſambuci exſic. Coriand. præp.* ana drach. iij. *Herb. Burſæ paſtor. Hepaticę aur. Sanguiſorb. Acetoſę, Equiſeti, Roriſmarin.* ana drach. ij. *Gran. Maſtichis* drach. j. dimid. *Roſar. rub. exſic. Nuc. Moſchat.* ana drach. j. Fiat decoctio in aq. Millefolii, & vini alb. ana ſ.q. ad unc. xxiv. & in colatura clara diſſolve Syr. de Suc. Cydonior. unc. iv. miſce.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN menſium purgatione immodica, & Uteri deſtillatione diuturna, ſeu continua ſecretum eſt. Doſis manè, & veſperi a Cochl. iij. ad Cochl. iv. vel hauſtulus.

---

## DECOCTUM CONTRA MENSES SUPPRESSOS.

℞ C*Innamomi acut.* unc. j. dimid. *Rad. Artemiſiæ rub. Apii, Aſparagi, Fœniculi* ana unc. dimid. *Borracis Venet. Bac. Lauri excort. Gran. Juniperi* ana drach. iij. *Herb. Centaur. min. Sabinæ* ana drach. ij. *Matricariæ, capill. Vener. Nepetæ, Pulegii, Calamenth. Serpylli* ana drach. j. dimid. *Flor. Chamomillæ, Buglоſſæ, Croci Orientalis, Macis* ana drach. j. Omnia, præter Crocum, Macim, & Cinnamomum, coq. in vini generoſi, & veteris ſ. q. ad tertiæ partis conſumptionem, & tum demum addantur aromata, & f. l. a. decoctio clara, quæ Syr. ex Suc. Artemiſiæ, & capill. Veneris edulcoretur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HOc decoctum crebra experientia comprobatum eſt. Mirè enim, & potenter menſes ſuppreſſos aperit, retentaſque ſecundinas, & fœtum mortuum (ſi non ritè ad exitum diſpoſitus) ſine periculo excludit. Doſis manè, & veſperi ante ingreſſum lecti, hauſtus mediocris: bibatur autem calidum, & tandiu procede, donec menſes ſeſe oſtenderint.

DE-

Digitized by Google

## DECOCTUM CONTRA SCABIEM.

℞ HErb. *Agrimoniæ*, *Origani*, *Veronic.* ana unc. dimid. *Rad. Enul. camp. Scorzoner. Hirundinar.* ana drach. ij. *Cinnamomi acut. Macis* ana drach. j. Coq. in cereviſiæ opt. lib. iv. ad medias, & fiat potio clara.

*Vires, Uſus, Doſis.*

PRæmiſſis univerſalibus, & corpus debitè evacuantibus, Scabiem fundamentaliter expellit, atque curat. Doſis manè, & veſperi bonus hauſtus calidè exhibendus.

---

## DECOCTUM VULNERARIUM.

℞ HErb. *Alchymillæ*, *Betæ rub. Pyrolæ*, *Sanicul. Vinc. pervinc. Virgæ aur. ſem. Angelic.* ana p. æ. Herbæ minutim incidantur, & ſemen Angelicæ groſſo modo contundatur; poſteà invicem bene miſc. & ℞. hujus pulveris miſti, & in petia ligat. unc. dimid. Vini Rhenani lib. ij. coq. in diplomate, & fiat Decoctio clara.

*Vires, Uſus, Doſis.*

OMnia vulnera, & ictus, ubicumque ſint in corpore feliciſſimè curat. Ferrum, lignum, plumbum, & alia quæque expellit. Conſolidat, & ſanat in una ſeptimana efficaciùs, quam aliud vulnerarium menſe integro. Et eſt reverà tale experimentum, quod meritò omnes Chirurgi, ambabus quaſi manibus, & grato animo, ſuſcipere debeant. Pro doſi, manè, meridiè, & veſperi Cochl. duo, vel tria calidè exhibentur.



Digitized by Google

## DECOCTUM LIGNI GUAJACI.

℞ Aſ. *Lig. Guajaci* lib. j. *cort. ejuſdem ligni* unc. iv. *rad. Chinę* unc. ij. *Sarſę parill. Saſſafras* ana unc. j. Infunde l. a. in Aq. fontan. opt. & claræ lib. xvj. per 24. horas, & coq. in olla nova vitreata bene cooperta ad conſumptionem medietatis, pro ſudorifero. Poſteà iterum coq. in Aq. Hordei lib. xij. ad tertias pro potu quotidiano, & huic ultimæ decoctioni pro libitu adde uvas paſſ. & cum pauco cinnamomo aromatizetur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN uſu hujus Decocti ineſt mirabilis proprietas contra morbum Venereum, maximè in illis, qui nimis ulceribus implentur: Horrendam enim hanc luem fundamentaliter curat. Primæ decoctionis Doſis eſt manè bonus hauſtus, vel cyathus unus calidè aſſumendus; Item poſt meridiem 2. vel 3. horas antè cœnam. De ſecunda autem decoctione patiens ad libitum bibat.

## ALIA CURA LIGNI SANCTI.

℞ L*ig. Sancti* lib. j. *cort. ejuſdem* unc. iv. *Sarſę parill.* unc. ij. *Saſſafras opt.* unc. j. Infund. in Aq. Fumariæ lib. xvi. & digerantur per 24. horas: poſteà per alembicum deſtillentur, & in liquore deſtillato coquantur *Uvarum paſſ.* unc iv. *Rad. Glycyrrhiz. Chinæ* ana unc. i. *ſem. Fœniculi*, *Aniſi* ana unc. dimid. *Herb. Betonic. Cichorei* ana drach. ii. Colentur, ut eſt artis, & colatura clara reſervetur uſui.

*Vi-*

*Vires, Uſus, Doſis.*

EXſiccat, attenuat, expurgat, ſudorem movet, Ideòque putredini, & contagioni reſiſtit. Cerebri, & capitis vitia emendat. Luem Veneream curat. Jecur confirmat. Lienem extenuat, ejuſque ſcirrhis maximè prodeſt. Hydropi auxiliatur. Ulcera maligna ſanat. Lepram, & Elephantiaſin juvat, &c. Doſis, bonus hauſtus bis (ut ſciunt Practici) in die calidè exhibendus.

---

## DECOCTUM ADSTRINGENS.

℞ R. *Ad. Tormentill. Serpentar.* ana unc. j. *Cydonior. exſicat.* drac. vj. *ſem. Lapathi acut. Antherę Roſarum* ana drach. ij. *Herb. urticę mort. cum flor. rub.* drach. j. dimid. *Nuc. Moſchat. Cinnamomi acut. Galang. min. Caryophyllor.* ana drach j. *Sebeſten.* No. ix. Coq. l. a. in Aq. Plantaginis lib. iij. ad tertias, & in colatura clara diſſolve camphoræ drach. i. & ad libitum cum miva cydonior. edulcora.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Dyſenteria, cæteriſque alvi fluxibus, &c. experimentum eſt; necnon Hæmorrhagiam variam curat. Doſis manè ſtomacho jejuno bonus hauſtus.

---

## DECOCTUM POLYPODII. PURGANS.

℞ R. *Ad. Polypodii querc. Paſſular. mund.* ana unc. ii. *ſem. Chartami, Hordei* ana unc. i. dimid. *Glycyrrhiz. raſ.* unc. dimid. *Herb. Hyſſopi, Scabioſ.*

*Tuſ-*

Digitized by Google

*Tuſſilag. Chamæd.* ana drach. j. *Jujubar.* No. xv. *Ficuum ping.* No. vj. *Dactylorum à pelle mund.* No. iv. Coq. in ſ. q. ſeri lactis ad remanentiam unc. xxj. & ſub finem decoctionis adde *Fol. ſenæ elect.* unc. iij. *Agarici trochiſcat.* drach. iij. *ſem. Fœniculi, Aniſi* ana drach. j. dimid. Decoque ſine ebullitione, f. potio clara, ut eſt artis.

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN Phthiſi, Aſthmate, Pleuritide, cæteriſque morbis pectoralibus, &c. feliciſſimè utimur. Doſis ab unc. iv. ad unc. v. & purgata alvo bibat decoctum pectorale noſtrum ſubacidum, vel ſubdulce, prout occaſio eſt.

## DECOCTUM GALLI ANTIQUI FARCINATI.

℞ *Rad. Polypodii* unc. j. dim. *ſem. Chartami* unc. j. *Cinnamomi acut.* drac. iij. *Fol. Senæ elect. Turbith. albi, cort. Aurantior.* ana drach. ij. *Zingib. alb. Galang. min. Macis* ana drach. j. *ſpec. Diacumin, Dianiſi* ana drach. dimid. *Bac. Lauri* No. vj. Species miſtæ ultimò cum panniculo, cùm gallus ſufficienter ferè eſt coctus, imponantur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VAlet in colica paſſione à materia craſſa, flatuoſa, & Phlegmatica.

## DECOCTUM SANGUINEM MUNDIFICANS.

℞ COrt. *Myrob. citrin.* unc. j. *Flor. Violarum exſicc.* drach. j. *Prunorum* No. xix. *Sebeſten. Jujuba.* ana No. viij. Fiat decoctio in aq. Flor. Acaciæ, ad remanentiam

Digitized by Google

tiam unc.iij. in qua diſſolve: *Scammonii potab noſt* ſcrup.j. *Ol.Cinnamomi*, *Aniſi* ana gut.j. Miſce, & f. hauſtus pro una vice.

*Vires, & Uſus.*

Bilem utramque, necnon pituitam, & alios humores purgat: Propterea ſanguinem mundificat, & Febrientium ventrem laxat.

## DECOCTUM SENÆ.

℞ FOl.*Senæ* drach.iij. *acidi Tartari* drach.j. *aq.Fumariæ calidæ* unc.iv. Fiat infuſio per noctem; manè decoquantur parum, ſaltem ad liquefactionem acidi Tartari, & in colatura adhuc calida diſſolve *Mannæ Calabrin.* drach.vj. Iterùm cola, & adde *Aq. Cinnamomi* drach.j. *Elæoſacch. Citri* ſcrup.dimid. Miſce, & f. hauſtus purgans pro una doſi calidè exhibendus.

*Vires, & Uſus.*

PRodeſt ad univerſi corporis purgationem. Omnium viſcerum obſtructiones reſerat, ſanguinem expurgat. Imprimis autem bilem tum atram, tum flavam, & pituitam per inferiora educit. Roborat, & mundat cerebrum, caput, cor, pulmonem, Jecur, Lienem, & omnes corporis ſenſus, omnibuſque eorum incommodis confert. Senectutem quoque retardat, juventutem auget, & hilaritatem adfert. Inſuper omnibus morbis diuturnis, Melancholicis, & tartareis, ut Epilepſiæ, Amentiæ, Delirio, Cephalalgiæ, Podagræ, Elephantiaſi, Scabiei, Puſtulis, Prurituі, & aliis cutis vitiis, &c. optima eſt medicina. Datur etiam commodè prægnantibus, pueris, & cujuſcumque ætatis hominibus: alvum enim modeſtiſſimè, & ſine moleſtia ſolvit. Pro junioribus autem tertia, vel dimidia pars ſufficit.



Digitized by Google

## DECOCTUM SENÆ CUM RHABARBARO.

♃ FOl. *Senæ elect.* drach. ij. *Rhabarbari opt. Acidi Tartari* ana drach. i. *aq. Fumarię calidę* unc. iv. Infundantur per noctem; manè ebulliant parum, ut liqueſcat Tartarus: poſteà expreſſione facta, in colatura adhuc calida diſſolve *Mannę Calabrin.* drach. vj. Iterum cola, & adde *Aq. Cinnamomi* drach. j. *Elęoſacch. Aniſi* ſcrup. dimid. Miſc. & fiat hauſtus purgans pro una doſi, qui calidè aſſumendus.

### *Vires, & Uſus.*

PItuitam, & utramque bilem, pręcipuè à Ventriculo, Hepate, Liene, &c. purgat. Sanguinem mundificat. Obſtructiones omnes liberat, & affectus inde, ut Icterum, Hydropem, Splenis tumorem, Febres putridas, etiam diuturnas, dolorem Hipochondriorum punctorium, &c. ſanat. Nemo autem ad hanc exiguam Senæ doſin obſtupeſcat; quatuor enim drachmæ Senæ infuſæ in quatuor unciis Aq. Fumariæ non magis purgabunt, quàm drachmæ duæ in ſimili aquæ quantitate maceratæ, quoniam aqua extrahit tantum, quantum ferendo ſibi ſatis eſt, & reliquum abiicit; propterea drachmæ duæ Senæ, unciis quatuor aquæ, & pluribus animandis ſufficiunt.

---

## DECOCTUM RHABARBARI.

♃ RHabarb. elect. drach. j. dimid. *Roſar. rub. exſic.* drach. dimid. *Glycyrrhiz. raſę, flor. Malv. arb. rub.* ana ſcrup. j. Minutim incidantur, & infundantur per noctem in aqu. Plantaginis calidæ unc. iij. Manè colentur, & in colatura diſſolve *Mannę Calab.* unc. dimid. *Elęoſacch. Nuc. Moſchat.* ſcrup. dimid. *ſpir. vitrioli* gut. iv.

Miſce,

Miſce, & fiat hauſtus pro una doſi in aurora calidè exhibendus.

*Vires, & Uſus.*

IN omnibus alvi profluviis valdè efficax eſt: una enim, vel duabus ſedibus, Dyſenteriæ cauſam expellit.

## ANNOTATIO.

Multi utuntur Rhabarbaro uſto, vel torrefacto, verùm malè: Quia virtus ejus conſumitur, & terreſtreitas manet, potiùs adde ſtyptica.

---

## DECOCTUM VIOLATUM PURGANS.

℞ FOl. *Senæ elect.* unc.ij. *ſem. Fœniculi*, *acidi Tartari* ana unc.dimid. *flor. Violarum exſic. Rhabarb. elect.* ana drach.j.dimid. *Zingib. alb. Cinnamomi* ana drach.j. *Galangæ min. Caryophyllor.* ana drach. dimid. Infundantur in Aq. Fumariæ calida per noctem: manè coquantur parum, poſteà colentur. ℞. *Colaturæ claræ* unc. x. *Syr. cichor.cum Rhabarb.* è *ſuc.Violarum*, *de ſuc.Acetoſæ*, *Oxyſacch. ſimpl.* ana unc.j. Miſce, & fiat potus, qui dividatur in 4. æquales partes pro doſibus quatuor.

*Vires, & Uſus.*

IN Febribus tertianis, & quotidianis, &c. blandè purgat penè omnes peccantes humores, præſtanſque eſt remedium ad Calculum, Arhtritidem, Scorbutum, Iſciadicos dolores, & plures alios affectus. Exhibetur autem quatuor auroris continuis.

DE-

Digitized by Google

## DECOCTUM NUCIS CUPRESSI.

℞ N*Uc.Cupreſſi*,*Gallar.Turc.* ana unc.viij. *Limat.ferri cum Aceto præp. Aluminis roch* ana unc. iv. *Lap.Medicamentoſi*,*cort.Granat.* ana unc.j.dimid.Contuſa, & miſta coquantur in ſ.q. Vini rub.vel Aq. Plantagin.ut eſt artis.

*Vires, & Uſus.*

OMnem carnoſitatem ſuperfluam, & ſuperabundantiam pinguedinis externè attenuat. In ea calida ſpongia infundatur, quæ expreſſa posteà ſuperligando applicetur.

---

## DECOCTUM NIGRUM.

℞ A*Luminis crudi* lib. j. *Vitrioli virid.* lib. dimid. *Gallar.Turc.* unc. iv. *virid.æris*, *Tartari alb.* ana unc. ij. Miſce, & coq. in Aceti vini lib.viij. ad medias, ut remaneant lib.iv. posteà adde *Sp. vini rect.* lib. j. denuò miſceantur,filtrentur, & ad uſum ſerventur.

*Vires, & Uſus.*

NOn ſolummodò in partibus corporis exterioribus vetera ulcera Aphrodiſia, ſi linteum imbutum ſuperimponatur, deſiccat, & ſanat, aliaſque defluxiones,& malæ carnis excreſcentias tollit, & partem affectam mundificat, atque confortat; verùm etiam omnia equorum vulnera, & plagas antiquas perfectiſſimè curat.

S E-

Digitized by Google

# SECTIO XXVI. DE GARGARISMIS.

---

## GARGARISMUS DE ALTHEA.

℞ R*Ad. Altheæ* unc. j. *Malvæ* unc. dimid. *Herb. Violariæ*, *Fragariæ*, *Hyſſopi*, *Salviæ* ana drach. iij. *fol. Perſicorum*, *Ceraſorum* ana drach. ij. *Raſ. Lig. Hederæ*, *Albi Græci cum aqu. Calend. præp. Mellis Saturni* ana drach. j. dimid. *Vitrioli Martis*, *Veneris* ana drach. j. *Flor. Calendulæ*, *Malvæ arb. Papav. errat. Prunellę* ana drach. dimid. Craſſiuſculè inciſa, & contuſa miſce, & coquantur in Aq. Fontan. & Aceti vini ana lib. j. dimid. ad tertias, & circa finem adde Rob. Sambuci q. ſ. ad gratiam.

*Vires, & Uſus.*

ANginam, & Apoſtemata gutturis, faucium, linguæ, uvæ, & amygdalarum reſolvit; inflammationes, & transglutiendi difficultatem, & dolorem ſedat, ac emendat. Sed patiens omni hora gargarizetur. Et notandum quòd omnia gargariſmata exhibenda ſint tepida.

GAR-

Digitized by Google

## GARGARISMUS DE GLYCYRRHIZA.

♃ R*Ad.Glycyrrhizæ raſæ* unc. j. *Albi Græci* drach. ij. *Aluminis roch.* drach. j. Coquantur parum in Aq.Plantag. Roſarum, Malvæ min.Prunellæ ana ſ.q. & ♃. *Colaturæ* lib.j. *vini albi* unc.iv. *Diamoron. Dianuc.*unc.j. dimid.Miſc.& f. Gargarizatio.

*Vires, & Uſus.*

IN Angina deſperata, cæteriſque oris, & gutturis vitiis multum facit, ſi tepidè, & frequenter in die æger eo utatur.

---

## GARGARISMUS LACTEUS.

♃ L*Act. vaccini noviter mulſi* lib. ij. *Albi Græci* unc. dimid. *Mellis Roſat.* Cochl. ij. *virid. æris* drach. dimid. Coquantur, & cum colatura fiat Gargarizatio.

*Vires, & Uſus.*

IN Angina efficax eſt; necnon faucium, oris, &c. tumores, & dolores inhibet, ulcera detergit, & conſolidat: ſed gargarizatio ſæpe repetenda.

---

## GARGARISMUS DE CORTICE GRANATORUM.

♃ C*Ort. Granator.* unc. dimid. *Herb. Endiviæ, Scabioſæ, Solatri, Anagallid. querc.* ana drach. iij. *Sem. Acetoſæ, Cydonior. Gran. Berber.* ana drach. ij. *Alu-*

*min.*

Digitized by Google

*minis uſti* drach.j. dimid. *Flor. Malvæ arbor. rub. Balauſt ior. Prunellæ* ana drach.j. Decoq. in Aq. Plantag. Roſar. Vini rub. Styptici ana lib. j. ad tertias. ℞. *Colaturę claræ* lib. ij. *Diamoron. Dianuc.* ana unc. ij. *Syr. Granator. Mellis deſpum. Aceti Roſacei* ana unc. j. *Sp. Nitri q. ſ. ad gratam acetoſitatem.* Miſc. & f. Gargariſmus tepidè offerendus.

### *Vires, & Uſus.*

ANginæ maximè confert: Quia tam in extinctione inflammationum, quàm reſolutione apoſtematis mirum in modum valet, & multam diſcuſſoriam vim habet. Gargarizatio autem frequentiſſimè repetatur.

---

## GARGARISMUS DE AURICULA JUDÆ.

℞ HOrdei excort. unc. j. dimid. *Rad. Glycyrrhiz. raſę, Auric. Judę incīſ.* ana drach. ij. *Flor. Malvę arbor. rub.* drach. j. Coq. parum in ſ.q. Aq. Plantaginis ℞. *Colaturę claræ* lib. j. *Syr. violarum* unc. ij. *Nitri prep.* drach. j. Miſce pro gargariſmate, quo colluatur os ſæpius.

### *Vires, & Uſus.*

COntra inflammationem, ſiccitatem, aſperitatem, ſcabritiem, rimas, & fiſſuras linguæ, faucium, vicinarumque partium, quod à vaporibus calidis, acribus & putridis accidit in Febribus continuis, malignis, ardentibus, &c. linguam, & os exſiccantibus, & quaſi comburentibus, experimentum eſt.



Digitized by Google

## GARGARISMUS DE TORMENTILLA.

℞ Rad. *Tormentillæ, Acori aquat.* ana unc.j. *cort. Granat. Rad. Acaciæ* ana unc. dimid. *Balauſtior. Aluminis*, ana drach.iij. *Herb. Roriſmarin. Pentaphyll. Vermicular. Salviæ acut. Plantaginis, Hyſſop.* ana drach.ij. *Flor. Calendulæ, Roſar. rub.* ana drach.j. Coq. in aq. Fontan. & aceti vini ana lib. j. dimid. ad tertias, & in fine adde Mellis roſat. q.ſ. ad gratiam.

*Vires, & Uſus.*

ORis Scorbutum, & putredinem curat. Gingivas à morbo aliquo læſas, ſeu apoſtemate corruptas renovat. Dentes confirmat, illoſque regenerata carne obducit. Caſum uvulæ exaltat, & ad cætera depaſcentia oris, linguæ, uvæ, & tonſillarum vitia, ulcera, & inflammationes proficit. Porrigitur tepidè alternis, vel ſingulis horis ad ſanitatem perfectam.

---

## GARGARISMUS DE PYRETHRO.

℞ Rad. *Pyrethri* drach.ij. *Olibani opt. Zingib. alb.* ana drach.j. dim. *ſem. Hyoſcyami contuſi, Salviæ acut.* ana drach.j. *Piperis longi* ſcrup.j. Coq. in aceti vini, & aq. fontan. ana lib. dim. pro gargariſmate.

*Vires, & Uſus.*

IN Dentium doloribus præſtans, & valdè efficax eſt: Habet enim vim anodynam. Æger autem ſæpius eo quotidiè utatur, donec acutiſſimi dolores, & cruciatus placentur.

GAR-

Digitized by Google

## GARGARISMUS DE HYOSCYAMO.

℞ RAd. *Hyoſcyami* unc. j. *Urticæ min. Pentaphyll. Pyrethri* ana drach. vj. *Raſ. Lign ſancti, Buxi, Tamariſci, Thuris alb. ſem. Staphid. agriæ* ana unc. dimid. *cort. Granatorum, Piperis longi, Zingib. albi, Caryophyllorum* ana drach. iij. *Herb. Salviæ acut. Serpilli, Menthaſtri, Perſicariæ, Origani* ana drach. ij. Miſc. & f. pulvis groſſus, qui reſervetur uſui. Tempore uſus verò, ℞. hujus groſſi pulveris unc. j. dim. Aceti vini, Aq. fontan. ana lib. j. coquantur, & f. gargarizatio.

### *Vires, & Uſus.*

COlatura calida in ore retinenda eſt: ſic enim dentium dolores etiam vehementiſſimos, & acutiſſimos ſiſtit.

---

## GARGARISMUS DE ACACIA.

℞ ACaciæ opt. & ver. unc. dimid. *Nuc. Cupreſſ. Balauſtior. Malicorii* ana drach. ij. *Herb. Majoranæ, Hyſſopi, Salviæ* ana drach. j. dimid. *Rad. Ireos Flor. Aluminis* ana drach. j. *Glandium, Roſar. rub.* ana drach. dimid. Bulliant in vini rub. & aq. fol. quercin. ana ſ. q. ad tertiæ partis conſumptionem. ℞. *Colaturæ* lib. j. dimid. *Rob. Nucum* unc. ij. *Sp. vitrioli* ſcrup. j. Miſce, & detur in fictili.

### *Vires, & Uſus.*

MObilitatem dentium aufert, eoſque figit, & immobiles reddit, atque conſervat. Dentes verò, & gingivæ ſæpè quotidiè hoc decocto eluantur.



Digitized by Google

# GARGARISMUS DE PAPAVERE.

℞ C*Ap. Papav. alb. cum ſemine* No. iv. *Spong. in arbuſt. Roſar. nat.* No. ij. *Rad. Plantaginis*, *Biſtortæ* ana unc. dimid. *ſem. Nigellæ, Flor. Papav. errat. Roſarum rub. Balauſtior.* ana drach. j. Coq. in aq. Lactuc. & Roſar. ana ſ.q. ℞. *Colaturæ* unc. xij. *Syr. Papav. ſimpl. Diacodii violat.* ana unc. j. dimid. *vini Granator. Tinct. Papav. errat.* ana unc. j. *Phlegmat. aluminis rect.* unc. dimid. Miſc. pro gargariſmate, quod in ore retinendum eſt.

*Vires, & Uſus.*

HOc Gargariſmate os ſæpè colluatur; vel abſque multa agitatione in ore, ad intercipiendum acrem, tenuem, & calidum catarrhum, detineatur.



Digitized by Google

# SECTIO XXVII.

# DE

# LIXIVIIS.

## LIXIVIUM BENEDICTUM.

℞ Ciner. *Lig. & extrem. frond. Juniperi, Artemiſiæ rub. Geniſtæ, Fabarum adbuc in paleis, Abſynthii* ana unc. j. Et cum vini albi potentis ſ. q. fiat l. a. lixivium.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AQua intercute laborantibus ſingulariter prodeſt: Efficaciſſimè enim, & valentiſſimè aquam per urinam expellit, quo auxilio multos Hydropicos nullo alio diebus aliquot adhibito remedio ſanavimus. Doſis manè ſtomacho jejuno ab unc. ij. ad unc. iij.

## LIXIVIUM SAPIENTIÆ.

℞ R*ad. Caryophyllat. Pyrethri, Aſari* ana unc. j. *Viſci quercini, Olib. Succin. citrin.* ana unc. dimid. *Herb. Roriſmarin. Majoranæ, Meliſſæ, Origani, Fol. Salviæ acut. Lauri* ana drach. ij. *Flor. Lavendulæ, Roſar. rub. Pæoniæ, Betonicæ, Primulæ veris* ana drach. j. Bulliant in lixivio dulci, doſteà ad uſum reponatur.



Digitized by Google

*Vires, & Uſus.*

CUm hoc lixivio ſemel tantùm in ſeptimana, corpore purgato, Caput in læſa memoria, & ratiocinatione à cauſa frigida & humida, quæ aliàs frequentiſſima eſt, diligenter abluatur; Cerebrum enim, memorandique facultatem mirificè confortat, Spiritus animales illuſtrat, & ab Epilepſia, & Apoplexia præſervat.

## LIXIVIUM CEPHALICUM.

℞ FOl. *Senæ elect.* drach. vj. *Rad. Ireos Flor. ſem. Carvi* ana drach. iij. *Herb. Euphragiæ cum florib. Verben. Majoran. Roriſmarin. Salv. Origani* ana drach. ij. *Agarici alb. & levis* drach. j. dimid. *flor. Stœchad. citrin. Chamomillæ, Roſarum rub. Keiri* ana drach. j. Miſta, & inciſa coquantur in lixivio bono: poſteà clarificetur, ut eſt artis, & ſic paratum eſt.

*Vires, & Uſus.*

IN dolore capitis valdè prodeſt. Inſuper cerebrum, Nervos, oculos, ſenſuſque reliquos egregiè roborat. Lavetur autem cum hoc lixivio caput bis in hebdomada. Sed illi, qui frigidi & humidi natura ſunt, capitalibus lotionibus rariùs: Qui verò calidi & ſicci, frequentiùs utantur.

## LIXIVIUM ANTIASTHMATICUM.

℞ R*Ad. Glycyrrhiz. raſ. Ireos Flor. Enulæ camp.* ana unc. dimid. *Succini citrin. Thuris alb. Gran. Myrti* ana drach. iij. *Herb. Salv. min. Betonic. Hyſſopi, Origani* ana drach. ij.

Digitized by Google

ch.ij. *ſem. Nigell. Carvi* ana drach.j. dimid. *Flor. Chamomill. Roſar. rub. Papav. errat. Anthos* ana drach.j. Condita ſacculo coquantur in lixivio dulci, poſteà clarificetur, & uſui reſervetur.

### *Vires, & Uſus.*

EX hoc caput ſingulis ſeptimanis ſemel, aut bis ante cibum lavetur: In Aſthmate enim ſiccat, & ſiſtit deſtillatione ex capite ad ſubjectas partes; mox ſiccetur, contegaturque caput.

## LIXIVIUM DIURETICUM.

℞ HErb. *Linariæ cum flor. Geniſtæ cum flor. Ebuli cum toto, Fol. Sambuci cum frond.* ana ſ.q. Fiat cinis, ut eſt artis, ex quo poſteà cum vini Rhenani ſ. q. præparetur lixivium clarum.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

FOrtiter Hydropicorum aquas per urinam expellit, & aliàs in dyſuria, & Iſchuria ſecretum eſt. Doſis ab unc.ij. ad unc.iij. per ſe, vel in vehiculis ſpecificis.

## LIXIVIUM TARTARI.

℞ TArtari alb. ad nigredinem calcinat. q. v. Fiat cum aq. pluviali deſtillat. lixivium, in quo poſteà bulliant cortices Aurantiorum, & colaturam claram, & tinctam ad uſum reſerva.



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

SIngulis diebus ad tempus aliquod exhibitum, calculum reſolvit, & expellit: nec non omnem, tam Renum, quàm Veſicæ mucilaginem inſenſibiliter educit. Doſis Cochl. j. in vehiculis ſpecificis.

## LIXIVIUM TINGENS.

℞ L*ixivii Sarmentor. vitis* lib. ii. *Rad. Brioniæ, Chelidoniæ, Curcumæ* ana unc. dimid. *Croci Lilior. alb.* drach. ij. *flor. Verbaſc. Stæchad. citrin. Geniſtæ, Hyperici* ana drach. j. Coquantur ſimul, & fiat lixivium clarum, ut eſt artis.

*Vires, & Uſus.*

CApillos colorat, clarificat, & flavos facit: ſed crines crebrò lavandi ſunt cum hoc lixivio; donec perfectè tingantur.

SE-

Digitized by Google

# SECTIO XXVIII. DE BALNEIS.

## BALNEUM ARTIFICIALE, ubi Thermæ naturales deſunt.

℞ S*ulphuris citrini* lib. iij. *Salis marini*, *Rad. Pyrethri* ana lib. i. *Tartari albi*, *Nitri* ana lib. dimid. *Bac. Juniperi*, *Lauri* ana unc. vij. *Lumbricorum terreſt. Sp. vini lotor. & exſiccator.* unc. vj. *herb. Roriſmar. Salviæ min. Majoranæ*, *Spic noſt. Hyſſopi*, *Chamæpyt. Thymi* ana unc. j. *Flor. Chamomillæ*, *Verbaſci*, *Meliloti*, *Hyperici* ana unc. dimid. Coquantur in aq. ad balneum, ut eſt artis.

*Vires, & Uſus.*

BAlneum hoc ſæpius repetendum. Membra enim paralytica recreat, partes nervoſas calefacit, exſiccat, roborat, priſtinæque motioni reſtituit. Præmiſſis tamen univerſalibus, & particularibus evacuationibus.



Digitized by Google

## BALNEUM CONTRA STERILITATEM, ſeu difficultatem prægnationis,

## PROBATUM.

℞ R*Ad. Rubiæ tinct. Petroſelini*, *Polypodii*, *Valerianæ* ana unc. iij. *ſem. Rut. ſylveſt. Lolii* ana unc. ij. *Frutic. virid. Juniperi* unc. j. dimid. *Herb. Matricariæ*, *Serpylli*, *Meliſſæ*, *Artemiſiæ*, *Fumar.* ana unc. j. *Majoran. Lavendul. Agrimon. Meliloti*, *Verbaſci* ana drach. vj. *Calaminth. Chamomill. Origani* ana unc. dimid. Coquantur omnia craſſiuſculè inciſa, & contuſa ex aqua in lebete magno, donec pars tertia conſumpta fuerit, & f. l. a. Balneum.

### *Vires, & Uſus.*

HOc decoctum unà cum herbis, radicibus, & ſeminibus in labrum projice, in eo mulier ſterilis, poſtquam per menſtrua probè eſt mundificata, umbilico tenus ſedeat, ac ibi totum inferiorem ventrem blandè foveat, 12. dies continuando: De tertio autem in tertium diem Balneum renovetur; & hoc tempore ſe non conjungat viro, ſed poſt elapſos 12. dies: Et ex hujus Balnei uſu multæ ſteriles factæ ſunt proliferæ. Ex Balneo autem exiens mulier, corpus benè tegat pannis, ne ab aere externo frigido lædatur.

---

## BALNEUM STYPTICUM CONTRA Uteri Hæmorrhagiam probatum.

℞ A*Luminis crudi* lib. ij. *Rad. Plantaginis*, *Tormentillæ*, *Acori aquat. Biſtortæ* ana unc. iv. *cort. rad. Acaciæ*, *Granatorum*, *Gallarum Turcic.* ana unc. iv.

*Flor.*

Digitized by Google

*Flor. Roſarum rub. Balauſtiorum* ana unc. ij. *Herb. Sanguiſorbæ*, *Burſæ paſtor. Salviæ min. Millefolii* ana unc. j. Coquatur beneficio ferri, ſeu chalybis igniti in ſ. q. aquæ pro Balneo, ut eſt artis.

*Vires, & Uſus.*

IN hoc Balneo decenter calido mulier ſemel in die, manè ſcilicet, jejuno ventriculo, per horam unam atque alteram, uſque ad umbilicum, per aliquot dies continuando, ſedeat; Et poſt Dei providentiam certiſſimè liberabitur.

---

## BALNEUM CONTRA MENSTRUORUM Suppreſſionem probatum.

♃ R. *Ad. Artemiſiæ rub. cum toto* unc. iv. *Angelicæ hort. Rubiæ tinct. Aſparagi*, *Apii* ana unc. ij. *Sem. Petroſelini*, *Bac. Juniperi*, *Lauri excort. Myrrhæ* ana unc. j. dimid. *Herb. Centaur. min. Sabinæ*, *Pulegii* ana unc. j. *Fœniculi*, *Serpilli*, *Meliſſæ* ana drach. vj. *Abſynthii*, *Chamædr. Marrubii*, *Parietariæ*, *Nepetæ*, *Mercurialis*, *Roriſmarin.* ana unc. dimid. Bulliant omnia in vaſe magno, in aq. fluviat. ſ. q. ad conſumptionem tertiæ partis, & ponantur in ſemicupio pro Balneo.

*Vires, & Uſus.*

IN hoc deſideat mulier uſque ad umbilicum: perduret autem in hoc Balneo per horæ dimidium, deinde ſe recipiat cubitum, & exſiccetur: Non verò ſemel utendum, ſed ter, quater ſingulis ſeptimanis repetendum.

BAL-

## BALNEUM IN ICTERITIA, AD CUTEM detergendam expertum.

℞ T*Artari albi* lib. i. *Rad. Ireos Florent. Hermodact. lb. Sigilli Salomon.* ana unc. iv. *Fabarum integr. Lupinorum Hordei integr.* ana unc. ij. *Fol. Viſci quercin.* unc. j. dimid. *Herb. Abſynthii*, *Malvæ min. Parietariæ*, *Chelidoniæ*, *Saponar.* ana unc. j. *Flor. Centaur. min. Chamomill. Nenuphar.* ana unc. dimid. Fiat l.a. decoctio pro Balneo.

### *Vires, & Uſus.*

IN hoc Balneo natet patiens; egreſſus verò è Balneo confeſtim ſe in lectum recipiat, ac ſudet in eo per ſpatium unius horæ, manè continuando per aliquot dies.

---

## BALNEUM CONTRA CALCULUM Renum, & Veſicæ.

℞ R*Ad. Athææ*, *Malvę* ana unc. iv. *Petroſelini*, *Ononid.* ana unc. ii. *Verbenę*, *Eryngii*, *Fœniculi*, *Rubi* ana unc. i. dimid. *Bac. Lauri excort. Sem. Lini* ana unc. i. *Malvę arbor.* drach. vj. *Herb. Chamomillę*, *Tanaceti*, *Anethi*, *Meliloti*, *Verbaſci*, *Parietarię*, *Saxifragię*, *Quinquefolii*, *Violarię*, *Fragarię* ana unc. dimid. Miſc. & coquantur ad Balneum, uti moris.

### *Vires, & Uſus.*

IN hoc Balneo ſedeat æger tantiſper, dum vehementibus doloribus torquetur. Quo uti poſt alias evacuationes eſt ſaluberrimum: Et eo ipſo tempore quo ægerin Balneo reſidet, potiones calculum frangentes exhiberi poſſunt.

BAL-

Digitized by Google

## BALNEUM MEDICAMENTOSUM, ſive lotio pedum.

℞ L*Ap. medicament.* unc. iv. *Aluminis plumoſi* unc. iij. *Cort. int. virid. Sambuci* unc. i. dimid. *Herb. Ebuli* unc. i. *Artemiſię*, *Pentaphyll. Hyperici*, *Anethi*, *Callitrich.* ana drach. vi. *Ciner. Lig. Guajaci*, *Sal. communis* ana unc. dimid. Coq. in Aq. fluviatili pro Balneo.

*Vires, & Uſus.*

TRansfundatur in vas, in quo pedes conſiſtere poterunt. Hi autem tam altè lavacro inſiſtent, ut excedat; Sic, tam in Scorbuto, quàm aliis morbis, &c. tumores pedum depellit; Sed immorandum ad horas duas, vel tres, & continuetur triduum, vel quatriduum manè ſtomacho jejuno; poſteà abſtergantur pedes linteo.

---

## BALNEUM NITROSUM PRO PEDIBUS.

℞ N*Itri opt.* lib. dimid. *Salis marini* unc. iv. *Flor. Chamomill. Malvę arb. Roſar. rub.* ana unc. j. *Herb. Betonicę*, *Origani*, *Salvię*, *Rutę* ana unc. dimid. Miſc. coq. & f. Balneum pro pedibus.

*Vires, & Uſus.*

HOc utatur æger manè, & veſperi. Extrahit enim humidam pituitæ materiam in articulis hærentem, necnon humores ex ſupernis partibus ad infernas elicit, quos deinde linteo puro abſterges.

BAL-

Digitized by Google

## BALNEUM HYPNOTICUM PRO PEDIBUS.

℞ *Cort. Rad. Mandragoræ*, *Hyoſcyami*, *Malvæ min.* ana unc. j. *Herb. Violarum*, *Melilot. Lactucę*, *Solani*, *Anethi* ana unc. dimid. *Cap. Papav. alb. cum ſem.* No. xj. *Flor. Nymphęę*, *Verbaſci*, *Chamomillę*, *Roſarum* ana drach. ij. *Spong. in arbuſto Roſar. natę* No. j. Miſc. & f. l. a. coctio pro Balneo pedum.

*Vires, & Uſus.*

HÆc lotio pedum fiat veſperi ante cibum, vel ante ingreſſum lecti; ſic laſſitudinem diſcutit, & ſomnum ſuaviter conciliat: Non autem pedes rurſus abſtergendi; ſed linteo humido involvendi ſunt.

SE-

Digitized by Google

# SECTIO XXIX.

## DE VESICATORIIS.

### VESICATORIUM IN DOLORE CAPITIS, & Dentium, occipiti poſt aures applicandum.

℞ THeriacæ Venet. ſcrup. ij. *Cantharid. demptis alis & capitibus*, *Ping. Leporis* ana drac. dimid. *Rad. Pyrethri*, *Nuc. Moſchat.* ana ſcrup. j. Miſce & cum ſ. q. Fermenti fiat l. a. Veſicatorium in parte, ubi dolor eſt.

### VESICATORIUM ALIUD in Cephalæa, &c.

℞ C*Antharid. in Aceto macerat.* drach. j. *Zingib. alb. Piperis long.* ana drach. dimid. *Majoranæ* ſcrup. i. Miſc. & cum Fermenti ſ. q. fiat optima incorporatio; poſteà cum dimidio nucis cortice ſuperpone, donec veſica excitata fuerit; quæ poſteà rumpitur, illique ſuperimponitur folium braſſicæ, & aperta detinetur.

VE-

Digitized by Google

## VESICATORIUM IN OMNI MENTIS alienatione, Phreneſi, Melancholia, Mania, &c.

## PROBATUM.

℞ CAntharid. *abjectis alis & capitibus* ſcrup. iv. *Ping. Leporin.* drach. j. *Succini alb. præp. Cubebarum* ana ſcrup. j. *Ficuum ping.* No. ij. *Aceti parum.* Miſc. & cum ſ. q. Fermenti, & aliquot guttulis ſp. Vini, ſine igne redigantur in formam Emplaſtri, & vertici, à capillis nudo apponatur.

---

## VESICATORIUM IN ANGINA Expertum.

℞ F*Ermenti* unc. dimid. *Rad. Althææ, Ireos Flor.* ana drach. ij. *Cantharid. præp.* drach. j. dimid. *Pul. Suc. Glycyrrhiz. Croci Oriental.* ana ſcrup. j. *Ficuum ping.* No. ij. Miſc. & incorporentur pro Emplaſtro, ponaturque ſuper pectus: Optimè enim divertit materiam ad pectus, & eſt experimentum nobiliſſimum.

S E-

Digitized by Google

# SECTIO XXX.

# DE

# PESSIS.

## PESSUS APERIENS, CONTRA Menſes ſuppreſſos.

℞ Ad. *Artemiſiæ rub. Dictam. alb. Aſari, Hellebori alb. Rubiæ tinct.* ana drach. ij. *Scammonii, Majoranæ, Sabinæ, Croci Oriental.* ana drach. j. *Bac. Lauri excort. Myrrhæ rub. Caſtorei veri, Sagapeni, Aloes epat.* ana ſcrup. ij. *Sem. Staphid. agriæ, Nigellæ, Naſturtii, Rutæ* ana drach. dimid. Hæc omnia incorporentur cum ſucco Artemiſiæ rub. vel Terebinth. & f. peſſi ad longitudinem medii digiti, craſſitudine digiti unius; inter incorporandum ad medium longitudinis involvatur filum, cujus extremitas maneat, excedat ad palmam unam, ad extrahendum; aut pulvis ponatur in ſaceulo confecto ex panno raro, addito pauco bombace: Fiat ad craſſitudinem digiti majoris, indaturque.



Digitized by Google

## PESSUS ADSTRINGENS CONTRA Uteri Hæmorrhagiam.

℞ F*Arin. volat. molend.* unc. dimid. *Rad. Torm. Biſtortæ* ana drach. ij. *Ciner. Ranarum*, *croci Martis*, *Gallarum Turc. Sang. Dracon. Boli Armeni*, *corn. Cervi uſti* ana drach. j. *Hypociſtidis*, *Roſarum rub. Balauſtior. Acaciæ*, *Olibani*, *Maſtichis* ana drach. dimid. Miſc. & cum ſucco plantaginis, & album. ovorum f. l. a. Peſſi, qui in mulieris pudendum inſerantur.

---

## PESSUS CONTRA SUFFOCATIONEM, & Præcipitationem Uteri.

℞ R*ad. Ireos Florent. Roſarum rub.* ana drach. iij. *Styracis calam. Benzoin.* ana drach. j. dimid. *Caryophyllorum*, *Spicæ Indicæ*, *Galliæ Moſchat.* ana ſcrup. j. Miſc. & fiat l. a. Peſſus ad formam ſuppoſitorii, qui filo obligatus, noctu ſubjiciatur.

---

## SI MULIER PROPTER PINGUEDINEM, vel humiditatem eſt ſterilis, valet ſequens peſſus.

℞ S*Em. Lolii, quod in frumento, vel ſiligine reperiri ſolet*, unc. dimid. *Coag. Leporis*, *Aluminis uſti*, *Caſtorei*, *Styrac. liquid.* ana drach. ij. *Myrrhæ rub. Opopanacis*, *Galbani*, *Calaminth. Piperis rot.* ana drach. j. *Moſchi*, & *Ambræ* ana ſcrup. dimid. Optimè ſimul incorporentur, & f. duo peſſi, horumque unum mulier teneat in Vulva à meridie uſque ad veſperam.

AN-

## ANNOTATIO.

### I.

Si poſt peſſos acutos, dolor relinquatur in vulva, ſtatim ſubmittatur licinium cum ol. Violarum, quod etiam poteſt diſtemperari cum mucilagine pſyllii, ne fiat exulceratio.

### II.

Si ſunt fortes, non retineat eos ultra horam, debiliores verò per integram noctem.

### III.

Peſſi communiter poſt balneum ſunt immittendi, quemadmodum licinia per lanam involuta, & ſuccis madefacta.

# SECTIO XXXI. DE SUPPOSITORIIS.

## SPECIES AD SUPPOSITORIA acuta conficienda.

℞ GRan. *Colocynthid.* unc. j. dimid. *Rad. Hellebori alb. Eſulæ min. præp. Hermodact. alb.* ana unc. j. *Cort. Myrob. citrin. Rad. Polypodii*, *Fol. Senæ*, *Agarici troch.* ana unc. dimid. *Sal. Gemmæ*, *Nitri* ana drach. ij. *Flor. Chamomillæ* drach. j. Miſce, f. omnium pulvis ad uſum reponendus.

## SUPPOSITORIA SICCA.

℞ F*Arin. Frumenti* unc. iv. *Sal. Communis* unc. i. dimid. *Sem. Colocynthid.* unc. j. *Hermodact. alb. Hellebori alb. Eſulæ min. præp.* ana unc. dimid. *Malvæ min. rad. Tartari alb.* ana drach. ij. *Opopanacis*, *Sagapeni* ana drach. j. Miſc. & cum vitell. ovorum f. l. a. ſuppoſitoria ſicca.

SUP-

Digitized by Google

## SUPPOSITORIA IN EPILEPSIA, Apoplexia, Vertigine, Subeth, Congelatione, Stupore, &c.

℞ TRochiſc. *Albandal*, *Agarici trochiſcat.* ana drach. j. *Hellebori nig. Fol. Senæ* ana drach. dimid. *Sal. Gemmæ*, *Nitri* ana ſcrup. j. Mellis q. ſ. Fiant ſuppoſitoria duo groſſa, & oblonga, ut eſt moris.

## SUPPOSITORIA ANODYNA.

℞ SEm. *Cumini*, *Rutæ* ana drach. ij. *Mumiæ tranſmarin. Opii Thebaic.* ana drach. j. *Flor. Papav. errat. Croci Orient.* ana ſcrup. j. *Styrac. calamit. Caſtorei veri* ana ſcrup. dimid. Miſc. & f. pulvis, qui melle excipiatur.

## SUPPOSITORIA STYPTICA CONTRA Dyſenteriam, ventriſque fluxus.

℞ HYpociſtidis unc. j. *Gallar. Turc. Acaciæ* ana unc. dimid. *Cort. Granator.* drach. iij. *Rad. Althææ*, *Glycyrrhiz.* ana drach. j. *corn. Cervi uſt. Croci Martis*, *Sang. Draconis* ana drach. dimid. Miſce, & cum album. ovorum, & ſuc. plantaginis f. l. a. ſuppoſitoria.

## SUPPOSITORIA DYSENTERICA, Anodyna, & ſomnum conciliantia.

℞ MEllis cocti unc. iij. *Sem. Hyoſcyami alb. Papav. nigri* ana drach. j. dimid. *Opii Thebaici*,



Digitized by Google

*Balauſtior. Spodii*, *Olibani* ana drach. j. *Flor. Papav. errat. Croci Orient.* ana ſcrup. j. Miſc. & fiant l. a. ſuppoſitoria.

---

## SUPPOSITORIA CARMINATIVA.

♃ C*Ort. Aurantiorum*, *Flor. Chamomill.* ana drach. j. dimid. *Sem. Cumini*, *Carvi*, *Seſeleos*, *Ameos*, *Agni caſti*, *Chærefolii*, *Rutæ* ana drach. j. *Pul. Colocyntid. Salis vulgaris* ana ſcrup. j. Mellis q. ſ. Miſce & fiant l. a. ſuppoſitoria.



Digitized by Google

# SECTIO XXXII.

# DE ENEMATIS.

## ENEMA NUTRIENS.

♃ IVr. *Carnis bubulæ*, *Caponis* ana unc. viij. *Crem. Hordei*, *Lact. Vaccini* ana unc. iv. *Vini opt.* unc. iij. *Sacchari roſat.* unc. j. *Panis tritic. exſic. & pulv.* unc. dimid. *Vitell. Ovorum* No. ij. Miſc. & f. l. a. Enema, quod injiciatur, ut eſt moris.

## ANNOTATIO.

Maximo emolumento ad nutriendum, & vires conſervandum aliquando adminiſtrantur talia Enemata in Angina, faucibus à tumore præcluſis, Orificio ventriculi obturato, aut ejus ulceribus, & tuberculis, Convulſione oris, Paralyſi linguæ, & ſimilibus, &c. cùm ægri alimenta per os aſſumere nequeunt, vel Ventriculus nihil retinere valet. Applicetur autem poſt rejecta excrementa, vel cùm dormiturit: alioqui excrementa miſcerentur, & inficeretur id quod injicitur. Optimè ægrotos nutrit.

## ENEMA BILEM EVACUANS.

℞ *Paſſular. min.* unc iij. *Hordei excort. ſem. Lini* ana unc. ii. *Rhabarb.* unc. dimid. *Coq. & ℞. Colaturæ* lib. j. *Ol. Violacei* unc. iij. *Mannæ Calab.* unc. j. *El. de ſucco Roſar.* unc. j. Miſc. & f. Clyſter.

---

## ENEMA PITUITAM PURGANS.

℞ *Rad. Enulæ camp. Pyrethri* ana unc. i. *Herb. Calaminthæ*, *Marrubii*, *Pulegii* ana unc. dimid. *Agarici trochiſc. & in panniculo ligati*, *Turbith. albi* ana drach. iii. *Sem. Carthami* drach. ij. *Flor. Chamomillæ*, *Anthos* ana drach. j. dimid. *Coq. & ℞. Colaturæ* lib. j. *Ol. Rutæ* unc. iij. *Vini Malvatic.* unc. ij. *Mellis Scillitici* unc. j. *Benedict. laxat. Diaphœnicon* ana unc. dimid. *Salis com.* drach. ij. Miſc. & f. Clyſter.

---

## ENEMA HUMORES MELANCHOLICOS deturbans.

℞ *Rad. Polypodii querc.* unc. j. *Petroſelini*, *Fœniculi*, *Aſparagi* ana drach. vi. *Herb. Fumariæ*, *Epithymi*, *Scolopendrii*, *Meliloti* ana unc. dimid. *Flor. Chamomillæ*, *Borraginis*, *Bugloſſæ* ana drach. ii. *Sem. Fœniculi*, *Aniſi* ana drach. j. *Coq. & ℞. Colaturæ* lib. j. *Ol. Anethi* unc. ii. *Mellis Anthoſat.* unc. j. *Conf. Hamech. Diacatholicon.* ana unc. dimid. *Sal. Gemmæ* drach. j. dimid. *Ext. Hellebori nigri* ſcrup. ii. Miſce, & f. Clyſter.

ENE-

Digitized by Google

## ENEMA PHLEGMA, ET HYDROPICORUM aquas purgans.

℞ RAd. *Graminis*, *Aſparagi*, *Petroſelini*, *Pentaphyll.* ana unc. j. *Herb. Braſſicæ marin. Mercurialis* ana drac. vj. *Flor. Sambuci*, *Geniſtæ*, *Stæchados*, *Anthos* ana unc. dimid. *Agarici in panno ligat. Mechoacannæ*, *Bac. Lauri* ana drach. iij. *Sem. Fœniculi*, *Carvi*, *Cymini* ana drach. ij. *Coq. & ℞. Colaturæ* lib. j. *Suc. Rad. Iridis noſt. exp.* unc. iij. *Cort. int. Sambuci exp.* unc. ij. *Ol. Rutacei*, *Anethi* unc. j. dimid. *Benedict. Laxat.* drach. vj. *Salis com.* drach. ij. miſc. & f. Clyſter.

## ENEMA IN CEPHALALGIA, Vertigine, Scotomia, Phrenitide, & aliis Capitis affectibus.

℞ FOl. *Senæ Alexand.* unc. j. *Rad. Bryoniæ*, *Agarici* ana unc. dimid. *Herb. Majoran. Chamom. Centaur. min. Salviæ*, *Origani* ana drach. ij. *Flor. Lilior. convall. Anthos* ana drach. j. dimid. *Pulp. Colocynthid. Hellebori nigri* ana drach. j. Miſc. & coq. in ſ. q. Aquæ pluvial. ad medietatem, & ℞. *Colaturæ* lib. j. *Ol. Verbenæ* unc. iij. *Mellis Anthoſat.* unc. j. dimid. *Sal. com.* drach. ij. Miſc. & f. Enema, quod iniiciatur.

## ALIUD ENEMA CEPHALICUM.

℞ RAd. *Aſari rec. exſic.* unc. j. *Furfur. tritic.* unc. dimid. *Herb. Calaminth. Betonic. Malvæ*, *Mercuria-*



Digitized by Google

*curialis*, *Chamomill.* ana drach. ij. Ex quibus fiat decoctum, de quo ſumatur lib. j. & adde: *Ol. Flor. Sambuc.* unc. iii. *Mellis roſat.* unc. ij. *El. Diaſenæ* unc. j. *Sal. Gemmæ* drach. j. dimid. Miſc. pro Enemate.

## ALIUD ENEMA FORTIUS.

♃ R. *Ad. Hellebori nigri* unc. dim. *ſem. Colocynthid. contuſ.* drach. iij. *Herb. Chamomill. Rom. Verbenæ, Majoranæ, Origani, Althææ* ana drach. ij. *ſem. Fœniculi, Carvi, Aniſi* ana drach. j. Coq. & ♃. Colaturæ lib. j. *Ol. Olivarum* unc. iij. *Mellis Anthoſat.* unc. j. dimid. *ſal. com.* drach. iij. *Eſſ. Fol. Senæ* drach. j. Miſc. & f. Enema.

## ANNOTATIO.

De horum Enematum laxativis poteſt ſecundùm ſexum, complexionem, ac ætatem deponi, vel addi: quod etiam in cæteris omnibus obſervandum.

## ENEMA SPECIFICUM IN MELANCHOLIA, Mania, Triſtitia, Congelatione, Quartana, Scabie, Impetigine, Morphæa, Cancro, Elephantiaſi, Scirrho Lienis, & in omnibus malis ex atra bile procreatis.

♃ R. *Ad. Polypodii querc.* unc. ij. *Cort. Myrob. Ind.* unc. j. *Herb. Fumariæ, Hyperici, Majoranæ, Cuſcutæ, Lupuli, Stæchados* ana unc. dimid. *Hellebori nigri* drac. ij. *Coq. &* ♃. *Colaturæ* lib. j. *Ol. Chamomillæ* unc. iij. *Hieræ Logadii* unc. j. *Tartari Vitriolati*, *Sal. Gemmæ* ana drach. j. dimid. Miſc. pro Enemate.

ALIUD

Digitized by Google

## ALIUD ENEMA SPECIFICUM in Melancholia, &c.

♃ C*Ort.Rad.Bugloſſæ* unc.ij. *Fol.Senæ Alexand.* unc.j. *Herb. Oſtrutii, Chelidon.min. Anethi, Chamomill. Rom. Fumariæ, Baſilic.* ana unc.dimid. Coq. & ♃. *Colaturæ* lib.j. *Ol.Roſati* unc.iij. *Conf. Hamech.* unc. j. *Sal.commun.* drach.iij. *Croci Orient.* ſcrup.j. Miſce pro Enemate.

---

## ENEMA IN SUBETH, ET STUPORE.

♃ R*Ad.Lilior.convall.* unc.j. *Herb.Centaur.min.Stœchados, Origani, Calaminth.Salviæ, Aſari* ana unc.dimid. *ſem.Carthami, Gran.Colocynthid. Agaric.opt.* ana drach. iij. Coq.& ♃. *Colaturæ* lib.j. *Ol.Chamomill.* unc.iij. *Diaſenæ* unc.dim. *Sal.commun.* drach.iij. *Ext.Hollebori nigri* ſcrup. j. Miſc. pro Enemate, quod adminiſtretur pluſquam tepidè.

---

## ENEMA FORTE IN EPILEPSIA & Suffocationibus.

♃ S*Em.Carthami* unc.j. *Agarici opt.* unc.dimid. *Pulp. Colocynthidos* drac.iij. *Herb.Centaur.min. Lavendulæ, Majoran. Hyſſopi, Betonic. Rutæ hort.* ana drach.ij. *Caſtor. veri, flor.Lilior.convall. Anthos* ana drach.j.dimid. Coq.& ♃. *Colatur.* lib.j. *Ol.Chamomill.* unc.iij. *Mellis roſat.* unc.ij. *Acidi Tartari, Sal.Gemmæ* ana drach.j. Miſc. pro Enemate.

ALIUD

Digitized by Google

## ALIUD SPECIFICUM.

♃ R*Ad.Angelicæ*, *Pæoniæ* ana unc.j. *Agarici optimi*, *Viſci quercin.* ana unc.dimid. *Stercoris Pavonis*, *Succini citrini* ana drach.iij. *Herb. Lavendulæ*, *Salviæ*, *Chamomill.Malvæ*, *Origani*, *Stæchados* ana drach.ii. *Sem. Fœniculi*, *Carvi*, *Anethi* ana drach. j. Coq. & ♃. *Colaturæ* lib.j. *Ol.Rutæ* unc.iij. *Hieræ Pachii* unc.j. *Sal. commun.* drach.iij. Miſc. pro Enemate.

---

## ENEMA IN SPASMO, SEU CONVULSIONE.

♃ R*Ad. Pyrethri*, *Ebuli* ana unc.j. *Herb. Betonic. Salviæ*, *Althææ*, *Malvæ*, *Serpilli* ana unc.dimid. *Flor.Malvæ arb. Hyperici*, *Verbaſci* ana drach.ij.Coq.& ♃. *Colaturæ* lib. j. *Ol. Chamomill.* unc. iij. *Diaphœnic.* unc. j. *Ping. Anguillæ* unc.dimid.*Sal. Gemmæ* drach.j.dimid.*Turbith. alb.& Gum.* drach.j.dimid. Miſce & f. Enema, quod applicetur.

---

## ENEMA FORTE IN APOPLEXIA, & ſimilibus, &c.

♃ A*Garici opt.* unc. dim.*Herb. Centaur. min. Origani*, *Roriſmarini*, *Stæchados*, *Chamedr. Calaminth.* ana drach.ij. *Pulp. Colocynthid.* drach. j. dimid. Coq. & ♃. *Colatur.* lib. j. *Ol. Rutacei* unc. iij. *Benedict. Laxat.* unc. j. *Mellis Anthoſati* unc.dimid. *Salis commun.* drach.ij. *Tartari Vitriolat.* drach. j. Miſc. & f. Enema, quod citò, & abſque omni mora applicetur.

ALIUD

Digitized by Google

## ALIUD ENEMA APOPLECTICUM Fortius.

♃ R*Ad. Ireos noſtrat. Cucum. Aſinin. Cyclaminis* ana unc. j. *Agarici trochiſcat.* unc. dimid. *Herb. Centaur. min. Majoran. Origani*, *Lavendulæ*, *Calaminth.* ana drach. iij. *Gum. Bdellii elect. Opopanac. Ammoniaci* ana drac ij. *Pulp. Colocynthidos* drach. j. dimid. Coq. & ♃. *Colaturæ* lib. j. *Ol. Rutacei* unc. iij. *El. Benedict. laxat. Epiſcopi* ana drach. vj. *Sal. commun.* drach. iij. *Eſſ. Fol. Senæ* drach. j. Miſc. pro Enemate.

---

## ENEMA IN PARALYSI, ET RESOLUTIONE.

♃ R*Ad. Pyrethri*, *Acori* ana unc. j. *Hermodactylor. alb. Agarici opt.* ana unc. dimid. *Herb. Roriſmarin. Aſari*, *Paralyticæ*, *Hyſſopi*, *Mentaſtr.* ana drach. ij. *Pulp. Colocynthid.* drach. j. Coq. & ♃. *Colaturæ* lib. j. *Ol. Rutacei* unc. iij. *Hieræ Pachii* unc. j. *Salis commun.* unc. dimid. Miſc. pro Enemate.

---

## ALIUD ENEMA PARALYTICUM Specificum.

♃ B*Ac. Juniperi*, *Rad. Ebuli* ana unc. j. *Hermodact. alb. Gran. Colocynthid.* ana drach. iij. *Herb. Ivæ arthetic. Majoranę*, *Stæchados*, *Rutæ*, *Salviæ*, *Origani* ana drach. ij. Coq. & ♃. *Colaturæ* lib. j. *Ol. Flor. Primulæ veris* unc. iij. *Diaphœnic.* unc. j. *Sal. Gemmæ* drach. j. dimid. Miſc. & f. Enema.

ENE-

Digitized by Google

## ENEMA CONTRA INFLATIONEM Ventriculi.

℞ Cort. rad. *Sambuci* unc. j. *Herb. Calaminth. Pulegii, Rutę hort. Chamomill. fol. Lauri* ana unc. dimid. *ſem. Fœniculi, Aniſi, Cumini, Dauci* ana drach. ij. *Caricar. ping.* No. vij. Coq. & ℞ *Colatur.* lib. j. *Ol. Anethi* unc. iij. *Mellis deſp.* unc. j. dimid. *Diacatholic. Diaphœnic.* ana drach. iij. *Salis comm.* drach. j. dimid. Miſc. & f. Enema tepidè iniiciendum.

## ENEMA AD ILIACAM PASSIONEM.

℞ Rad. *Althęæ, & Malvæ cum toto* ana unc. j. dimid. *Hordei excort.* unc. j. *Flor. Chamomill. Sambuci* ana unc. dimid. Coq. & ℞ *Colatur.* lib. j. *Ol. Lini* unc. iij. *Caſſiæ extr.* unc. j. *Aloes Hepat.* unc. dimid. *Sal. Nitri* drach. j. dimid. Miſc. & f. Enema.

## ENEMA CARMINATIVUM.

℞ Rad. *Zedoariæ, Bac. Juniperi* ana unc. j. *Herb. Chamomill. Rom. Anethi, Fœniculi, Mercurialis, Chærefolii* ana unc. dimid. *Sem. Agni caſti, Carvi, Cumini, Aniſi, Ameos* ana drach. iij. *Pulp. Colocynthid.* drach. j. dimid. Coq. & ℞ *Colatur.* lib. j. *Ol. Rutacei* unc. iij. *Ol. de bac. Lauri* unc. j. *Caſſ. rec. extr.* unc. dimid. *Sal. commun.* drach. ij. *Caſtorei* ſcrup. j. Miſc. & f. Enema.

ENE-

Digitized by Google

## ENEMA DISCUTIENS.

℞. RAd. Enulæ camp. Cort. Aurantior. ana unc. j. Herb. 4. emollient. Calaminth. Origani ana unc. dim. ſem. Fœniculi, Anethi, Aniſi, Cumini, Carvi, Sileris ana drach. ij. Coq. & ℞. Colatur. lib. j. Ol. Chamomill. Rutæ ana unc. j. dimid. El. Diaphœnic. unc. j. Mellis Anthoſat. Sacchar. rub. ana drach. vj. conf. è bac. Lauri unc. dimid. ſal. Gemmæ drach. j. Miſc. pro Enemate.

---

## ENEMA VENTREM LENIENS In Colica.

℞ COrtic. Frangulæ, Sambuci ana unc. j. Herb. Chamomill. Meliloti, Pulegii, Calaminth. Origani ana unc. dim. Sem. Fœniculi, Aniſi, Carthami, Malvæ ana drac. ij. Coq. & ℞. Colaturæ lib. j. Ol. Aneth. unc. iij El. Diacartham. unc. j. Sal comm. dr. ij. Miſc. pro Enemate.

---

## ENEMA ALIUD VENTREM LENIENS In Colica.

℞. RAd. Fœniculi, Apii, ana unc. j. Herb. Mercurialis, Malvæ, Parietariæ, Atriplicis ana unc. dimid. Flor. Chamomill. Sambuci, Perſicorum ana drach. ij. Coq. & ℞. Colatur. lib. j. Ol. Sem. Lini unc. iv. Sacchari Thomæi unc. j. El. Diaphœnic. drac. vj. Sal. Gemmæ drach. ij. dimid. Miſc. pro Enemate.

ENE-

Digitized by Google

## ENEMA VENTREM LENIENS
In Colica ab Apoſtemate.

♃ R *Ad.Symphyti*, *Althææ* ana unc. j. *Herb. Malvæ min. Violar. Meliloti* ana unc.dimid. *Flor. Malvæ arbor. Acaçiæ*, *Lilior. alb.* ana drach.ij.Coq.& ♃. *Colaturę* lib.j. *Ol. Chamomill.* unc.iv. *El. de ſucc.Roſar.* drach.vj.*Caſſ. rec. extract.* unc.dimid. *crem. Tartari* drach. ij. *Sal commun.* drach.j.dimid.Miſc. pro Enemate.

## ENEMA IN CAUSA A DURITIE FÆCUM.

♃ R *Ad. Althęæ*, *Malvę* ana unc.j. *Herb. Branc. urſin. Parietariæ*, *Biſmalvę* ana drach. vj. *Flor. Chamomill. Sem. Fœnugręci*, *Lini* ana unc.dimid. Coq. & ♃. *Colatur.* lib. j. *Ol. Seſamini* unc. iij. *Benedict. Laxat.* unc. j. *Sal. commun.* drach.iij. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA COLICUM, QUOD VEHEMENTER
probatur.

♃ B *Rodii carn. ping.* lib. j. *Ol. Chamomill. Anethi* ana unc. ij. *Mellis deſpumat.* unc. j. dimid. *crem. Tartari* drach. iij. *ſal. Gemmę* drach. j. dimid. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA DOLOREM COLICUM SEDANS.

♃ R *Ad. Malvę min. Althęę* ana unc. j. *Flor. Chamomill. Meliloti*, *Sambuci* ana unc. dimid. *Sem. Fœniculi*, *Aniſi*, *Cumini*, *Apii*, *Lini* ana drach.ij.Coq.
&

Digitized by Google

& ♃. *Colaturæ* unc.xij. *Vini Malvat.* unc.iv. *Ol.Chamomill. Anethi* ana unc. ij. *Benedict. laxat.* unc. j. *Vitell. ovorum* No.j.Miſc.& f. Enema.

---

## ENEMA ANODYNUM.

♃ R*ad.Liliorum albor. Glycyrrhiz. Althææ* ana unc.j. *Herb. Chamomill. Meliloti, Malv. min. Violar.* ana unc.dimid.*ſem.Fœnugræc. Lini, Cydoniorum* ana drach.iij. *cort.Mandragor. Flor. Papav. errat.* ana drac.j. dim. Coq.& ♃. *Colatur.* lib.i. *Butyri rec.nonſalit.* unc. iii. *Vitell. ovorum* No.j. *Ext.Croci Or.* ſcrup. dimid.Miſc. & f.Enema.

---

## ENEMA REFRIGERANS.

♃ H*Erb.Fragariæ, Portulac.Violar.Lactuc.* ana unc.dimid.*ſem.4.Frigid.major.* ana drach.ij. *Prunor.Damaſc.* No.xx. *Flor.Nymphææ, Verbaſci, Roſarum* ana drach. j. Coq. & ♃. *Colatur.* lib.j. *Ol. Violacei* unc. iij. *Mellis roſat.* unc.j. *El. de ſucco Roſar.* drach.vj. *Nitri præp.* drach.j.Miſc.& iniiciantur.

---

## ENEMA CALEFACIENS.

♃ R*ad. Enulæ camp. Pyrethri* ana unc. j. *Herb. Calaminth. Mercurialis, Origani, Hyſſopi* ana unc.dimid. *Flor.Chamomillæ, Stæchados, Anthos, Salviæ major.* ana drach. ij. *Agarici in panno ligat. Sem.Cumini, Aniſi, Ameos* ana drach.j.dimid. Coq.& ♃. *Colatur.* lib. i. *Ol. Rutacei* unc. iij. *Benedict. laxat.* unc. i. *Sal. marin.* drach. iii. *Ext.Abſynthii* ſcrup.i.Miſc.pro Enemate.



Digitized by Google

## ENEMA STYPTICUM IN FLUXIBUS Ventris.

℞ *Caſei ſicci præp.* unc. j. dimid. *Rad. Cynogloſſæ*, *Cor. Granator. Gallar. Turc.* ana unc. j. *Coq. in Vini Styptici ſ. q. & ℞. Colaturæ* lib. j. *Thuris pulveriſati* drach. iij. *Vitell. ovorum* No. j. Miſc. & f. Enema, quod tepidè applicetur.

---

## ENEMA ALIUD STYPTICUM.

℞ *OL. Hyperici* unc. vj. *Mellis Roſat. Sevi Hircini*, *Ceræ novæ* ana unc. iij. Liquefiant omnia ad ignem & f. Enema ad reſtringendam alvum.

---

## ENEMA ADSTRINGENS.

℞ *RAd. Acori aquatici*, *Tormentill. Serpentariæ* ana unc. j. *Herb. Sanguiſorbæ*, *Arnogloſſæ*, *Plantaginis* ana unc. dimid. *ſem. Oxalidis*, *Portulac. Myrti* ana drach. iij. *Flor. Verbaſci citrin. Roſar. rub. Balauſtior.* ana drach. j. dimid. Coq. in lacte uſtulato, vel in aq. chalybeata, vel fabrorum, & ℞. Colaturæ lib. j. *Amyli* unc. j. *Gum. Arabici*, *Tragacanth.* ana drach. j. miſc. & f. Enema ſine Oleis.

---

## ENEMA ALIUD ADSTRINGENS.

℞ *RAd. Tapſi barbat. Plantaginis*, *Biſtortæ* ana unc. j. *Herb. Caudæ equinæ*, *Polygoni*, *Herniariæ* ana unc. dimid. *Balauſtiorum, cort. Granator.* ana drach. ij. *Roſar. Rub. Sumach.* ana drach. j. Coq. in aq. ferrata, & ℞. Colaturæ lib. j. *Succi Millefolii* unc. ij. *Sevi Hircini* unc. j. dimid. *Croc. Orient.*

Digitized by Google

*Orient.* ſcrup.j.miſc.& f. Enema, quod detur poſt clyſteres deterſorios, vel purgationem excrementorum.

## ENEMA AD LIENTERIAM, & Diarrhœam.

℞ R*Ad. Verbaſci, Serpentariæ, Tormentillæ* ana unc.j. *Herb. Millefolii, Hyperici, Fol. Rubi* ana unc.dimid. *Nuc. Cupreſſi, Gran. Myrthi* ana drach.ij.Coq.& ℞.Colaturæ lib.j. *Mellis Roſat.* unc.j. *Hypociſtidos*, *Acaciæ* drach.ij. *Ladani* drach. j. miſc. & per inferiora tepidè infundantur, poſt aliquam deterſionem per medicamentum purgans & adſtringens.

## ENEMA DETERGENS, ET SICCANS.

℞ H*Ordei integri* unc. i. dimid. *Fol. Abſinthii Myrti* ana unc. dimid. *Lupinorum*, *Lentium* ana drach. ij. *Flor. Centaur. min. Roſar. rub.* ana drach. j. Coq. in aq. pluviali: & ℞. *Colaturæ* lib.i. *Mellis roſat.* unc. iii. miſta tepidè iniiciantur.

## ENEMA CONSOLIDANS.

℞ R*Ad. Tapſi barbati, Conſolid. maior.* ana unc.i.dim. *Herb. Plantaginis, Equiſeti, Fol. Myrti* ana unc.dimid. *Roſar. rub.* drach.ii. Fiat decoctio in aq. ferrata, & ℞. *Colatur.* lib. i. *ſevi Caprilli* unc. ii. *Amyli* drach. i. *Maſtichis* drach. dimid. miſc. & f. Enema.



Digitized by Google

## ENEMA AD BILEM ALTERANDUM in Dyſenteria, &c.

℞ HOrdei excort. Sem. Lini ana unc. ij. Paſſular. min. unc. j. Herb. Malvæ min. Violariæ ana unc. dimid. Fiat decoctio in aq. de qua accipe lib. i. Ol. Roſati unc. iij. Sacchari rub. unc. j. dimid. Vitell. ovorum No. j. Salis parum. Miſc. & per inferiora indantur.

---

## ENEMA DOLORES DYSENTERICOS Sedans.

℞ LActis vaccini lib. dimid. Ol. Violacei unc. iij. Medull. Cervin. unc. j. Amyli unc. dimid. Tragacanth. drach. ii. Lycii drach. i. Miſta omnia alvo tepidè indantur.

---

## ENEMA ALIUD DOLORES Dyſentericos ſiſtens.

℞ RAd. Glycyrrhiz. Oryzæ ana unc. i. Roſarum rub. drach. ii. Flor. Papav. errat. drach. i. Croc. Or. drac. dimid. Coq. in Lacte vaccin. dulc. & ℞. Colatur. lib. j. Ol. Lilior. alb. unc. iii. Sevi hircini unc. j. Amyli unc. dimid. Olibani drach. ii. Styrac. calc. drach. j. Miſc. & f. Enema.

---

## ENEMA ALIUD ANODYNUM.

℞ HOrdei excort. unc. ii. Rad Conſolid. major. ſem. Lini ana unc. i. Flor. Papav. errat. Violarum, Roſarum ana drach. i. dimid. Fiat decoctio in lacte: & ℞. Colaturæ lib. i.

lib.i. *Sacchari rub.* unc. i. *Vitell. ovorum* No. ii. *Ext. Croci Oriental.* ſcrup. i. *Opii Spagyricè præp.* ſcrup. dimid. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA DOLOREM ET ARDOREM Leniens.

♃ OL. *Amygd. dulc. Lini-exp.* ana lib. dimid. *Mucilag. Sem. Cydonior. cum lacte extract.* unc. iv. Miſc. & f. Enema.

## ENEMA ALIUD DOLORES Dyſentericos placans.

♃ DEcoct. *Hordei*, *Lactis* ana lib. dimid. *Ol. Roſarum* unc. iii. *Suc. Plantag.* unc. ii. *Sacchari rub.* unc. i. *Sevi hircini* unc. dimid. *Philonii Perſici* drach. j. Miſc. & f. Enema.

## ENEMA DIURETICUM.

♃ RAd. *Glycyrrhiz. Althææ*, *Graminis* ana unc. i. *Herb. Parietar. Saxifrag. Malvæ* ana unc. dimid. *Paſſular. Jujubar.* ana drach. iii. *ſem. 4. frigid. major contuſor. AlKeKengi*, *Milii ſolis* ana drach. ii. *Flor. Chamomill. Geniſt. Serpilli* ana drach. i. dimid. Coq. & ♃. *Colatur.* lib. i. *Ol. Amygd. amar. Scorpiomum* ana unc. i. dim. *ſalis Ononid.* drac. i. Miſce, & fiat Enema, quod iniiciatur.



Digitized by Google

## ENEMA IN CALCULO RENUM & Veſicæ.

♃ R *Ad.Glycyrrhiz. Althææ*, *Malvæ min.* ana unc. j. *Sem.Milii Solis*, *Oſſ. Meſpilorum* ana unc. dimid. Coq.& ♃. *Colatur.* unc.x. *Ol. Violarum* unc. iii. *Caſſiæ rec. ext.* drach. x. *Benedict. laxat.* unc. dimid. *Salis commun.* drach. i. dimid.miſc.& f. Enema.

---

## ENEMA CALCULUM COMMINUENS.

♃ R *Ad. Petroſelini*, *Ononidis*, *Althææ* ana unc. j. *Herb. Parietariæ*, *Veronic. Hederæ ter.* ana unc. dimid.*ſem. Lappæ Major. Malvæ minor. Milii Solis*, *Saxifragiæ* ana drach.ii. *Bac. Juniperi*, *Lauri exc. Gran. AlKeKengi* ana drach.i.dimid. *Flor. Chamomill. Lilior.alb. Malvæ arbor.* ana drach.i. Coq.& ♃. *Colatur.* unc.xii. *Ol.Scorpion. ſimpl. Violacei* ana unc.ii.*ſal. Eryngii*, *Fœniculi* ana drach.i. miſc.pro Enemate.

---

## ENEMA ALIUD IN CALCULO Renum, & Veſicæ.

♃ R *Ad.Glycyrrhiz.Althææ*, *Lilior.alb.* ana unc.j.*Herb. Parietar.Linar.Heder.ter.Veronic.*ana unc.dimid. *Flor.Malv.arbor.Sambuci*, *Chamomill.* ana drach. ii. Coq. & ♃. *Colatur.* unc.xii. *Ol. Verbaſci* unc.ii. *Mellis Roſat.*unc.ii. *Caſſ.rec.ext.* drach.vj. *Terebinthinæ Cypriæ*, *Benedict. Laxativ.* ana unc.dim.*Vitell.ovorum* No.j. *Salis Nitri* drach. dimid.Miſc. pro Enemate.

ENE-

Digitized by Google

## ENEMA ALIUD IN EODEM CASU.

℞ Rad. *Althææ, Malvæ* ana unc.dimid. *Hermodact. Alb. Albi Græci, Hederæ ter.* ana drach. ij. *ſem. Malvæ arbor. Milii Solis, Pſylii* ana drac. j. dimid. *Flor. Hyperici, Geniſtæ, Meliloti, Linariæ* ana drach. j. Coq. & ℞. *Colaturæ* unc. xii. *Ol. Anodyni ſeptem florum* unc. ii. *Terebinth. Cypriæ cum vitell. ovi unius diſtemperat.* unc. j. *Benedict. Laxat.* unc. dimid. *Nitri præp.* drach. j. Miſc. & f. Enema, quo ipſe uti ſoleo.

---

## ENEMA MIRABILE IN CALCULO Renali.

℞ Rad. *Malvæ min. Althææ* ana unc. j. *Hermodact. alb.* drach. vj. *Herb.* 4. *Emollientium, Pedis columb.* ana unc. dimid. *ſem. Petroſelini, Aniſi, Hederæ, Seſeleos* ana drach. iij. 4. *Frigid. Major.* ana drach. j. dimid. *Flor. Chamomill. Geniſtæ, Malvæ arbor. Meliloti* ana drac. j. Coq. & ℞. *Colaturæ* unc. xij. *Ol. Scorpion. ſimpl. Amygd. dul.* ana unc. i. dim. *Sacchari rub.* unc. ij. *Terebinth. Cypriæ in vino alb. lotæ* unc. i. *Benedict. laxat.* unc. i. dimid. *ſal. Nitri* drach. i. Miſc. & f. Enema, quod magnam copiam craſſiſſimorum humorum deiicere ſolet.

---

## ENEMA IN DOLORE CALCULI.

℞ Albi *Græci* unc. j. *Ficuum* No. xv. Coq. in vino alb. & ℞. *Colatur.* unc. xii. *Ol. Amygd. amar. Populini* ana unc. i. dimid. *Ping. Anatis, Butyri ſine ſale* ana unc. dimid. *ſal. commun.* drach. i. dimid. *Vitell. ovorum* No. ii. miſc. pro Enemate: mirè enim operatur.



Digitized by Google

## ENEMA AD DOLOREM Nephriticum.

♃ R *Ad. Glycyrrhiz. Althææ*, *Graminis*, *Aſparagi* ana unc.j. *Herb. Linariæ*, *Malvæ*, *Meliloti* ana unc. dimid. *Flor. Malvæ arbor. Chamomill. Hyperici*, *Geniſtæ* ana drach.ij. *Sem. Petroſelini*, *AlKeKengi*, *Milii Solis* ana drach. j.dimid. Fiat decoctio: & ♃. *Colaturæ* unc.xij. *Ol. Liliorum albor. Amygdal. amar. Scorpionum* ana unc.j. *Mellis deſpumati*, *Benedict. laxat. Terebint. alb.* ana unc.dimid. *Sal. Gemmæ* drach.j.dimid. Miſce, & fiat Enema.

---

## ENEMA AD SCIRRHUM Uteri.

♃ R *Ad. Malvæ min. Althææ*, *Liliorum alb.* ana unc.j. *Herb. Mercurialis*, *Parietariæ*, *Atriplicis* ana unc. dimid. *Sem. Cydoniorum*, *Lini* ana drach. ij. *Flor. Chamomillæ*, *Meliloti*, *Verbaſci*, *Malvæ arbor.* ana drach. j. Fiat decoctio in aq.& decoctioni adde *Butyri rec. ſ. Sale*, *Ol. Olivar.* ana unc.iv. Iniiciantur frequenter unc.vj. pro una vice.

---

## ENEMA AD VERMES in Ventriculo.

♃ R *Ad. Glycyrrhizæ*, *Hordei mundat.* ana unc. j. *Ficuum ping. Prunor. Damaſc.* ana No.xx. *Sem. Aniſi* drach.j.dimid. Coq.& ♃. *Colatur.* lib.dimid. *Sacchari rub. Mellis opt.* ana unc.j.dimid. Miſc.& f. Enema ſine oleo, & ſale.

ENE-

Digitized by Google

## ENEMA AD ASCARIDES.

℞ RAd. Ariſtoloch. rot. Gentianæ ana unc. j. Herb. Abſynth. Abrotani, Card. bened. ana unc. dimid. Fol. Perſicorum, Sum. Centaur. min. ana drach. ij. Flor. Marrubii drach. ij. Fiat decoctio, & ℞. Colaturæ unc. xii. Lixivii unc. iv. Miſc. & f. Enema, quod iniiciatur, ſed ſenſim, & bis in eadem hora.

---

## ENEMA AD EVACUANDUM Vermes interfectos.

℞ RAd. Glycyrrhiz. Myrrhidis ana unc. j. Sebeſten No. xxv. fiat decoctio, & ℞. Colatur. lib. j. Sacchari rub. unc. j. Mellis crudi drach. vj. Vitell. ovorum No. j. Salis parum. Miſc. & ſine oleo f. Enema, quod applicetur.

---

## ENEMA IN RHAGADIIS, RIMIS, Seu ſciſſuris ani probatum.

℞ OL. Violacei unc. v. Butyri non ſalit. unc. iii. Mucilag. Tragacanth. ſem. Pſyllii, Cydonior. ana unc. j. dimid. Sacchari rub. unc. j. Miſc. & f. Enema.

---

## ENEMA PRO PUERIS.

℞ HErb. Chamomillæ, Parietariæ ana unc. dimid. Rad. Glycyrrhiz. drach. ii. Fol. Senæ elect. drach. i. Coq. & ℞. Colaturæ unc. vj. Mannæ Calab. unc. dimid. Ol. Liliorum alb. drach. ii. Salis comm. ſcrup. j. Miſce, & f. Clyſter.

ENE-

Digitized by Google

## ENEMA ALIUD PRO INFANTIBUS.

℞ R*Ad. Althϵæ* unc. dimid. *Herb. Meliloti* drach. ii. *Flor. Malvæ arbor. Verbaſci* ana drach. i. Coq. & ℞. *Colaturę* unc. iv. *Sacchari rub.* unc. dimid. *Ol. Chamomill.* drach. i. dimid. *Mannę Calab.* drach. i. miſc. & f. Enema, quod tepidè applicandum.

## ANNOTATIO.

1. Enemata admodum conducunt, & ſunt nobiliſſima, & mitiſſima in omnibus paſſionibus, & affectibus Capitis.

2. Si Catharticum exhibitum per duas, aut tres horas nullam habuerit operationem, applicetur Enema mediocre, ut attrahat.

3. Si patiens ſatis diu Enema non retinuerit, ordinetur ſtatim aliud, & ſi etiam hoc ſubitò exierit, illicò tertium; non enim ſunt cogendi ægri, ut retineant, ſed alia ordinanda.

4. Duo Enemata vulgariter una die adminiſtrentur, aut ad ſummum tria, ultra quod non facilè, ſed rarò eſt procedendum, ſintque ad minus quatuor horæ inter unum, & alterum.

5. Si autem unum enema benè fuerit operatum, & virtus extet debilis, ſit hoc uno contentus.

6. In Epilepſia, Apoplexia, Spaſmo, Paralyſi, &c. communiter clyſteriis acribus utendum, modò non adſit unum, aut alterum, quod impediat.

7. In Dyſenteria, propter ulcera in inteſtinis, clyſteria ſint tepida non calida.

8. In Calculo Renum, & Veſicæ nihil præſtantius eſt pro eductione ſuperfluitatum, quàm clyſteres; Sed quantitas illorum interdum debet eſſe minor ſolito: quia repletio auget inteſtinorum dolorem. Poſteà materia ita evacuata, mundificata, & dolore quietato, dentur diuretica.

9. Si

Digitized by Google

9. Si in vermibus vis applicare enemata, nulla omninò olea ſunt immiſcenda; Quia vermes olea fugere ſolent.

10. Si quoque enemata aliquot, vel diverſa, uno, eodemque die exhibita, etiam ex fortiſſimis catharticis compoſita, nullius eſſent operationis, ſumatur aqua optimè & vehementer ſalita, & fiat enema, quod calidè applicetur, & iniiciatur: Hoc nunquam fallit; ſed cum magna peccantium excrementorum copia ſemper redit, & eſt ſecretum magnum. E.g. ℞. *Aq. calidæ* lib. j. *Salis comm.* unc. j. dimid. Miſta, & ſoluta pro Enemate indantur.

11. Quicunque habet difficultatem anhelitus, ad retinendum enema, omninò non eſt cogendus.

S E-

Digitized by Google

# SECTIO XXXIII.

## DE

# OLEIS COMPOSITIS.

## OLEUM OTALGICUM.

℞ RAd. *Hellebori nigri* unc. dimid. *Pulp. Colocynthid.* drach.iii. *Fol.Senæ elect. Lauri* ana drach. ii. *Millepedum vivor. Aliptæ Moſchat. Caryophyllorum* ana drach.i.dimid. *Herb. Roriſmarin. Auricul. muris*, *Majoranæ*, *Sabinæ* ana m.dimid. Coq. in vino, & ℞. *Colaturæ* unc. iii. *Ol. Amygdalar.amar.* unc. ii. *Bac.Juniperi*, *Petræ* ana unc. dimid. *Formicarum* drach. i. dimid. Denuò Coq. ad conſumptionem humiditatis, & oleum ad uſum reſerva.

### *Vires, & Uſus.*

AUditus difficultati confert, & tinnitum tollit. Manè autem, & ſerò pauculæ guttulæ prudenter auribus inſtillentur, vel madefiat goſſypium imponendum.



Digitized by Google

## OLEUM ACOUSTICUM AMBRATUM.

℞ OL. *Amygdalar. amar.* unc. iv. *Nardini comp. Lilio alb.* ana unc. ii. *Suc. Origani*, *Majoran. Rutæ*, *Porri*, *Raphani*, *Cæparum* ana unc. j. Miſta coquantur ad ſuccorum conſumptionem; poſteà Oleo colato adde *Sp. Vini Millepedibus priùs impregnati*, *Aceti vini acerr.* ana unc. dimid. *Ambræ griſeæ*, *Flor. Serpilli*, *Bac. Sabinæ*, *Sem. Cumini*, *Macis* ana drach. i. *Cubebarum*, *Hellebori alb. Maſtichis*, *Ladani*, *Styrac. cal.* ana drach. dimid. *Caſtorei veri*, *Piperis long. Croci Or. Nitri præp.* ana ſcr. j. Omnia per ſe pulveriſata, & diligenter conquaſſata denuò in B. aquæ magnificè bullientis, ad conſumptionem humiditatis coquantur, permittendo refrigerari; poſteà Oleo expreſſo, & bene colato immiſce *Ol. Formicarum*, *Aniſi* ana drach. j. *Galliæ Moſchat. ſubtiliſſimè pulveriſat.* ſcrup. j. Miſc. & ad uſum repone.

### *Vires, & Uſus.*

COntra ſurditatem, & gravitatem auditus, necnon tinnitum ab humore, & vapore, vel etiam à flatu, expertiſſimum eſt: Aurium etiam dolores ſiſtit. Apoſtemata rumpit, & ulcera manantia curat. Uſus eſt, ut aliquot guttæ in aures manè, & veſperi ſtillentur, claudendo cottone moſchato: Sic tribus, aut quatuor diebus ſæpè auribus medetur.

---

## OLEUM CARMINATIVUM.

℞ OL. *ſem. Cumini* unc. dimid. *Fœnicul. Aniſi*, *Carvi* ana drac. j. *Anethi*, *Aurant. Chamomill.* ana drac. dimid. Miſce, & ad uſum repone.

Vi-

*Vires, Uſus, Doſis.*

MEdicamentum verè anodynum eſt: Diſcutit enim flatus, Hyſteralgiam, & omnes morbos ex ventoſitate ortos curat. Tum quoque dolores Pectoris, Ventriculi, Lienis, Inteſtinorum, Renum, & Veſicæ lenit, atque placat. Melancholiæ flatuoſæ, ſeu hypochondriacæ auxilio eſt. Doſis à gut.iij. ad v. & vj. in vehiculis appropriatis.

---

## OLEUM NEPHRITICUM.

℞ OL. *Succini alb. rect. Terebinthinæ, Juniperi* ana unc. iij. *Fermenti panis cibar. Salis communis, Tartari alb.* ana unc.j. *Aq. Hederæ terr. Petroſelini, Ononidis* ana lib. iij. Miſce, & per alembicum diſtilla; poſteà ſepara oleum, & ad uſum reſerva.

*Vires, Uſus, Doſis.*

VIrtuoſiſſimè, & potentiſſimè calculum Renum, & Veſicæ frangit, & per urinam expellit: Inſuper Colicos dolores ſedat. Uterum roborat, & partum facilem reddit, ſi ex aq. Verbenæ parturienti propinetur. Cum aq. Tiliæ ſumptum, Capitis affectibus, nervorum reſolutionibus, morbo attonito & Comitiali ſuccurrit: necnon naribus inunctum ab omni veneno, & aere peſtilenti præſervat. Doſis manè à gut. v. ad vi. in vehiculis ſpecificis.

OLEUM

Digitized by Google

# OLEUM SEPTEM FLORUM.

PAratur ex oleo Olivarum per multas repetitas infuſiones florum Violarum, Sambuci, Roſarum, Chamomillæ, Liliorum alb. Verbaſci, Malvæ arbor. rub. Infundantur autem flores in oleo, & quilibet ſuo tempore, dum haberi poteſt recens, & ſeorſim, digerantur in Sole, & poſt debitam macerationem quilibet flos ſeorſim quoque, & fortiter exprimatur, & hic labor cum aliis, & recentibus floribus aliquoties repetendus, &c. Sic tandem oleum anodynum, & verè Balſamicum accipies, in omnibus tam frigidis, quàm calidis doloribus appropriatum, quod uſui repones.

### *Vires, & Uſus.*

ANodynum eſt. Capitis dolores, & Cephalalgiam mitigat. Phreneticis, & Vigilibus fronti, ac temporibus impoſitum, ſomnum conciliat. Hypochondriorum tenſionibus prodeſt. Dolores Thoracis, Ventriculi, Coli, Uteri, & nervoſarum partium ſedat. Pleuriticis, Tabidis, & Hecticis præſenti eſt remedio. Febrium ardentium æſtus intolerabiles placat. Jecoris, & Renum immoderatum calorem ſedat. Omnem Intemperiem calidam extinguit. Uteri durities emollit, & multos alios vulvarum caſus componit. Omnes tumores calidos vel reſolvit, vel maturat. Laſſitudines diſcutit. Valet etiam ad ambuſta cum album. Ovi, vel mucilag. Sem. Cydonior. miſtum. Per clyſteres denique injectum dolores ventris ſiſtit, alvum irritat, ſeroſaque excrementa per inferna educit.

OLEUM

Digitized by Google

## OLEUM SABINÆ CROCINUM.

℞ OL. ſtil. *Sabinæ* unc.iii. *Croci Orient.* drach.iii. Miſce, & affunde ſp. vini ſuper Artemiſ. Centaur. min. & Cinnamom. rectif. unc. ii. Coq. ad ſpiritus conſumptionem, poſteà ſepara oleum, & ad uſum reſerva.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD cienda muliebria probatiſſimum. Doſis manè, & veſperi à gut. v. ad vj. & vij. in aq. Artemiſiæ, pulegii, &c. Item in vino Malvatico, vel alio generoſo & forti: in decoctione noſtra contra menſes ſuppreſſos commodiſſimè offertur. Tempore autem, quo menſtrua fluere conſueverunt, exhibendum, ut ſic adjuvante natura eò efficaciùs operari poſſit.

---

## OLEUM BALSAMI.

℞ OLeor. *Olivarum* lib.i. *Hyperici*, *Bac. Lauri* ana unc. i. *Gran. Juniperi*, *Petræ* ana unc. dimid. *Lig. Rhodini*, *Spicæ* ana drach. ii. *ſem. Angelicæ*, *Aniſi* ana drach.i. *Terebinth. Cypriæ in aq. Violar. lotæ* lib.dimid. Miſce, & cum ſ.q. Rad. Anchuſæ f.l.a. Oleum, ſeu Balſamum rubicundum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

CAlefacit, aperit, diſcutit, tenuat, atque penetrat. Hinc omnibus affectibus frigidis auxiliatur. Flatus egregiè diſſipat. In paralyſi, nervorum origini inunctum, multum facit. Surditati, ſibilo, & dolori aurium

rium à frigiditate medetur. Dolores, & rigores Febrium ſpinæ dorſi illitum tollit, & Febres abigit. Putredini, & peſti reſiſtit. Calculos comminuit, atque pellit. Sudores provocat. In Spaſmo, Colica, Hydrope, Tympanite, contra Fracturis, Suffocatione Matricis, ſanguine coagulato, ſtomacho debilitato, &c. internè, & externè uſurpatum præſtans eſt remedium. Doſis à ſcrup. i. ad drach. i. in vehiculis morbum reſpicientibus.

## OLEUM FORMICARUM.

℞ *Formicarum Vivar. Sem. Erucæ* ana q. v. Miſc. & contunde, ut fiat quaſi paſta. Hanc vitro inde, & ſub dio Soli tamdiu expone, donec oleum accipias, quod per expreſſionem ſepara, & ad uſum pro Balſamo noſtro Venereo reſerva.

*Vires, & Uſus.*

SI hoc oleo plantæ pedum, & regio pubis, ac perinæi ungantur, mirabiliter torpentes excitat, etiam à maleficio tales.

## OLEUM LIGNORUM.

℞ *Raſ. Ligni Sancti* lib. iij. *Saſſafras, Rhodini* ana unc. viij. Miſta deſtillentur, ut eſt artis, & accipies Spiritum, & Oleum, quę ſeorſim aliquoties rectificentur, & ad uſum ſerventur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

SPiritus habet vim diaphoreticam, & per ſudorem expellit quodcunque in corpore noxium. Doſis à drach. dimid. ad drach. i. in vehiculis ſpecificis. Oleum verò Experimentum eſt in Gonorrhœa; Contagioni etiam, & putredini maximè reſiſtit: Ea enim ratione morbo Venereo mirè ſubvenit; cujus ulcera, puſtulæ, cruſtæ, veſiculæ, &c. necnon ſerpigines, & ſcabies ex Olei hujus illinitione curantur. Doſis internè à gut. vi. ad gut. viij. in liquore convenienti, & appropriato.

SE-

Digitized by Google

# SECTIO XXXIV.

## DE BALSAMIS ET ODORIFERIS.

### BALSAMUM POLYCHRESTUM.

℞ Oleor. *Olivarum* lib. i. *Hyperici*, *Lauri* ana unc. j. *Succini alb. rect. Bac. Juniperi*, *Petræ* ana unc. dim. *Spicæ* drach. ij. *Nuc. Moſch. Aurantiorum*, *Roriſm.* ana drach. i. *Chamomillæ Rom. Cumini* ana drach. dimid. Miſtis adde Sp. Vini optimè rect. (in quo priùs per octo dies Thus, Maſtix, Benzoin, & Styrax cal. Mumia, Gran. tinct. Flor. Centaur. min. & Conſolid. major. Roſæ, Violæ, necnon Rad. Anchuſæ infuſa fuerint) lib. j. *Terebinthinæ Cypriæ in aq. Roſarum diligenter lotæ* lib. dimid. *Balſ. Sulph. aniſat. noſt.* drach. vj. Ingenioſè denuò miſce, & ſtent in digeſtione retro fornacem, vel ad Solem, ſæpiùs in die agitando per 14. dies: Poſtea Sp. vini in B. M. lentiſſimo igne abſtrahatur, tunc in fundo manebit Balſamum rubicundum ad uſum publicum meritò reſervandum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

BAlſamum hoc nobiliſſimum, tàm pro externo illitu quàm pro interno uſu efficaciſſimum, tenuis eſt ſubſtantię propter vim penetrandi, qua omnia membra reficit, calefacit, tenuat, aperit, diſcutit, atque exſiccat. Omnibus diſtillationibus, & defluxionibus capitis frigidis mirè confert. Apoplexiæ, Epilepſiæ, Vertigini, & oblivioni præcipuè auxiliatur, ſi ſutura coronalis, extremitates narium, tempora, occiput, vertex, &c. frequentiùs inungantur. In aurium tinnitu, ū flatu craſſo, ſibilo, & hebetiore ſenſu, ex frigiditate contracto, tepidum feliciter adhibetur. Cerebri, Pectoris, Hepatis, Lienis, Uteri, Nervorum, Articulorum omnium, aliarumque partium nervoſarum puncturis, & doloribus frigidis mirum in modum medetur. Hypochondriorum tenſionibus valdè utile: necnon durities, ſeu tumores, duros, & ſcirrhoſos diſſipat, & colorem bonum conciliat. In Paralyſi, Spaſmo, Iſchiade, Contracturis, &c. ſecretum eſt. Pulmones quoque ab humoribus craſſis, & viſcidis purgat. Stomacho, & orificio ventriculi inunctum mirificè eum roborat. Anhelitum commendat. Flatus internos potenter diſſipat. Arcanum eſt in Colica, ſi umbilicus eo inungatur, introque ſumatur. Sanguinem coagulatum diſſolvit ex vino, exſpe ato ſudore, potum, locoque affecto inunctum. Aquæ petroſelini, vel alii convenienti liquori immiſſum, atque aſſumptum, ſimulque regioni Renum, & Veſicæ illitum, calculos, & alias ſuperfluitates meatuum urinalium pellit, Veneriſque tentiginem excitat. Uteri quoq; ſtrangulatui prodeſt, naturalibuſq; illitum, fœtum evocat. Quòd ſi tepefactum in quartana aliiſque febribus quàm plurimis, ante paroxyſmum, ſpinæ dorſi à nucha colli uſque ad nares fortiter juxta

ignem,

ignem, ſeu retro fornacem inunxeris, rigores inſigniter ſublevat, mitigat, febreſque profligat. Omnia denique conſervat, & tuetur à putrefactione, necnon ab omni veneno, & aere peſtilenti præſervat. Doſis internè à ſcrup. i. ad drach. dimid. & drach. i. In vehiculis appropriatis, & ſpecificis.

## BALSAMUM APOPLECTICUM.

℞ OL. *Nucis Moſchat. exp.* unc. i. *Succini alb. rect.* drach. i. dimid. *Roſarum ver. Cinnamomi* ana ſcrup. i. *Lavendulæ*, *Majoranæ* ana gr. xv. *Aſæ dulcis*, *Rutæ* ana ſcrup. dimid. *Caryophyllorum*, *Citri* ana gr. iv. Diligenter, & optimè miſtis adde *Ambræ griſeæ* drach. i. dimid. *Zibethæ non falſ.* ſcrup. iv. *Moſchi laudatiſſ.* drach. j. Miſce fideliter, & fiat ſecundum artem juſtæ conſiſtentiæ Balſamum.

### *Vires, & Uſus.*

IN tota Repub. Medica vix invenitur Balſamum Apoplecticum, quod fama illuſtrius, virtute nobilius, honore dignius, auxilio promptius, & odore fragrantius, quàm hoc præſens. Narium enim extremitatibus ſaltem, necnon (exigente tamen neceſſitate) vertici, atque pulſibus modicè inunctum vitales, animales, & naturales ſpiritus miraculosè ſuſcitat, atque ſuaviſſimè recreat.

## BALSAMUM HYPNOTICUM.

℞ OL. *Nucis Moſchat. exp.* drach. v. *Roſarum vulgar. Violarum*, *Nymphææ* ana drach. ij. *Sem.*



Digitized by Google

*Hyoſcyami exp. Papav. alb exp. de Lateribus*, *Benzoin.* ana drach. i. Miſce fideliter, & poſtea adde ſequentia: *Ung. Populeon.* unc. j. *Medul. Cervinæ* drach. iij. *Opii in ſp. Vini diſſ. Ext. Croci Orient.* ana drach. i. dimid. *Ambræ*, *Moſchi*, *Ol. Roſarum veri* ana ſcrup. j. Miſce, & fiat juxta artem Balſamum.

*Vires, & Uſus.*

NAribus, & pulſibus temporum, & brachiorum, necnon, ſi opus, auribus, & pedum plantis inunctum ſomnum ſuaviter conciliat; & dolores capitis mitigat.

---

## BALSAMUM MEMORIÆ.

℞ OL. *Nuc. Moſchat. exp.* unc. i. dimid. *de Lateribus*, *de Caſtoreo* ana drach. iij. *Myrrhæ rub. Thuris* ana drach. j. *Roriſmarini*, *Lavendulæ*, *Majoran. Rutæ* ana ſcrup. i. *Caryophyllorum*, *Succini albi*, *cinnamomi*, *Benzoini* ana ſcrup. dimid. Miſce, & cum cap. mortuo Ol. Nuc. Moſchat. exp. fiat juſtæ conſiſtentiæ Balſamum, cui adde Galliæ Moſchat. veræ ſcrup. ij. Denuò miſce, & ad uſum repone.

*Vires, & Uſus.*

AD amiſſam memoriam, illamque tàm confortandam, quàm conſervandam ſecretum eſt; Sed in mulieribus hyſtericis affectionibus obnoxiis, Gallia Moſchata omittatur, vel ad ſupprimendum odorem pondus ol. Succini alb. augeatur. Uſus ejus eſt, ut manè & veſperi occiput hoc Balſamo benè illinatur.

BAL-

Digitized by Google

## BALSAMUM ODONTALGICUM.

℞ OL. *Origani Cretici*, *Caryophyllorum*, *Camphoræ* ana drach. ij. *Opii Spagyricè præp.* *Flor. Nitri* ana drach. j. *Spec. Diambræ*, *Santali rub.* ana drach. dim. Miſce, & cum Cap. mort. Ol. Nuc. Moſchat. exp. vel in hujus defectu, cum ceræ alb. unc. dimid. fiat l. a. Balſamum.

*Vires, & Uſus.*

EFficax eſt in dolore dentium à quacunque ferè cauſa, præſertim autem frigida; Goſſypio enim exceptum, & dentium cavernis impoſitum, ſubitò medetur; Vermiculos inſuper necat, humoreſque affluentes per os copioſè educit.

---

## BALSAMUM PUERORUM DENTIENTIUM.

℞ BUtyri *Majal. non ſaliti* unc. iij. *Ping. Gallinarum*, *Anatis* ana unc. ij. *Flor. Papav. errat.* drach. j. Coquantur in ſuc. è Cancris vivis contuſ. & cum aq. Cyani, ext. Rad. Althææ ana unc. ij. ad ſuccorum conſumptionem; Poſteà expreſſis adde *Sacchari candi alb.* unc. iv. *Galliæ Moſchat. veræ* ſcrup. i. *Vitell. ovorum* N. j. Miſce, & fiat juxta artem Balſamum.

*Vires, & Uſus.*

IN dentitione infantium, ob gingivarum denſitatem & duritiem ſæpe de vita periclitantium, maximos inde dolores, gingivas rarefaciendo, ac emolliendo ſiſtit, & faciliùs dentire facit, ſi eo gingivæ frequentiùs inungantur.



Digitized by Google

## BALSAMUM PARALYTICUM.

℞ OL. Galbani cum Sp. Terebinthinæ deſtillat. Succini rectif. ana unc. j. Roriſmarin. Angelic. ana drach. i. Chamomillæ Rom. Caryophyllorum, Salviæ ana drach. dimid. Origani Cret. Lavendulæ ana ſcrup. i. Miſce, & cum ol. Nuc. Moſchat. exp. ſ. q. fiat juſtæ conſiſtentiæ Balſamum, ſeu linimentum molle, cui pro ditioribus ſaltem adde Trochiſc. Galliæ Moſchat. ſcrup. i.

*Vires, & Uſus.*

NUchæ, & cerebro tanquàm origini nervorum, necnon membris paralyticis inunctum, mirabiliter juvat, & multum facit in Paralyſi: Quia omnes nervos penetrat, ac roborat quod in hoc morbo maximè requiritur.

## BALSAMUM SPASMATICUM.

℞ PIng. Anguillæ unc. j. Ol. Galbani cum Sp. Terebint. deſtillat. unc. dimid. Lumbricor. ter. Lilior. albor. ana drach. iij. Succini alb. rect. Roriſmarini, Angelicæ ana drach. i. dimid. Bac. Juniperi, Chamomillæ, Origani Cret. Laurini ana drach. j. Caryophyllorum, Lavendulæ, Salviæ, Rutæ ana ſcrup. i. Miſce, & cum Ol. Nuc. Moſchat. exp. & ceræ alb. ana ſ.q. fiat l. a. Balſamum.

*Vires, & Uſus.*

IN Convulſione, quæ ab humore frigido nervos replente fieri ſolet, præmiſſis tamen univerſalibus, & corpus debitè evacuantibus, hoc balſamum principatum obtinet. Membra enim convulſa, & tremore infeſtata, omnes nervos penetrando, curat; necnon convulſivos



Digitized by Google

vulſivos motus ſiſtit. Fiat autem inunctio non ſolùm in loco affecto, verùm etiam à collo uſque ad ultimam vertebram bis, ſeu ter in die. Æger interim caveat ſibi ab aere frigido, nec membra ſpaſmatica aqua frigida humectet, cibos quoque flatulentos, crapulam, cruditatem, & nimiam Venerem fugiat.

## BALSAMUM STOMACHICUM.

♃ OL. *Nucis Moſchat. exp.* unc. ij. dimid. *Menthæ criſp.* unc. dimid. *Aurantiorum*, *Caryophyll. Macis* ana drach. j. *Roriſmarini*, *Lavendulæ*, *Abſynthii*, *Cumini*, *Anethi* ana drach. dimid. Miſce, & fiat miſtura, cui, ſi placet, ad temperandum caliditatem adde parum Ol. Roſar. rub. vulgar. & cum ceræ alb. ſ. q. fiat l. a. Balſamum.

### *Vires, & Uſus.*

VAlet ad frigidum Ventriculum tardiùs concoquentem, & flatibus multis obnoxium: Item acidum ructum, & nauſeam corrigit. Vomitum phlegmaticum ſiſtit. Flatus inteſtina diſtendentes diſcutit. Ungendus autem ventriculus eſt quotidiè bis, manè ſcilicet, & veſperi, finita concoctione.

## BALSAMUM AROMATICUM.

♃ OL. *Abſynthii vulgar. Nardini comp. Menthæ criſp. Maſtichis* ana unc. ij. *Nuc. Moſchat. exp.* drach. vj. *Ol. Stil. Caryophyllor. Calami aromat.* ana drach. j. *Roriſm. Lavendulæ*, *Aurantiorum*, *Benzoini*, *Cumini* ana ſcrup. j. Diligenter, & fideliter miſtis adde *Spec.*

*Dia-*

Digitized by Google

*Diatrion.Piper.Gum.Tacamabac.* ana drach. ij. *Galliæ Moſchat.veræ* ſcr.dim. Denuo Miſce, & cum ſ.q.Cap.Mort. Ol.Nuc.Moſchat.exp.fiat l.a. Balſamum.

*Vires, & Uſus.*

INſigniter calefacit frigidum Ventriculum. Concoctionem juvat, & ventoſitates diſſipat. Doſis pro una vice nuc.avellan.quantitas, & poſt inunctionem linteum calidum duplex ſuperponatur.

---

## BALSAMUM ABSYNTHIACUM.

℞ OL.*Nuc.Moſchat. expreſſ.* unc. ij. *Abſynthii vulgar. Nardini comp.* ana unc. j. *Maſtichis* unc. dimid. *Stil.Abſynthii* drach. j. *Menthæ criſpæ, Thymi* ana drach dimid. *Caryophyllorum, Maceris* ana drach. j. Miſce, & fiat l.a. Balſamum juſtæ conſiſtentiæ.

*Vires, & Uſus.*

VEntriculo inunctum, ejus frigiditati, coctricem, ac retentricem vim roborando, cibi aviditatem excitando, flatus conceptos diſſipando, mirificè conducit; Necnon ad Cœliacos, Stomachicos, Colicos, & Dyſentericos cruciatus valdè utile. Cerebri quoque, & nervorum frigidis affectibus opitulatur.

---

## BALSAMUM SULPHURIS ANISATUM.

℞ OL. *Aniſi* unc. vj. *Floris Sulphuris* unc. j. Miſc. & in vitro digerantur, & circulentur tamdiu, donec Ol. Aniſi tincturam Sulphuris perfectiſſimè extraxerit: Poſteà aufer Oleum rubicundiſſimum per inclinationem, filtra, & ad uſum reſerva.

Vi-

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

Est Balſamum perfectiſſimum, calefaciens, ſiccans, & à putredine conſervans, in quo ſunt omnes virtutes naturalis Balſami, & vis conſervativa maxima. In Catarrhis pectoralibus, Tuſſi, Aſthmate, Phthiſi, Pleuritide, Colica, Peſte, Febribus, morbis Epidemicis, Epilepſia, lue Venerea; necnon in omnibus Apoſtematibus, & putrefactionibus Corporis, &c. miranda præſtat. Doſis à gut. iij. ad v. & vj. in vehiculis appropriatis, & ſpecificis.

---

## BALSAMUM ZIBETHÆ.

℞ OL. *Nuc. Moſchat. exp.* unc. j. *Zibethæ non falſat.* unc. dimid. Invicem priùs bene, & fideliter miſtis adde *Ol. Stil. Saponis rect. Carminativ. noſt. Ceræ rectif.* ana drach. i. *Caryophyllorum, Macis* ana drach. dimid. *Ambræ* & *Moſchi* ana ſcrup. j. Denuò miſc. & fiat l.a. Balſamum.

*Vires, & Uſus.*

Umbilicus hoc Balſamo inungitur: Intolerabiles cruciatus, & dolores Colicos non ſolùm ſedat; ſed & diſcutit, & reſolvit malignos, crudos, nitroſos, atque vitioſos humores. In coitu etiam mulieribus magnum affert ſolatium, ſi penis glans eo inungatur. Item, ſi in ſuffocatione matricis maritus dicto modo ſeſe inungat, & cum uxore coeat, præſentiſſimum eſt remedium: Matrix enim ſubitò deſcendit. Ad nares autem illarum eo tempore fœtida adhibeantur, qualia ſunt Caſtoreum, Aſa fœtida, &c.

BAL-

Digitized by Google

## BALSAMUM TEREBINTHINÆ.

℞ R*Ubini tranſlucentis ex Ol. Terebinthinæ per evaporationem fact. q. v.* Pulveriſa. & opt. Sp. vini ſecundum artem tincturam extrahe, ſpiritum tinctum per 14. dies digere; poſteà in lento balnei calore ad medietatem, ſeu Oleitatem iterum abſtrahe, & poſt filtrationem debitam ad uſum repone.

*Vires, Uſus, Doſis.*

REnum, & Veſicæ calculos expellendi, eorumque dolores ſiſtendi, Gonorrhœam curandi, potentiſſimam vim habet. Doſis à gut. v. ad vij. & ſcrup. dimid. in vehiculo convenienti. Externè etiam regionibus dictorum membrorum inunctum cruciatus nephriticos egregiè ſopit.

---

## BALSAMUM MEDICAMENTOSUM.

℞ T*Incturæ Roſarum cum aq. lap. Medicamentoſ. extract. Mellis Virginei* ana unc. iv. *Aluminis uſti* unc. j. *Terræ vitrioli dulc. Gum. Laccæ* ana drach. iij. Coq. ad conſiſtentiam Balſami; poſteà adde *Corall. rub. præp. ſang. Draconis* ana drach. ij. *Sarcocollæ, Myrrhæ rub. Maſtichis* ana drach. j. *Ol. Lig. Rhodini, Nuc. Moſchat. ſalviæ* ana ſcrup. j. Miſce. & fiat l. a. juſtæ conſiſtentiæ Balſamum.

*Vires, & Uſus.*

AD gingivarum putridam, tumidam, ſuperincarnatam, & denigratam carnem valet: Illa enim à putredine præſervat, & curat. Inſuper dentes confirmat,

ſanat, illoſque nova carne obducit, & cætera oris vitia, utpote Cancrum, Noli me tangere, Scorbutum, Apoſtemata, Ulcera, Alcolam, Corroſionem, &c. perfectè & ſubitò ſanat, & quamcunque affectionem gingivarum tollit. Manè autem, & ſerò, vel aliquoties in die caro maligna fricetur, atque os eluatur aq. ſalviæ vel alio appropriato liquore.

---

## BALSAMUM STYPTICUM.

℞ EMpl. *ſtyptici noſt.* unc. iv. *Ol. Vitell. Ovorum* q. ſ. Fiat l. a. Balſamum; cui adde *Ol. Caryophyllorum*, *Nuc. Moſchat. ſalviæ* ana ſcru. i. miſce, & ad uſum repone.

### *Vires, & Uſus.*

VEntriculum firmat, & ventrem inferiorem totum, ſi eo inungatur, roborat, Concoctionem juvat; ob hæc Vomitum, Choleram morbum, Lienteriam, Diarrhœam, & Dyſenteriam hepaticam curat. Præterea ad firmandum Uterum, Menſium abundantiam cohibendam, Abortum prohibendum, Reneſque laxatos ſtringendum, valet.

---

## BALSAMUM VENEREUM.

℞ R*Ad. Pyrethri*, *Euphorbii* ana unc. j. *Cantharid.* unc. dimid. Coq. in vini Malvatici lib. ij. ad conſumptionem medietatis, & Colaturæ adde *Ol. Olivarum* unc. iv. Denuò coq. donec abſumatur humiditas; Poſteà huic Oleo adde *Ol. Nuc. Moſchat. exp.* unc. i. *For.*

*i. Formicarum noſt.* unc.dimid. *De Nuc.Indica, Caſtorei* ana drach. j.dimid. *Moſchatellini*, *Caryophyllorum*, *Maceris*, *ſpicæ* ana drach.j. *Zibethæ non falſat. Moſchi opt.* ana ſcrup. j. Miſce, & cum cap. Mor. Ol. Nuc. Moſchat. exp. vel in hujus defectu cum ceræ alb.ſ.q. fiat l.a. in juſta conſiſtentia Balſamum.

*Vires, & Uſus.*

SI hoc Balſamo veretrum, & partes circumſtantes, videlicet regio inter anum, & teſtes, ubi penis corpora latent, necnon pollex dextri pedis ungantur, egregiè juvat ad coitum: Eſt enim inſigne illectamentum Matricis, atque Venerem ſtimulando, mirabilem erectionem facit, & indeſinenter ferè operatur, nec quieſcit ſæpè erectio; quando autem volueris, quod ceſſet, lavabis loca inuncta.

## BALSAMUM UTERINUM.

℞ BUtyri Majal. inſulſi unc. j. *Ol. Jovis Anglici, ſuccini citrin. Terebinthin.* ana drach.j. dimid. *Gum.Tacamabacæ, Aſæfœtid. Galbani, Sabinæ* ana drach.j. *Caſtorei veri* drach.dimid. *ſevi Hircini* q.ſ. Ut fiat ſ. a. juſtæ conſiſtentiæ Balſamum.

*Vires, & Uſus.*

UMbilico calidè inunctum, ſuperponendo corticem juglandis, aſcenſum, ſeu recurſum uteri ad ſuperiora ſubitò in locum ſuum reducendo, quaſi præcipitat, & dolores mitigat: ſed abſtineat ab odoriferis Hyſterica, interimque aliquot guttulæ Ol. ſuccini alb. & Caſtorei narium extremitatibus, & pectoris foſſulis illinantur.

BAL-

Digitized by Google

## BALSAMUM PODAGRICUM.

SUc.ſemper vivi domeſt.Roriſmarini,Cucurbitæ,Nicotianç, Hyoſcyami, Chamædryos, Verbenæ ana unc. vi. Vitrioli ad flaved.calc.Tartari albi, Salis marin. calc. ana unc.iij.Ping.cati ſylveſt. Anſeris, Vulpis, Medullæ cervinæ ana unc.i.dim. Ol.Terebinth.Laterini,Juniperi, Saponis ana unc.i. Mandib.inf.equor.Saturni, ſpicæ ana drach. vj. Gum. Ammoniaci,Opopanac. Sagapeni, Maſtichis, Olibani, Mumiæ tranſmarin. ana unc. dimid. Miſta coq. ſecundum artem ad conſumptionem humiditatis, poſteà pinguedinem omnem ad uſum reſerva.

*Vires, & Uſus.*

HOc Balſamo partes dolentes calidè oblinantur manè, & veſperi linteis deſuper impoſitis; mirum in modum ad Podagram, & dolores alios quàm plurimos ſedandos valet: Citò enim alterando, & penetrando tartareas, & tophaceas concretiones reſolvit, ac ſimul ferè omnes podagricos, & ſpaſmaticos cruciatus è frigida cauſa ortos tollit.

---

## BALSAMUM SAPONIS.

℞ SAponis Venet. in ſucco Limonum diſſolut. lib.i. Mellis virgin. alb. unc. iv. Coſmetici Mercurial. Sacchari cand. alb. Rad. Ireos Flor. ana unc. i. ſal.Tartari alb. ſpermat. ceti albiſſ. aluminis ſaccharini, Borracis Venet. ana unc. dim. Balſami Peruviani odorif. drach. ii. Galliæ Moſchat. veræ drach.i. Ol. Lig. Rhodini, Cinnamomi, Caryophyll. Lavendulæ ana ſcrup.i. Miſce, & fiat l.a. miſtura ad formam Balſami.

*Vires, & Uſus.*

UTere in lavando, fricandoque manus; Quia nivis inſtar dealbat, cutemq; nitidam, atque mollem reddit.

SE-

Digitized by Google

# SECTIO XXXV.

## DE

# UNGUENTIS.

### UNGUENTUM PARALYTICUM.

℞ OL. *ſuccini rect. Laterini* ana unc. i. dim. *Juniperi*, *Templini*, *Terebinth.* ana unc. j. *Laurini*, *Petræ*, *ſpicæ* ana unc. dim. *de caſtoreo*, *de piperib.* ana drach. ij. Miſtis affunde ſp. Paralytic. noſt. unc. iv. & coq. ad ſp. conſumptionem; poſteà adde *aluminis plumoſ. præp.* unc. j. *Ol. ſtil. Roriſmarini*, *Nuc. Moſchat. Caryophyllor. Origani cret. abſynthii*, *Lavendulæ*, *Angelicæ*, *ſalviæ* ana drach. j. miſce, & cum ſ.q. Ceræ citrin. fiat l.a. Unguentum.

*Vires, & Uſus.*

EFficaciſſimè membra paralytica recreat, materiam peccantem, inhærentemque nervis, muſculis, atque tendinibus, digerendo abſumit: Partes nervoſas calefaciendo confortat, & priſtinæ motioni reſtituit, frigidæque Arthritidi confert. Inſuper Iſchiatica affectione medicamentum eſt ſtupendum. Fit autem inunctio manè, & veſperi in loco calido, Medicamentis tamen univerſalibus præmiſſis.

UN-

Digitized by Google

## UNGUENTUM OPHTHALMICUM.

℞ B*Utyri Majal.non ſalit. & aq.Euphraſ.ablut.*unc.iv. *ſang.Dracon.veri & ſubtiliſſime pulveriſat.*unc.dimid. *Sacchari cand.alb.Tutiæ præp.* ana drach. ii. *Margaritar.præp.ſarcocollæ* ana drach.dimid. *Campbor.*ſcrup. dim. *Opii ſpagyricè præp.* g. iv. Miſce, & fiat Unguentum ſecundum artem.

*Vires, & Uſus.*

SI huius Unguenti tantillum, præmiſſis priùs univerſalibus, ad angulos, & palpebrarum oras adhibeatur, omnes humorum fluxiones, calorem temperando, dolorem ſedando, ruborem auferendo, acrimoniam mitigando, lachrymas ſiſtendo & exſiccando, arcet, oculoſque mirè roborat.

---

## UNGUENTUM PECTORALE.

℞ O*L.de Piſtacbiis exp.de Pineis exp.amygdal. dulc.*an. unc.i.dim. *Butyr.non ſalit.Majal.axung.capon.ſevi Hircin.*ana unc.i.Miſtis affunde Aq.Pectoral.noſt. unc.iij. & coq. ad conſumptionem aquæ; poſteà adde *Eſſ. Croci Orient.*drach.ij.*Ol.ſtil.Chamom.Rom.Fœniculi, Maceris, Anethi, Aniſi* ana drach. i. Miſce, & fiat l.a. cum cera alb.Unguentum.

*Vires, & Uſus.*

VAlet propriè ad dolorem pectoris; ſuper illud enim inunctum, pituitam in eo reſolvit, & ſanat omnia loca, calefacit, humectat, mollificat, &c. Fiat autem inunctio manè, & veſperi coram lento ignis, aut fornacis calore.

Cc UN-

Digitized by Google

## UNGUENTUM PLEURITICUM.

℞ PIng. *Muris mont.* unç.iv. *Butyri Majal. ſine ſale* unc. ii. *Ol.Nuc.Jugland. Amygdal.dulc.Papav.exp. Laurini* ana unc.j. *Suc.Flor.Pap.errat.* unc.vj.miſce, & coq. ad ſucci conſumptionem; deinde adde *Ol.ſtil.Chamomillæ, Anethi* ana drach.j.dimid. *De Laterib. Cumini* ana drach.j. Denuò miſce, & cum ſ.q. Ceræ alb.f. Unguentum.

### *Vires, & Uſus.*

POſt principium in ſedatione doloris pleuritici, & reſolutione apoſtematis Unguentum eſt mirabilis effectus; Quod adminiſtretur loco dolenti, & non ceſſandum ab inunctione, donec dolores deſiſtant: Et ſcias, quòd hoc remedium valet in quolibet alio forti dolore, in toto corpore exiſtente, & tibi honorem, ægroto autem utilitatem maximam conciliabit. Nota: Emplaſtra, & Unguenta in morbis pectoralibus debent poni ſuper pectus antè, & retrò ſupra dorſum; in pleuritide verò magis ſuper latera.

---

## UNGUENTUM ANODYNUM.

℞ OL. *Anodyni noſt. ſeptem Florum* unc. vj. *Amygdal. dul. Hyoſcyam. exp. Papav. exp. Lumbricor. ter. Hyperici*, ana unc.j. *Ping. cati ſylveſt. Anſerinæ* ana drach.vj. *Suc.depurat. Nicotianæ, Chamædryos, Verbenæ* ana unc.iv. miſce, & coq. ad ſuccorum conſumptionem, poſteà cum ceræ alb.ſ.q.fiat l.a Unguentum.

### *Vires, & Uſus.*

DOlores in quacunque corporis parte mitigat, unde nomen quoque traxit: Sed in cauſa nimis frigida

ad

ad unguenti unc.ij. adde Ol.Petræ, Juniperi, de lateribus ana ſcrup. j. miſce pro uſu.

## UNGUENTUM SPLENETICUM.

℞ OL. *de Capparib.* unc.iij. *ſem. Erucæ exp. Nigellæ exp. Canabis exp.* ana unc. j. *Amygdalar. dulc. Juniperi* ana unc. dimid. Miſtis affunde ſuc. Scolopend. exp. unc. iv. Et coq. ad ſucci conſumptionem; poſteà adde *Ol. Stil. Maſtichis, Cumini Myrrhæ* ana drach. i. *Gum. Ammoniaci, Chamomillæ, Abſynthii* ana drach. dimid. *Ext. Croci Or.* ſcrup. ii. Denuò miſce, & cum ceræ alb. ſ. q. fiat Unguentum.

*Vires, & Uſus.*

LIeni ad ignem illitum, eum aperit, confortat, & à ſcirrho præcavet; præterea dolores, & inflationes ſedat, & diſcutit.

## UNGUENTUM SPASMATICUM.

℞ OL. *Limacum per deſcenſ. deſtil. Lumbricor. ter. Seſamini* ana unc. i. dimid. *Ping. Arietis caſtrat. Erinacei, Vulpis* ana unc. i. *Butyri Majal. ſ. ſale, Medul. Cervinæ* ana unc dimid. *ſpir. Juniperi* unc. iij. miſce, & coq. ad Sp. conſumptionem, poſteà adde *Ol. ſtil. ſuccini alb.* drach. iij. *Chamomill. Laurini* ana drach. j dimid. *Roriſmarini, Salviæ* ana drach. j. miſc. & cum ſ. q. Ceræ alb. f. Unguentum.

*Vires, & Uſus.*

IN convulſione, & poſt debitam evacuationem, eſt præcipuum: membris enim Spaſmo correptis applicatum, nervorumque origini inunctum, mollificat,

 reſol-

Digitized by Google

reſolvit, nervoſque refocillat. Locus autem ſpaſmaticus manè, & veſperi calidè inungatur, & citò videbis allevationem.

## UNGUENTUM RENALE.

℞ Ol. *Anodyni noſt. vel 7. flor.* unc. iv. *Papav. alb. exp.* unc. ij. *Ung. Roſati rec. Populeon.* ana unc. j. *Ping. Caponis, Medul. Cervin.* ana unc. dimid. *Santali rub. Nitri præp.* ana drach. ij. *Suc. Flor. Malvæ arbor. rub.* unc. vj. miſce, & coq. ad ſucci conſumptionem; Poſteà cum cera citrina fiat Unguentum.

*Vires, & Uſus.*

In refrigerando, & humectando præcipuam habet dignitatem: Propterea ubicumque refrigeratione, & humectatione opus, ejus uſus eſſe poterit. Inprimis autem dorſo, lumbis, &c. illitum, Renum inflammationi, calori, & calculo medetur, nec non dolores in quacumque corporis parte à cauſa calida provenientes mitigat, atque placat.

## UNGUENTUM NEPHRITICUM.

℞ Ol. *Scorpionum ſimpl.* unc. vj. *Flor. Verbaſci, Chamomill. Populini, Anethini,* ana unc. j. *Nucl. Ceraſor. exp. Amygdal. amar.* ana unc. j. dimid. *Ping. Gallinarum, Anſerinæ, Anatis* ana drach. vj. *Butyri rub. è Cancris conf. ung. Dialthææ* ana unc. ij. *Balſ. Terebinthinæ* drach. iij. *Suc. Parietariæ exp.* lib. j. Miſce, & coq. ad ſucci conſumptionem; poſteà cum cera fiat l. a. Unguentum.

Vi-

*Vires, & Uſus.*

RENes, lumbi, deorſum uſque ad pubem hoc unguento quotidiè aliquoties inungantur: Sic enim inunctum mirabiliter vias dilatat, ut calculus, & arena eo faciliùs, dolores nephriticos leniendo, ureteres laxando, lapidem, & tartaream molem comminuendo, deſcendere poſſint.

---

## UNGUENTUM AD AMBUSTA.

℞ *ALbum. Ovorum* p.ij. *Ol.Olivar.* p. j. Conquaſſando diligenter & exactè miſceantur, ut fiat Unguentum Album.

*Vires, & Uſus.*

HOc præſens præſentiſſimum linimentum, nullius ferè authoritatis, & pretii eſſe videtur; ſed dico vobis, quòd in tota Repub. medica ſecretius, & præſentius experimentum ad omnia ambuſta nondum inventum, & excogitatum ſit: Quia adeò perfectè, citò, & tutò caloris vim extinguendo, dolorem leniendo, & ſiſtendo, omnia aduſtionis ulcera, etiam à quavis materia facta, nullo cicatricis veſtigio remanente, ſanat, ut meritò inter arcana domeſtica referatur, ac poſteritati communicetur. Talis autem utendi, & applicandi modus requiritur: Patiens multoties in die, cum pluma gallinæ nigræ (nullis tamen adhibitis linteolis, ſeu ligaturis externis) locum affectum ad ſanitatem perfectam, donec cruſtæ ſpontè decidant, continuando inungat.



Digitized by Google

## UNGUENTUM DE CALCE VIVA.

℞ C*Alcis vivæ* unc. iv. *Auripigmenti* unc. j. dimid. *Rad. Ireos Flor.* unc. j. *Sulphuris citrin. Nitri* ana unc. dimid. *Lixiv. ſtip. Fabarum fort.* lib. ij. miſce, & coq. in olla nova vitreata ad juſtam conſiſtentiam, quod cognoſces, ſi penna oblinita facilè plumas dimittat: tunc adde Ol. Spicæ unc. dimid. vel alia odorifera, & fiat Unguentum, ſeu pulmentum.

*Vires, & Uſus.*

EX hujus Unguenti illinitione crines, ſeu pili in quacumque etiam corporis ſint parte, miro modo, & ex tempore decidunt: Locus autem depilatus ungatur Ol. ſeu ung. Roſato.

## UNGUENTUM DE RAPIS.

℞ A *Xung. Porcinæ* unc. ij. *Ol. Chamomillæ, Roſarum Violarum* ana unc. j. *Tritici exp. Urinæ* ana unc. dimid. *Oeſypi human. Sevi cervin.* ana drach. iij. *Ciner. Cancror. Fluv. Olibani* ana drach. ij. *Mucilag. Rad. Althææ, Sem. Lini, Fœnugræc.* ana drach. vj. *Suc. Raporum exp.* unc. viij. Miſta bulliant ad ſucci conſumptionem, & cum Cera citrina fiat l. a. Unguentum, cui circa finem immiſce vitell. ovorum No. iv.

*Vires, & Uſus.*

SCiſſuras, ulcera, apoſtemata, quæ ſunt aperta, manuum, pedum, & aliorum membrorum à frigore corroſivo facta, curat. Quotidiè autem bis, vel ter locus affectus eſt inungendus.

UN-

Digitized by Google

## UNGUENTUM MEDICAMENTOSUM.

℞ Ping. *Lardi Veteris* lib. j. *Terebinthinæ alb.* unc.vj. *Lap. Medicam. Ol. Tartari* ana unc. i. dim. *Sulphuris vivi & citrin. Ceruſſæ lotæ, Lithargyrii, Minii* ana unc. j. *Hellebori utriuſque, Piperis longi, Tutiæ præp. Nihili alb.* ana unc. dimid. miſtis affunde ſuccor. depurat. Rad. Lapathi acut. & Scrophulariæ, Herb. Fumariæ, Scabioſæ, Cort. int. virid. Sambuc. Limonum ana unc. iv. Coq. ad ſuccorum conſumptionem; poſteà adde *Styrac. liquid. Cinnab. factit.* ana unc. j. dimid. *Ol. Laurini, Juniperi, Ovorum* ana unc. j. *Mercurii ſublimati* drach. iv. miſce, & f. unguentum pro uſu.

### *Vires, & Uſus.*

SCabiem manuum, & totius corporis ſanat. Item Impetiginem, Serpiginem, Tentiginem pravam, Pruritum, Syrones, Elephantiaſin, horribilem Ophiaſin, ſive thiriam, & Alopeciam curat: Furfures Capitis, & pſydracia tollit. Inungantur autem partes extremæ omni manè, vel de tertio in tertium diem, præſertim in declinatione. Sed cave, ne inunctio ante corporis evacuationem fiat; Quoniam ab inunctione cutis poroſitates clauduntur, prohibita verò malorum humorum expiratione magis intus putreſiunt; unde febres, ac apoſtemata ſæpiſſimè inducuntur.



Digitized by Google

## UNGUENTUM DE SEVO HIRCINO.

℞ S*Evi Hircini* unc. j. *ol. Vitell. Ovorum*, *Amygd. dulc. Hyoſcyam. exp. de Papav.* ana unc. dimid. *Adip. Anſeris*, *Gallinæ*, *Anatis* ana drach. iij. *Lithargyr. arg. præp. Ceruſſ. lotæ*, *Tutiæ præp. Minii* ana drach. j. dimid. *Nihili albi*, *Alumin. uſt. Sacc. cand alb. Olibani* ana drac. j. *Croci Or.* ſcrup. j. *Camphor. Opii præp.* ana ſcrup. dimid. Miſce, & cum ceræ alb. ſ.q. fiat l.a. Unguentum.

### *Vires, & Uſus.*

FIſſuras, ſciſſuras, rimas, rhagades, in manibus, pedibus, podice, papillis, pudendo mulieris, præputio in maſculis, palpebris, naribus, auribus, alibivè à frigore, calore, ſiccitate, humoribuſque bilioſis, ſalſis, atque acribus, ſine moleſtia ſanat, & omnes inde ortos dolores placat.

## UNGUENTUM NOBILE.

℞ G*Um. Galbani elect. Opopanac. Ammoniac.* ana unc. j. Solvantur in aceto vini, & ſoluta forti cum expreſſione colentur, expreſſum ab aceto ſeparetur, & ſeparato tandem adde *Axung. Human. Canis*, *Cervi*, *Urſi* ana unc. dimid. Miſta inde cucurbitæ ſuper affundendo *oleor. Terebinthinæ*, *Bac. Lauri* ana unc. dimid. *Corn. Cervi* drach. ij. *Sulphuris mediante ol. Jugulandis præp. Antimonii dulcis ex Pulvere Emetico per Retortam diſtillat. Vitrioli per laminas ferri edulcorat. Saturni* ana drach. j. Iterum miſce; poſteà ad Solem, vel alio loco calido digerantur per aliquot dies, & quotidie cum ſpatula lignea agitentur, & ſic Unguentum pretioſiſſimum tibi compa-

rabis,

rabis, quo Theophraſtus Paracelſus, tàm recentia vulnera, quàm inveterata ulcera intra paucos dies conſolidavit.

*Vires, & Uſus.*

CUrat omnia inveterata, putrida, & Cacoethica mala: Item Ulcera Venerea deſperata, Lentigines, Lupum, Cancrum, & Podagram. Omnibus amputatis, & conquaſſatis muſculis, & membris medetur. Leucophlegmatia Capitis laborantibus, abraſis priùs capillis, & poſtmodum loco affecto impoſitum, benefacit. Hernioſis item, & plaga antiqua in inguinibus affectis præſtat auxilium: & ut omnia paucis comprehendam, virtus hujus Unguenti, verbis ſatis exprimi non poteſt. Immittatur cum pluma gallinæ nigræ, vel cum ſtuppis, ſuperimpoſito Emplaſtro Styptico, vel Diaſulphuris.

---

## UNGUENTUM CARMINATIVUM.

♃ F*Lor. Sambuci* lib. ij. *Butyri Majalis non ſalit.* lib. j. *Succ. Chamomill. cum vino expreſſ.* lib. dimid. Ebulliant in B. ad conſumptionem humiditatis, & colaturæ adde *Ol. Carvi* drach. vi. *Cumini* drach. ij. *Fœnic.* drach. i. Miſce, & fiat Unguentum, ſeu linimentum.

*Vires, & Uſus.*

IN Tympanite, & inflatione Ventriculi ſecretum eſt: totus autem venter inungatur bis in die, manè ſcilicet, & veſperi eundo cubitum.

UN-

Digitized by Google

## UNGUENTUM STYPTICUM.

℞ OL. *Myrtillorum* unc. viij. *Cydoniorum*, *Nenuphar.* ana unc. iv. *Hyperici*, *Roſarum* ana unc. ii. *Suc. Herb. Plantaginis*, *Burſæ Paſtoris*, *Millefolii* ana unc. iv. Miſce, & coq. ad ſuccorum conſumptionem; poſteà adde *Sang. Draconis*, *Croci Martis* ana unc. j. *Boli rub. or. præp. Terræ vitriol. dulc. corallor. rub. præp.* ana unc. dimid. *Rad. Tormentillæ*, *Biſtortæ* ana drach. ii. *Antheræ Roſar. Sem. Plantag. Berber.* ana drach. j. *Aceti parum*; miſce, & cum ceræ ſ.q. fiat l.a. unguentum.

*Vires, & Uſus.*

STypticum eſt; Ideò Renibus, & Ventri, in fluxu uterino inunctum, conducit in ſiſtendis menſibus, & fluxionibus immodicis.

---

## UNGUENTUM CONTRA VERMES.

℞ ALoes Hepatic. unc. iij. *Ext. Gentianæ* unc. i. dim. Solvantur ſimul in ſ. q. ſpir. vini, & ſolutis adde *Ol. Amygd. amar. Nucl. Perſicor. Abſynthii com.* ana unc. vj. *Fellis Taurini* unc. iv. *Aceti vini* unc. i. dimid. miſce, & coq. ad Sp. aceti, & fellis conſumptionem, & circa finem adde *Myrrhæ rub.* unc. j. *Troch. Albandal. Ol. Sabinæ* ana drach. iij. Et cum ſ. q. ceræ fiat l.a. unguentum.

---

## UNGUENTUM HERNIOSUM.

℞ VItell. ovorum rec. ad duritiem coctor. No. xxxv. *Butyri Majal. ſ. ſale* lib. dimid. miſce, & in igne

igne carbonum lento, ſemper agitando, & deſpumando coquantur, & quando olei puri inſtar apparet, prælo fortiter exprimantur, & fæces rejiciantur; poſteà in expreſſo oleo adhuc calido diſſolvantur *Ol. Balſamici noſt.* unc. vi. *Petræ* unc. iv. *Empl. Oxycrocei* unc. v. Miſce, & fiat l. a. unguentum.

*Vires, & Uſus.*

CUrat Herniam inteſtinalem: Patiens autem in lecto per octo, vel quatuordecim dies ſupinus, ſobrius, cavendo à cibis ventoſis, jaceat, & quotidiè bis, manè & veſperi, locum affectum inungat, ſimulque debitæ ligaturæ, faſciæque convenientes applicentur, & per Dei miſericordiam certiſſimè liberabitur. Intereà autem manè, & veſperi de decocto noſtro contra Herniam bibat pro vice Cochl. 2. 3. vel 4. Innumeros hoc remedio reſtitui.

---

## UNGUENTUM CONTRA PEDICULOS.

℞ OL. *Laurini*, *Templini* ana unc. iv. *Suc. Rut. exp.* unc. vi. miſc. & coq. ad ſucci conſumptionem; poſtea adde *Argenti vivi ſaliva jejuni extinct.* unc. j. dimid. *ſem. ſtaphiſ. agr. Nitri præpar. Aloes Epatic.* ana unc. dimid. *Radic. Hellebori alb. Lapath. acut. Tabac. Indic.* ana drach. ii. *Camphoræ*, *Ol. ſpicæ* ana drach. i. miſce, & cum Ceræ ſ. q. fiat l. a. Unguentum.

*Vires, & Uſus.*

HUjus Unguenti celeberrimum uſum ipſa experientia docebit: omne enim pediculorum genus interficit, & è caſtris tam Martialibus, quàm Venereis longè propellit.

UN-

Digitized by Google

## UNGUENTUM AD LIVOREM FACIEI.

℞ TRagacanth. *alb.* unc. dimid. Diſſolve aq. Roſarum in formam linimenti; poſtea adde *Rad. ſigilli Salom. ſubtiliſſimè pulveriſat.* ſcrup. iv. *Camphoræ* ſcrup. ij. Miſce, & fiat linimentum.

*Vires, & Uſus.*

COntra livorem faciei experimentum eſt; cutem enim contuſionibus, verberibus, aliiſque violentis ictibus liventem, priſtino, nativoque colori reſtituit; ſi loco affecto illitum permaneat, uſque dum per ſe areſiat.

SE-

Digitized by Google

# SECTIO XXXVI.

## DE

# EMPLASTRIS.

---

## EMPLASTRUM EPILEPTICUM.

℞ OL. *de Caſtoreo*, *Rutacei*, *Irini* ana unc. i. *Rad. & ſem. Pæoniæ*, *Pyrethri* ana drach. i. *Viſci quercini*, *Squillæ præpar. Cornu Alcis*, *Cran. human.* ana *ſpagyricè calcinator.* ſcrup. ij. *Thuris elect. Maſtichis*, *Ladani*, *Galbani*, *Opopanac.* ana drach. dimid. *Flor. Lavendulæ*, *Stæch. Arab. Spicæ Indic.* ana p. i. *Ol. Stil. Roriſmarini*, *Hyſſopi*, *Nuc. Moſchat. exp.* ana ſcrup. i. *Reſinæ & Ceræ* ana q. ſ. & fiat Emplaſtrum, ut eſt artis.

### *Vires, & Uſus.*

IN Epilepſia, & aliis periculoſis capitis affectibus, Suturæ coronali applicatum, præclarum præſtat auxilium, & ſpecifica vi contra illam virtuoſiſſime pugnat.



Digitized by Google

## EMPLASTRUM HYPNOTICUM.

℞ UNg. *Populeon. Ceræ citrin.* ana drach. iij. *Opii ſpagyricè Præparat. Ol. Nuc. Moſchat. exp.* ana drach. i. dimid. *Tacamabac. Maſtichis*, *Sandaracæ* ana drach. i. *Styrac. calam. Olibani elect. Reſinæ* ana drach. dimid. *Galliæ Moſchat. veræ*, *Ext. croci Or.* ana ſcrup. i. *Ol. Stil. Roſar. veri* ſcrup. dimid. Miſce, & f. Emplaſtrum, ut eſt artis, ad juſtam conſiſtentiam.

### *Vires, & Uſus.*

TEmporibus, fronti, & pulſibus impoſitum ſomnum jucundiſſimum producit, præſertim ſi veſperi ante ingreſſum lecti illud uſurpetur. Inſuper ad fluxiones capitis ſiſtendas, omneſque dolores ſedandos, præſtantiſſimum, & accuratiſſimum eſt: Sed pro hyſtericis Gallia Moſchata omittenda.

---

## EMPLASTRUM STOMACHICUM.

℞ GUm. *Tacamahacæ* unc. iv. *Ladani puri*, *Benzoin.* ana unc. ij. *Colophoniæ*, *Ceræ citrin.* ana unc. j. *Balſ. Abſynthiaci noſtri*, *Peruviani odorif.* ana unc. dimid. *Ol. ſtil. Origani Cretici*, *Serpilli*, *Zedoariæ*, *Roriſmarin.* ana ſcrup. i. *Terebinth. alb. q. ſ.* Et fiat l. a. Emplaſtrum juſtæ conſiſtentiæ.

### *Vires, & Uſus.*

VEntriculum à nimia cruditate, & flatibus liberat, ejuſque imbecillitati, & diſtenſioni opitulatur, Quia calefacit, & concoctionem mirè juvat; necnon nauſeam & Vomitum reprimit, ſi ſtomacho impoſitum geſtetur.

EM-

## EMPLASTRUM SPLENETICUM.

℞ OL. *capparum, chamæm.* ana unc. iv. *Succor. Scolopendriæ, Abſynthii, Roriſmarin. Agrimoniæ* ana unc. iij. Coq. in diplomate ad ſuccorum conſumptionem; poſteà adde *Gum. Galbani in aceto diſſ. Ammoniac. Bdellii* ana unc. i. *Empl. de Meliloto, Diachylon. ſimpl.* ana drach. vi. *Ol. ſtil. Juniperi, Suc. inſpiſſ. rad. Filicis utriuſque* ana unc. dimid. *Sem. Agnicaſti, Rutæ hort. Geniſtæ* ana drach. i. dimid. *Reſinæ, & Ceræ* ana q. ſ. Miſce, & fiat ſ. a. juſtæ conſiſtentiæ Emplaſtrum.

### *Vires, & Uſus.*

HUjus emplaſtri portio extendatur ſuper alutam rubeam, & obducatur ſyndone rub. ſ. a. cui inſpergatur Ol. Roriſmarini q. ſ. & regioni ſplenis applicetur: cujus duritiem, & tumorem emollit, reſolvit, ſplenemque aperit, atque confortat.

---

## EMPLASTRUM MATRICALE.

℞ GUm. *Galbani in aceto diſſ. Tacamahac.* ana unc. i. *Terebin. alb. ceræ citrin.* ana drach. vj. *Aſæ fœtidæ, Myrr. rub. caſtorei veri* ana drach. iij. *Mag. Jovis Anglici, ol. ſuccini citrin.* ana drach. i. dimid. Miſce, & fiat Emplaſtrum, ut eſt artis.

### *Vires, & Uſus.*

VAldè prodeſt in Matricis elevatione, vel aſcenſu; Umbilico enim impoſitum uterum mirè reficit, & quam ocyſſimè in propriam ſedem reducit; Immò, in hoc

in hoc atrociſſimo affectu, ſupra omnia alia Emplaſtra Uterina excellens, celebre, & probatum eſt.

## EMPLASTRUM CARMINATIVUM.

℞ OL. *Bac. Juniperi*, *Laurini* ana unc. iv. *Suc. inſpiſſ. Sambuci*, *Rutæ hort. Ebuli* ana unc. iij. *ſterc. Columbar. & Caprar. in aceto macerat. Picis navalis* ana unc. ij. *Flor. Chamæmel.* unc. i. dimid. *Myrr. rub. Sandarac. Maſtichis*, *Olibani* ana unc. i. *Rad. Angelic. hort. Enulę camp. Coſti dulc. Cyperi rot. Zedoariæ* ana unc. dimid. Terebinth. alb. quantum ad cogendum ſatis eſt: circa finem adde *Ol. ſtil. Cumin. Carvi* ana drach. vj. Et fiat ſecundùm artem Emplaſtrum.

### *Vires, & Uſus.*

AD Hydropem, & inflationes diſcutiendas efficaciſſimè adhibetur: præterea Ventriculi, Inteſtinorum, Hepatis, Renum, Veſicę, Uteri, & partium aliarum à flatibus, aut intemperie frigida ortum dolorem placat. In Hydrope extendatur ſuper petiam lineam craſſam, & toti ventri calidum applicetur, vitata tamen regione Hepatis.

## EMPLASTRUM STYPTICUM.

℞ COlophoniæ, *Terebinth. Cer. citrin.* ana unc. vi. *Cruſtæ panis toſt. & in aceto macerat.* unc. iv. *ol. Nuc. Moſchat. exp.* unc. iii. *Maſtichis*, *Sandarac. Olibani* ana unc. ij. *Terr. Sigillatæ*, *Bol. Armen. rub. Menthæ criſpæ*, *Abſynthii* ana unc. i. *Calam. aromat. Caryophyl-*

Digitized by Google

*ryophyllorum* ana unc.dim. *Balauſtior. Roſar. rub. Nuc. cupreſſ. Cort. Granator. Gallar. Turc. Sang. Draconis* ana drach. ii. miſce, & cum ſ.q. Ol. Cydonior. confice ſ.a. Emplaſtrum.

*Vires, & Uſus.*

IN Dyſenteria, Lienteria, Diarrhœa, morbo Cholera, vomitu puerorum, & qui cibum retinere non poſſunt, experimentum eſt egregium: Ponitur ſuper ventrem inferiorem in fluxibus ejus; ſed in Stomachi ſubverſionibus ipſi Ventriculo æqualiter ſuper corium clypei inſtar deductum, & pannis lineis, vel ſyndone rubra coopertum, decenter applicetur.

## EMPLASTRUM STIPTICUM.
### Seu Puncturale.

℞ T*Erebinthinæ Cypriæ* unc. iv. *Gum. Elemi* unc. ij. *Ceræ citrinæ, Colophoniæ* ana unc. j. *Minii tenuiſſ. triti, Sang. Draconis* ana drach. vi. *Styrac. calamit. Magnetis* ana unc. dimid. *Rad. Ariſtoloch. rot. Mumiæ tranſmarin.* ana drach. ii. *Aloes Epatic. Aluminis uſt.* ana drach. i. miſce, & cum Balſ. Vulnerario f. Emplaſtrum ut eſt artis.

*Vires, & Uſus.*

VAldè efficax eſt ad puncturas, & Vulnera recentia, ubicunque ſint in Corpore humano, etiam in capite, quæ omnia ſiccat, mundificat, conſolidat, ſanat, malæque carnis corruptionem, & excreſcentiam impedit. Inſuper ferrum, plumbum, calamos, ſurculos, & ſpicula corporis altè infixa; necnon alia quæque de vulneribus extrahit, dolores mitigat, & venenoſorum animalium morſus, ictuſque curat.

## EMPLASTRUM DIAPHORETICUM.

℞ C*Er. flavæ* unc. xj. *Colophoniæ, Bdellii* ana unc. iv. *Succini citrini* unc. iij. *Gum. Ammoniac. in aceto diſſ. Terebinth. alb.* ana unc. ij. *Galbani in aceto diſſ.*



Digitized by Google

*Sandaracæ* ana unc.i. *Maſtichis*, *Thuris elect.* ana unc. dim. Miſce, & fiat l.a. Emplaſtrum.

*Vires, & Uſus.*

PItuitam, ac ſeroſam humiditatem abſumit, diſcutit, & extrahit, ſic ut poſt ejus uſũ ſæpè guttulæ appareant aqueæ in Emplaſtro, & loco affecto: Hinc prodeſt ſpecifice in Iſchiatico dolore, intumeſcentia pedum, parotidibus, & tumoribus Gallicis pituitoſis, ubi ſuppurationi incumbere volumus. In duritie crurum, & nervorum ſcorbutica, oſſium fracturis, juncturarum doloribus, luxatione, caſu, & contuſione, humiditates ad partem affectam tendentes conſumit, doloremque legitimè tollit. Alii ingenioſiſſimi, & feliciſſimi Practici ſequente utuntur, magnarumque eſt virium, & cujus idem eſt uſus.

℞. *Cer.citrin.* lib.i. *Bdellii pulv.* unc.v. *Colophoniæ*, *Picis naval.* ana unc.iv. *Succini citrin.* unc. iii. *Gum. Ammoniaci* unc.ii. Miſce & f. Emplaſtrum, quod malaxetur Ol. Ovorum.

---

## EMPLASTRUM DE PICE,
ejuſdem ferè operationis pro tenuioris fortunæ hominibus.

℞ P*Icis navalis* lib.i. *Cer. citrin.* unc. iv. *Terebinth. alb.* unc.ii. *Succini flavi* unc.i.dimid. *Thuris elect.* unc. i. *Mellis deſpumati*, *Vernicis liquid.* ana Cochl.ii. Miſce, & fiat Emplaſtrum.

---

## EMPLASTRUM DE GALBANO CROCATUM

℞ G*Umm. Galbani in aceto diſſ.* unc.vj. *Empl. de Meliloto*, *Diachyl. Simp.* ana unc.iii. *Cer.citrin.* unc. ij. *Terebinth. alb.* unc. j. *Croci Orient.* drach. vj. Miſce, & fiat l.a. juſtæ conſiſtentiæ Emplaſtrum.

*Vires, & Uſus.*

EXpertiſſimum, uſuque celeberrimum eſt, ad emolliendos, & reſolvendos tumores duros, & ſcirrhoſos;

Digitized by Google

ſos; necnon ad ſedandos, & mitigandos vehementes & lethales partium dolores, Pectoris, Scapularum, Mammarum, Hypochondriorum, Laterum, Ventriculi, Hepatis, Lienis, Renum, ac Uteri, &c. ſive à crudis humoribus, vel à flatu craſſo, aut alia intemperie membrorum frigida excitatos. Inſuper omnes ſtrumas tam recentes, quàm inveteratas emollit, lenit, concoquit, digerit, incidit, atque diſſolvit. Præterea in convulſione, & ſingultu feliciſſimè utimur.

## EMPLASTRUM DE GALBANO.

℞ G*Albani in aceto diſſ.* unc. j. *Picis navalis* unc. dim. *Empl. diachyl. ſimpl.* drach. ii. *Sal. Ammoniac.* ſcrup. j. Miſce, & f. Emplaſtrum.

*Vires, & Uſus.*

CUm panno ſuper verrucas, & clavos in pedibus dolorem, & impedimentum in inceſſu adferentes Germanicè (*Eiſter oder Kraen Argen*) ponatur, tertio, aut quarto die ſemper mutato, & eſt expertum.

## EMPLASTRUM MITIGATIVUM, emolliens, dolores ſedans.

℞ E*Mpl. Oxycrocei* unc. ii. *Diachyl. ſimp. Compoſ. de Meliloto* ana unc. j. Miſce, & cum Ol. Chamomil. f. Emplaſtrum.

*Vires, & Uſus.*

IN Hypochondriis, Pectore, Ventriculo, Jecinore, Liene, & aliis partibus, omnem duritiem, & ſcirrhoſos tumores emollit, reſolvit, diſcutit, extrahit, maturat, & dolores varios mitigat, vehementeſque ſedat.

## MINIUM COCTUM.

℞ O*L. Olivarum* unc. xj. *Ceruſſæ pulveriſat.* unc. ij. Coquantur ad mediocrem conſiſtentiam Empla-



Digitized by Google

ſtri; poſteà adde *Minii tenuiſſimè triti* unc.iv. *Sevi Hircini* unc.j. dimid. *Santali rub.* drach.vj. *Ceræ citrinæ*, *Aluminis uſti* ana drach.iii. *Pulv.Roſar.rub.* drach.j. miſceantur, & f. Emplaſtrum, ut eſt artis.

*Vires, & Uſus.*

REfrigerat,& ſiccat; Ideoque ignibus ſacris magna fiducia, & feliciſſimè adhibetur. Vulnera, & Ulcera antiqua,maligna,& exedentia,quæ humorum acrimonia ſerpunt, & ſunt difficilis conſolidationis, potenter curat, omneſque cutis exulcerationes, calores, uſtiones,& excoriationes,ex quacunque cauſa, ſanat.

## GALBANUM COCTUM.

℞ GUm.Galbani in aceto diſſ.Ceræ citrinæ ana unc.vi. *Terebinth.alb.* unc.iv. miſce, & fiat juſtæ conſiſtentiæ Emplaſtrum.

*Vires, & Uſus.*

MAgnarum in emolliendo,& reſolvendo eſt virium; Quia articulorum, & membrorum principalium tophos, nodos, ſcrophulas, ac tumores duros, digerit, emollit,reſolvit,eorumque dolores ex influxu frigido ſedat. Verrucas etiam, & clavos in pedibus pedetentim tollit. Hemicraniam, loco affecto applicatum, emendat. Nervos,ac Uterum roborat. Morſibus, ac ictibus rabidorum animalculorum venenatis, Scorpionum nempe, tricetorum, muſtelarum, &c. impoſitum medetur.

## EMPLASTRUM SATURNI.

℞ SAturni uſti, & loti unc. ij. *Sevi Hircini*, *Ceræ albæ* ana unc.j.dimid. *Terebinthinæ* drach.vj. *Lap.Calaminaris præp.ceruſſæ lotæ* ana unc.dimid. *Pompholygis*, *Tutiæ præpar.* ana drach. ij. *Myrrhæ rub. Maſtich. Olibani* ana drach.j. *Aloes epat.Camphoræ*, *Nitri præp.* ana drach.dim. miſce,& f.Emplaſtrum juſtæ conſiſtentiæ.

Vi-

Digitized by Google

*Vires, & Uſus.*

NObile hoc de Saturno Emplaſtrum, auxilium quaſi divinum,& nuper ita à me inventum,valet ſecundum meam experientiam contra omnis generis Ambuſta, Inflammationes, Tumores, Ignem Perſicum &c. Necnon ad vulnera,& ulcera quævis maligna,fœtida,inſanabilia, ac corrodentia: nimirum, Fiſtulas, Lupum Cancrum,Polypum, Noli me tangere, &c. & ſimilia Saturnina, etiam deploratiſſima, intra paucos dies carne implenda. Et hæc noſtra eſt vera, & ſincera Emplaſtri Saturnini deſcriptio; cæteræ verò, quæ paſſim circumferuntur, omnes falſæ ſunt.

## EMPLASTRUM ARTHRITICUM.

℞ OL.*Olivarum recent.* lib.j. *Minii tenuiſſ. trit.* unc.ii. Coquantur miſta ad conſiſtentiam mediocrem Emplaſtri; poſteà adde *Cer.citrin.* lib.j. *ſem. Hyoſcyami ſubtiliſſimè pulveriſati*, *Colophon. Terebinth. alb.* ana unc.iv. Miſc. & fiat juſtæ conſiſtentiæ Emplaſtrum.

*Vires, & Uſus.*

ANodynum eſt; propterea, præmiſſis priùs univerſalibus, Arthriticis, Podagricis,necnon aliis cruciatibus, quovis tempore utiliſſimum: Quia omnes ferè dolorum injurias mirè ſedat, atque placat.

## EMPLASTRUM NARCOTICUM.

℞ SUc.*ſempervivi domeſt.* unc. vj. *Hyoſcyam. Cicut. Roriſm.Verben.Solatr.* ana unc.iij. *Ol.Lilior. alb. Camphor.Flor.Verbaſc.Chamæm.* ana unc.j. dimid. *Medull. Cervin.* unc.i.Coquantur l.a.in diplomate ad ſuccorum conſumptionem; poſteà adde *Cer.virgin. Colophon.* ana unc.ij. *Ceruſ.* unc.j.dim. *Opii Spagyr.extract. Flor. papav.errat.* ana drach. iii. *Ol.Saturnin. Mum. tranſmar.* ana drach.ii.miſc.& f. Emplaſtrum, ut eſt artis.



Digitized by Google

*Vires, & Uſus.*

REfrigerat, & mirabiliter dolores, & cruciatus podagricos placat. Phlegmonas, Eryſipelata, Herpetes ſedat, cæteraſque intemperaturas omnes calidas, immò incandeſcentes inflammationum fervores potentiſſimè extinguit. Inſuper ad capitis dolorem expedit, necnon temporibus, ac pulſibus applicatum ſomnum conciliat.

## EMPLASTRUM FOETIDUM.

♃ A*Sæfœtid.* unc.iij. *Gran. Antirrhin.quæ ſceleton repræſentant*, No.vii. *Fol.Quercin.* No. iij. *Corallor. rub.Pul. Magnetis* ana drac.j. dimid. Miſce, & f. cum Ol. Hyperici Emplaſtrum.

*Vires, & Uſus.*

AD quævis maleficia experimentum eſt ſtupendum, & quaſi cælitus demiſſum: Super centrum enim ubi cruciatus, perſequendo, poſitum, non dumtaxat maleficium ipſum, verùm etiam omnia phantaſmata, & incantationes, ſine ſuperſtitione, confeſtim fugat, propulſat, atque debellat. Patiens autem bibat interim de ſequente decocto. ♃. *Herb. Antirrhini cum ſem. Hyperic. Pyrolæ* ana q.v. Coquantur in cereviſia, vel vino ad tertias. Doſis manè, & veſperi bonus hauſtus.

## EMPLASTRUM DE CARNE BUBULA.

♃ C*Arnis Bubulæ benè infumat. & pulveriſat. Ol. Tartari, Cer. flav.* ana unc.ij. *Terebinth.alb. Lap.Calaminar. Pumicis, Boli rub. & alb. Litbargyr. Maſtichis, Aluminis uſti, Ol. Ovorum* ana unc.dimid. *Myrrh.rub. Olibani, Camphor.* ana drac.ij. miſc. & cum aceti vini acerrimi unc.ij. fiat l.a. Emplaſtrum.

*Vires, & Uſus.*

VUlnera, & Ulcera antiqua, maligna, corrodentia, cancroſa, Saturnina, quæ omnia difficilis conſolidationis ſunt, explet, ſiccat, & cicatrice claudit. Fiſtulas, quæ

quæ nondum callum contraxerint, jungit. Confert quoque ad omnes putredines, Hæmorrhoides, Condylomata, Sedis vitia, rimas, & ficus ani, aliaque mammarum, & pudendorum depaſcentia ulcera.

## EMPLASTRUM TALPINUM.

℞ B*Utyri Majal. ſ. ſale* lib. dim. *Herb. Rutæ virid. Rad. ſigil. Salomon. rec.* ana unc. dim. Coq. donec butyrum viride appareat, poſteà colentur, exprimantur, & expreſſo butyro addantur *Cer. citrin.* lib. dim. *Picis Naval.* unc. iv. *Ol. Saturnin.* unc. j. *Talp. viv. combuſt.* No. j. *Mellis virgin.* Cochl. ij. *Aven. alb. & ſiliginis in ſartagin. ferrea ad nigred. toſt. & pulveriſ.* ana m. i. miſc. & f. Emplaſtrum juſtæ conſiſtentiæ, ut eſt artis.

*Vires, & Uſus.*

AD vulnera, & ulcera antiqua, & fœtentia, peculiariter congruit: quæ omnia deſiccat, ſanat, optima carne replet, cicatrizat, & ab eis ſordidos humores, ſeu putredines intimè immerſas liberaliter educit.

## EMPLASTRUM CONTRA HERNIAM.

℞ R*Eſinæ* unc. vj. *Terebinth.* unc. iii. *Ol. Ovor. ſang. Dracon.* ana unc. j. *Rad. conſolid. major. Santali rub.* ana unc. dimid. *Croci Martis per reverberat. fact.* drach. ij. *Aluminis uſti* drach. j. Reſina, & Terebinthina liquefiant, & ab igne remotis pulveres inſpergantur, & oleum addatur, beneque miſceantur, & fiat Emplaſtrum, quod beneficio aquæ ferventis extendatur.

*Vires, & Uſus.*

PRæſentiſſimum eſt remedium ad varias Herniæ ſpecies; Inprimis verò Herniam inteſtinalem, & umbilicalem curat. Itaque Emplaſtrum hoc parti affectæ, inteſtino vel omento, prius ſenſim in locum ſuum repoſitis, pube, ac ſcroto abraſis, imponatur, & ligamentis idoneis, vel ſubligaculo, ne exire poſſit, retineatur, illudque ad



Digitized by Google

perfectam ſanationem continuetur. Patiens interim in molli lecto jaceat, & ſit in quiete; Immò Diætæ rectam rationem obſervet, aeris intemperiem frigidam, ventum, clamorem, vociferationem, cantum, riſum, fletum, ponderum gravium elevationem, & omnem motum nimiũ vitet. A cibis quoque flatulentis abſtineat, & alimentis craſſis, viſcidis, & conſtringentibus utatur. Quantitas autem parva eſſe debet, inedia enim maximè confert.

## EMPLASTRUM DIACHYLON ANODYNUM

℞ OL. *Anodyni è ſeptem florib. parat.* unc. xxiv. *Lithargyr. optimè trit.* unc. xii. *Mucilag. ſem. Hyoſcyam. Pſyll. Cydonior. Lin. Median. cort. Tiliæ, Rad. Althææ* ana *cum aq. Solan. ext.* unc. iv: Lithargyrium ſubtiliſſimè pulveriſat. & præpar. cum oleo anodyno ſubigatur; poſteà lento igne coquatur, ſemper agitando, uſquedum probè miſta ſint. Ab igne depoſita paulatim frigeſcant, & tunc mucilagines affundantur, invicem benè miſceantur, & ad juſtam conſiſtentiam redigantur.

*Vires, & Uſus.*

EMollit. Dolores ſiſtit. Abſceſſus diſſolvit. Duras inflammationes, & tumores calidos digerit, atque maturat: immò omnia, quæ inflammantur, curat. Inſuper podagricis auxiliatur; necnon ad intemperiem calidam mulcendam præſtantiſſimum eſt.

## EMPLASTRUM DE SPERMATE CETI.

℞ CEr. alb. unc. iv. *Sper. Ceti* unc. ii. *Gum. Galban. in acet. diſſolut.* unc. j. miſc. & fiat Emplaſtrum.

*Vires, & Uſus.*

MAmmis puerperarum, poſt partum non lactantiũ, impoſitum, & continuè per multos dies geſtatum, omnibus ex lacte doloribus, & tumoribus etiã duris; immò ſcrophulis, & ſtrumis medetur: Lac enim coagulatũ, ſive concretum, ſolvit, ejuſque abundantiam abſumit.

SE-

Digitized by Google

# SECTIO XXXVII.

## DE

# CATAPLASMATIS.

---

### CATAPLASMA DE FERMENTO.

♃ FErmenti veter. unc. i. dimid. *Succini citrin.* drach. iij. *Nuc. Moſchat. Cubebarum* ana drach. dimid. *Menthæ criſp. Caryophyllor.* ana ſcrup. i. *Caſtorei veri*, *Lig. Aloes* ana ſcrup. dimid. Miſc. & cum pauxillo ſp. Vini ſimp. & aceti vini ana, redigantur in formam Cataplaſmatis.

*Vires, & Uſus.*

CApitis ſummo vertici totum, & tepidè impoſitum, aliquoties repetendo, & interdum recens ſubſtituendo, linguæ paralyticæ cauſam egregiè diſcutit, & materiam à ſuperioribus ità evacuat & conſumit, ut ſemper non ſine admiratione motus, & ſermo redeant: propterea ad loquelam recuperandum, & catarrhos exſiccandum ſecretum eſt.

## CATAPLASMA FEBRILE.

℞ *Pulv. Pyrii pulveriſat. Sal. commun. fuſi* ana unc. j. *Telæ aranear. Nuc. m. oſchat. Olibani elect.* ana drach. ij. *Herb. Abſinthii, Burſæ paſtor. Urtic. min. Rutæ* ana m. i. Terebinth. alb. q. ſ. ut fiat Cataplaſma pro pulſibus.

*Vires, & Uſus.*

Comprehenſum hoc duobus linteolis, & ſuper pulſus utriuſque manus duabus horis ante paroxyſmum poſitum, Febres puerorum quàm plurimas, præſertim autem Tertianam notham, ſeu ſpuriam curat, & mirabiliter ſæpè paroxyſmum ſedat.

---

## CATAPLASMA SCORBUTICUM contra tumores pedum.

℞ *Furfur. Siliginis benè triturat.* lib. dimid. *Farin. Hordei, Fabar.* ana unc. iij. *Lupinorum, Lentium* ana unc. j. dimid. *Saponis venet.* unc. ij. *flor. Chamæmel. Malv. arbor.* ana unc. j. *Lithargyr. Argent. Bol. Armen. rub.* ana unc. dimid. *Rad. Chinæ elect. Rhabarb.* ana drach. iij. *Fung. Sambucin.* No. vii. Coqu. in ſuc. Ebuli expreſſ. ad ſpiſſitudinem, ut f. Cataplaſma.

*Vires, & Uſus.*

Hoc Cataplaſma in Scorbuto, veſperi calidum pedibus circumligetur, ut tumor totus eo tegatur; atque ita per totam noctem retineatur, altera nocte innovetur, rurſuſque imponatur, repetendo, & continuando, uſque dum tumor ſubſideat; qui, ex hujus cataplaſmatis uſu, & Dei auxilio, ceſſabit, & membra corroborabũtur.

CA-

Digitized by Google

## CATAPLASMA DE CINERIBUS.

℞ CIner. *Hermodactylorum*, *Rad. Aſphodel. Stip. Fabarum*, *Lig. Sambuci*, *Ficuum*, *Sarmentor. vitis*, *Ebuli*, ana q.v. miſc. & cum vino albo f. Lixivium. ℞. *Hujus Lixivii* lib. iv. *Panis cibar. nigri* q.ſ. Coq. ad ſpiſſitudinem: poſteà adde *Aceti vini acerrimi* lib. dim. *Lap. Medicamentoſ.* unc. iii. *Pulv. ſem. Cumini*, *Bac. Lauri*, *Caryophillor*. ana unc. j. Et fiat, leniter coquendo, ut eſt artis, Cataplaſma.

*Vires, & Uſus.*

IN tumoribus hydropicis, facta evacuatione, extendatur ſuper pannum lineum, ſuperimponatur, relinquaturque per aliquot horas, poſtquam deinflatur, ponatur verſus genua, ſemper deſcendendo uſque ad pedes.

---

## CATAPLASMA DE NIDO HIRUNDINIS.

℞ NIdi *Hirundinis* No. i. *Albi Græci* unc. j. dimid. *Rad. Althææ*, *Lilior. alb.* ana unc. j. *Caricar. ping. Dactylor.* ana No. iii. Coq. in aq. com. ad remanentiam pultis; poſtea adde *Ol. violarum* unc. iii. *Farin. Chamæmel. Fœnugræc. ſem. Lini*, *Tritici* ana drach. vj. *Cerebri Cati* unc. dimid. *Pulv. Noctuæ comb. Hirund. comb.* ana drach. ii. *Vitell. Ovorum* No. i. *Croci Orient.* ſcrup. i. Miſce, & fiat l. a. Cataplaſma pro collo.

*Vires, & Uſus.*

IN Angina deſperata collo tepidè ſæpiùs applicetur: Quia ſecretum eſt. Stercus autem caninum colligatur à cane, Sole exiſtente in Leone, & canis recludatur, & nutriatur oſſibus vituli, caſtrati, & aliorum, deturque aqua fontis non multa, & in primis tribus diebus ſtercus abiiciatur, & reliqua colligantur.



Digitized by Google

## CATAPLASMA CONTRA SINGULTUM.

℞ *Fermenti* unc. iij. *Bac. Juniperi*, *Roſar. rub. Menthæ criſp.* ana drach. i. *Caryophyllorum*, *Nuc. Moſchat. Macis* ana drach. dimid. *Aceti viniſortiſſ.* q. ſ. Fiat Cataplaſma: cui immiſce Ol. Cumini, & Carvi ana ſcrup. dimid.

### *Vires, & Uſus.*

HOc maximè in ſingultu calidè Stomacho duobus linteis comprehenſum, & ſæpiùs applicatum valet, & eſt ſingulare experimentum.

---

## PANNUS LINEUS CROCATUS.

REcipe crudum ex cannabe linteum, ablue quinquies, vel ſexies in Spermate Ranarum in Martio collecto, & filtrato, ut grana illa, ſive Oculi nigri inde ſeparentur iidemque toties in umbra per ſe, non in calore, ſive luce Solari areſcere ſine. Poſteà recipe aceti flor. Sambuci, & Croci Or. ſufficientem q. & fiat Tinctura, in qua illud ex cannabe confectum linteum coquatur, donec ſublimem à croco imbibat colorem, tumque unà refrigeſcere ſine. Poſteà exime pannum illum crocatum, in umbra ſicca, & ad uſum reſerva.

### *Vires, & Uſus.*

IN Podagra, & Eryſipelate (præmiſſis tamen præmittendis) experimentum eſt: Loco enim affecto pannus ille impoſitus, priùs tamen ſapone Veneto inunctus, ſiſtit dolores, & in cruciatibus arthriticis remedium planè divinum eſt.

EPI-

Digitized by Google

# EPILOGUS.

ET ſic tandem etiam, Lector benevole, hanc compoſitionum mearum Medico Chymicarum novam Editionem, multis auctam, & locupletatam acceſſionibus, quas promiſeram; multa etiam in recognoſcendo, corrigendo, elimando, ſi quid mendoſum, aut minùs aptum uſibus publicis irrepſerat, adhibita diligentia, per DEI gratiam nunc abſolvi. Quæ ſanè editio ſic recognita, correcta, & elimata, etſi talis, ut non titulo tenus, ſed reipſa Theſaurum ſe probet, & Armamentarium Medico-Chymicum, quibuſvis morbis, & affectibus humani corporis propellendis, efficaciſſimum; non dubito tamen, quin adhuc meos inveniam Hadriano-Maſtiges, modo hoc, modo illud canum inſtar, allatrantes, & arrodentes in illo opere, imo non tam in opere per ſe, quàm operis producti auctore. Opus enim ipſum quippe bonum per ſe, & à bonis reique Medicæ callentiſſimis jampridem dilaudatum, cùm vituperiis convellere iſti nequeant, Me ſubinde, poſt DEUM, Operis auctorem calumniis proſcindere nituntur. Et hi ſanè quantum hactenus quidem de latratibus iſtis, & roſionibus compertum nobis, non unius ſunt, ſed diverſorum generum. Quidam eorum, cùm ſimile quid, nedum melius, hactenus non præſtiterint (præſtare autem vel planè noluerunt, invidia forſan prohibente, ſi non ignavia, vel, quod veriſimilius, nequiverunt) quod meum ſolius eſt, per Dei gratiam, aliorum etiam operis adſcribunt mutuis, ne ſcilicet genuino Auctori ſua maneat integra exiſtimatio, & illa (quæ tamen nemini invidet ipſe qui meretur) à bonis viris in templo famæ, & bonæ mentis ſuſpenſa jampridem monumen-

ta.

ta. Quæ proinde, ut ſuo deturbent iſti loco, vel ad minimum maculis aſpergant ſuſpicionum, conquiſitis hinc inde variis miſſilibus, vanis tamen illis & invalidis, aggredi nituntur, & impetere. Præcipuum, & quod palmarium putant, hoc eſt: Artem longam eſſe, vitam hominis brevem; ergò ajunt, qui fieri poteſt, ut tot illa, per totam artem Medicam, longiſſima experientia nitentem, diffuſa experimenta, ſingularia unius ſint hominis? Poſſem hic, ſi vellem, prolixè commemorare, quid, & quantum alii ante me, cum in hac, tum in aliis facultatibus, ſuo quiſque modo ſingulariter, magna cum laude, & admiratione præſtiterint, idque annis ſuæ vitæ non uſque adeò numeroſis; ſed miſſis jam illis, de meo tantum, quo defunctus hic ſum, labore loquar, per Dei gratiam feliciſſimo. Difficilem hunc, fateor, maximeque operoſum ſum expertus; ſed tandem tamen, Deo aſpirante, ità ſuperabilem, ut quæ per illum ex gratiæ, & naturæ lumine, magnis ſumptibus inventa, multis etiam, & variis tam magnorum Principum, quàm aliorum curationibus, ab annis vitæ meæ plurimis feliciter adhibita ſunt, & approbata, boni publici promovendi amore, in publicam emittere lucem non ſim veritus. Quæ quidem ita publicata ſi mea ſolius eſſe negare adhuc pergant invidi, age, demonſtrent tandem, à quibus & per quos illa alios adinventa, per quos, & à quibus aliis mihi communicata. Sed hæc iſtorum demonſtratio cum ex voto parum ſucceſſura videatur, defectis & ſuccumbentibus iiſdem alia cohors aliorum, prioribus etiam iſtis nequiorum, ſuccenturiari, & opem ferre ſubſidiariam conatur, dum quicquid præſtitum in hoc noſtro opuſculo, per ſe quidem nec illis ipſis illaudato, ſua quippe ſemetipſum bonitate, vini inſtar vendibilis, commendante, ſpiritui adſcribunt familiari. Rectè quidem illi, ſi per ſpiritum hunc primò, & principaliter intelligerent eum, qui omnia in omnibus operatur, à quo, & in quo, & per quem ſunt omnia, in quo ſumus, vivimus, & movemur, Spiritum nempe Divinum

&om-

& omnipotentem, omnibus bonis familiarem, de quo etiam Poeta Ethnicus, dona illius agnoſcens, ait:

*Eſt DEVS in nobis, agitante caleſcimus illo,*
*Sedibus æthereis Spiritus ille venit.*

Cui ſoli etiam, utpote datori & motori rerum omnium, quicquid hìc boni eſt, unicè acceptum refero, idemque, ut ſemper ſit, & maneat quàm maximè familiaris, clemens, & propitius, quotidianis eum precibus oro: Si deinde etiam, reſpectu nimirum ſecundario, & ſubordinato, nomine ſpiritus illius familiaris vel eum ſubnotarent, qui ſpiritus illius omnipotentis munere mihi datus & connatus, adeoque ad capeſſendum hunc laborem, & producendum effectum; ceu cauſa miniſtra & inſtrumentalis, à principe motus, & inſtructus, vis nimirum & genius mentis, arte, uſu, & experientia informatus, illuſtratus, confirmatus: quo ſanè Spiritu niſi æquè familiari, à nullis unquam vitæ meæ actionibus, dictis, & cogitatis ſeparabili, uterer quotidiè, parum utique diſcriminis inter me foret, & brutum animal, imò truncum & ſtipitem. Verùm enim verò cum indiciis pateat non obſcuris, quem & qualem iſti ſpiritum, mihi familiarem, & omnia ſuggerentem, hic indigitent, eum videlicet, qui miniſteriis hominum temerariorum ſuggeſtiones ejus clancularias impiè deſiderantium, quandoque ſe mancipans, jam Cryſtallis, jam annulis, jam aliis carceribus includi ſe ad tempus, emi & vendi; mitti & remitti ſe patitur, ſummo poſſidentium tam animæ, quàm corporis ſæpè periculo: meritò equidem DEI ipſius cordium ſcrutatoris, & innocuæ culpationum iſtarum impiarum conſcientiæ meæ teſtimonio fretus, traductores hoſce meos, & calumniatores, dona DEI divino munere mihi conceſſa, nec aliter, quàm in DEI gloriam, & hominum ſalutem evidenter uſurpata, Cacodæmoni tribuentes, non ſine horrendo blaſphemiæ crimine, meritò, inquam, hoſce impios blaſphemantes non alio dignor loco, quàm quo ſuos ipſe CHRISTUS noſter Phariſæos, progeniem

niem illam viperarum, opera Divina Belzebub adſcribentium, qui tamèn, utpote malus ipſe, & mali omnis author, non niſi mala operatur; & ſi quid apparenter ſub ſpecie boni operari videtur, nonniſi in perniciem hominis dirigere meditatur. Cui proinde peſſimo Dæmoni, & Sathanæ, qui dona illa, in hominum ſalutem divinitùs conceſſa, odio tribuunt Phariſaico, ut idem cum Authore illo ſuo nomen, eundem titulum merentur Sathanicum, & Diabolicum, ſic dignam etiam iſto tam nefando crimine pœnam, niſi reſipiſcant seriò, ſuo tempore non effugient. Præter hos denique illorum etiam (Catonum, dicam, an Catapancritonum?) protervitatem, & effrontem audaciam experior, qui pro more ſuo, & canina impudentia, qua nil non allatrant, impetunt, arrodunt, nil niſi propria magnifaciunt, cętera omnia, etiam artes, & ſcientias liberaliores, quantumvis labello ipſis primo vix deguſtatas, cum ſuis & auctoribus, & cultoribus alto ſupercilio aſpernantur, nec riſu tantùm, & ſannis excipiunt, ſed probris inſuper ſcurrilibus, vanitates, nugamenta, ſtercora proclamando, proſequuntur. Eadem dubio procul etiamnum temeritate, eodem auſu Memet & Mea ſibi arripient perſtringenda; immemores interim miſelli illi ſocii, inſulſi, & ſemicocti Medicaſtri, imò, ſi titulo eos convenientiore appellitem, Aſini Cumani, quàm ſit ipſis tam rei Medicæ, quàm aliarum artium, & ſcientiarum curta ſuppellex. Verùm, quod proverb. dicitur, *Quò quis indoctior, eò impudentior*, idem noſtris hiſce Zoilis, & Ariſtarchis, ſi DIIS placet, acutiſſimis uſuvenit. Propria virtute, & fama cùm nequeant inclareſcere, alia rem via aggredientes, virtuti, & famæ aliorum calumniis detrahendo, ſe verò, & ſua magnificè jactitando, apud ignaros præſertim, & ſimpliciores, laudem ſibi, & gloriam aucupantur, proverbii memores, *ῥᾷδιον μωμεῖσθαι, ἢ μιμεῖσθαι*. Sed ò miſeram illam laudem, vanam, & inanem gloriolam, quæ, ſi deveniendum ad rem, & in illa, de qua tam profusè, & plus quàm

Thra-

Thraſonicè gloriantur, ſaltandum Rhodo, planè evaneſcit, adeòque fortunam Icari, cujus temeritatem arroganter æmulatata pari cum dedecore ſubit, & experitur, ut locum inveniat illud Horatianum, *Riſum teneatis amici*. Quo ſanè ex caſu ignominioſo quem ſibi morbum attrahit (viſa loquor, & nota) affectata illa gloria, nullis unquam ſeu decoctis, ſeu recoctis ſuis, nedum ſigillis, amuletis, characteribus, ſuperſtitionibus, incantationibus, ritibus, ceremoniis, figuris, fabulis caballiſticis, curis magicis, aliiſque mille vanitatibus (quibus tamen ut aliàs mirè ſibi placet, ſic aliis etiam ſub nomine ſecretioris Medicinæ non raro imponit) curabilem deprehendit. Sed de iſthac Cenſorum familia Thraſonica, ſe tantùm & ſua admirantium, alia verò aliorum opera, qualiacunque ſint etiam, pro ſua, quam ſuperciliosè ſibi arrogant, authoritate, & licentia, nigro carbone notantium, quid ego multis? Sorices ſuo ſe produnt indicio: Sic noſtri illi Cenſores temerario, & inſipido judicio: Quo & ipſo nil aliud prœmii loco merentur, quàm quod Midas olim cùm de Phœbo judicaſſet, de quo vetus illud; *Auriculas aſini Midas Rex habet*. Quod uberius ſic explicat Ovidius lib. 11. Metam. fab. 4.

*Nec Delius aures*
*Humanam patitur ſtolidas retinere figuram;*
*Sed trahit in ſpatium, villiſque albentibus implet,*
*Inſtabileſque illas facit, & dat poſſe moveri.*
*Cœtera ſunt hominis, partem damnatur in unam,*
*Induiturque aures tardè gradientis aſelli.*

Et hoc ſanè non invidendum ipſis prœmium, noſtri ſibi habeant Midæ, eodemque præ aliis conſpicui ſoli ſibi placeant, ſuo voto vivant, ſuo ſenſu abundent, ſolique ea ſcire, noſſe & poſſe, quæ homines demirentur, ſibi perſuadeant. Ego interim eo, quod conceſſum mihi, talento, Reipublicæ inſervire Medicæ, tuiſque, Lector candide, commodis promovendis oleum & operam impendere non deſiſtam. Quo nomine etiam



Digitized by Google

amicorum meorum, imò Principum, & Magnatum hortatibus obſequi malui, tam in hoc, quàm priore opere publicando, quàm cenſuras latrantium Zoilorum caninas vereri. Ad praxim quidem meam tantùm collegeram hæc primitùs, ut promptuarii inſtar quotidiani, ubicumque agerem, tum domi, tum peregrè, ſemper ad manus haberem, de publicatione eorundem nil tum ſollicitus; ſed inſtantium apud me, & editionem ſuadentium Germaniæ ferè totius Medicorum primariorum authoritas prævaluit tandem, ut mentem mutarem, & quæ privatis ſolùm uſibus meis erant collecta, in publicum prodire paterer, memor hac etiam in parte me non mihi ſolùm, ſed aliis etiam, qui mea indigent opera, natum. His talibus igitur, non verò Ariſtarchis illis μονοσοφοι, καὶ μωροσοφοις nil niſi propria admirantibus (quorum ego judicia, cùm ipſi vel fundamentorum Medicorum adhuc ignari, vel nativo quodam vitio præoccupati, vel etiam ex tonſtrina nuper, aut equili, illotis manibus pedibuſque ad hæc noſtra proruentes, ea partim vitulenta, partim imperfecta, inutilia, & ſupervacanea eſſe, præcipitanter judicent, nec tamen his ingenioſiora, præſtantiora, tutiora in medium hactenus afferant, nil utique moror) Mea hæc libens communicare, nihilque invidioſè occultare volui, eo fine, ut ad DEI gloriam, & proximi utilitatem ille, cui placent, utatur, utque huc tanquam ad aſylum confugiat, ſi quis in periculo ſanitatis, & vitæ conſtitutus opem deſideret, imò ut ex hoc, tanquam inſtructiſſimo Armamentario, contra quoſvis morbos & affectus arma ſalutaria, arma remedentia depromat, quorum uſum varium, & multiplicem, ut locupletiſſimè ſuppeditat, ita evidentiſſimè utentibus approbat. Id quod Medici fundamentales, & Dogmatici, omneſque ſaniores Practici, qui illorum non faſtidiunt uſum, pleno ore fatebuntur. Experimini, qui vultis, ſat hìc pro encomiis ipſe eventus. Quod ſi omnibus tamen placere, & ſatisfacere hæc nequeant, ſat reor eſſe, ſi bonis & peritis.

Et

Et hæc, Lector ſincere, de Theſauro, & Armamentario noſtro Medico-Chymico, non ſine plurimo labore, & ſudore producto, Epilogi loco dicta ſufficiant. Quo quidem promiſſis illis in edito jam ante Theſauro acceſſionibus non paucis nunc locupletato, tantiſper utare, fruare, donec, ſi per fata licuerit, alia etiam, fortaſſis longè ſecretiora, non minùs proprii mei ingenii inventa, ſuo olim tempore in lucem, & ad totius Reipublicæ Medicæ emolumentum ſempiternum ſubſequantur. Interim bene vale, pariterque mihi creſce, & fave.

---

THESAURI ET ARMAMENTARII

Medico-Chymici

*APPENDIX PHILOSOPHICO-POETICA*:

videlicèt;

# TESTAMENTUM

## HADRIANEUM,

*QUO SUAM*

DE AUREO PHILOSOPHORUM LAPIDE ſententiam, adeòque ultimæ voluntatis ſuæ diſpoſitionem, Sapientiæ & doctrinæ filiis revelat Author.



Digitized by Google

# MAGNI HERMETIS

## TRISMEGISTI,

### Fideicommiſſariis, & diſcipulis, gratæque, & memori Poſteritati.

*ALii de aliis, quibus diſceſſuri, manentium augeant facultates, ſæpè opiniones, ſua elucubrent, legant annua, bina, trima, gravantes fideicommiſſis, quartis, & reſtitutionibus, quos jam beaſſe viſi fuere. Quotuſquiſque non etiam ex prudentiſſimis in communi illa hallucinandi materia, vitium paſſus à ſemet ipſo; quorum opes, & ideas poſtmodum aut orcina lis evertit, aut mora atterit, atque differt. Nos hic vobis non Cretenſe aliquid Dædali, Tantali fugacia poma, hortoſve penſiles adumbramus, & fingimus Semiramidis; ſed Colchidis ultimum deferimus honorem, & Saturnina monſtramus regna, horas Dearum recenſentes beata, rataſque. Profeſſi ingenuè in Sulphure, Sale, & Sole naturæ eſſe omnia; & quaſi filo Ariadnes Theſeum deducimus, muliebre, & objectum ſolutionis & coagulationis officium; quomodo hi, ex uno fiant duo; hi rurſus uniantur, & in orbem redeant: Fermentum denique, & Mulciberis in digeſtione uſum, Mœchique audaciam canimus, & recommendamus: Neque hic vobis Manticæ opus conjecturis, F. Vaſquii, Succeſſ. progreſſ. vel Pretani interpretat. ultim. volunt. Planiùs quàm Majeſtas rei patitur, Archæo recluſo, immaterialem materiandam pandimus materiam, fractoque cortice nucleum denudamus: Lulliani Teſtamenti non imitatores, ſed interpretes. Mactamini igitur animis, voſque met ipſos dignos oſtendite, qui tanti Theſauri non ignobiles hæredes efficiamini, quod dum fiet, quando amicam gratamque naturæ, & radicalem Aphrodiſiæ Martiſque ſociaſtis in Balneo ſuo ſuavitionem, quo & creſcere, & multiplicari poteritis. Valete poſthumi, & Hadriani fideicommiſſo fruamini.*

AD

Digitized by Google

# AD
## ILLUSTREM, ET GENEROSUM
### Comitem, ac Dominum
# DN. GEORGIUM
## LUDOVICUM, COMITEM
## A SCUVARTZENBERGH,
### Dynaſten in Hohenlandsbergk, Muravu, &c.

*Sac. Cæſ. Maj. Conſiliarium, Camerarium, & ſupremum Aulæ Mareſciallum, Dominum ſuum clementiſſimum.*

SUM memor illorum, quæ me, Generoſe Dynaſta,
Conceſſum illuſtres poſtquam, Phœbo auſpice, vultus
Noſſe tuos, ubi magnanimus decumberet Heros
Tillyus, ignivomo trajectus crura metallo.
Immò tuas etiam peteret cùm poſtea fibras
Mors Sicelice minax, fatalibus obvia plagis,
Atque Illi, atque Tibi; noſtræ depulſa per Artis
Vim tamen, à ſacra benedicta Numinis aura:
Quæ tum quæ benefacta, meas quæ Gratia Muſas
Concomitata? novumque novi gratatus ut inde
Noſter Apollo ſibi tanti Fautoris honorem?
Hac memori ceu mente ſedent, meritiſque ſubinde



Digitized by Google

Fas ubi, grata mihi ſermonibus ora reſolvunt?
Sic prodire data, quidni jam longiùs anſa
Illa eadem patiar, doctumque meare per orbem?
Magnum illi decus, Excelſos habuiſſe ſuorum
Cultores ſtudiorum animos. Quis clarior Heros
Doctrina, Hac etiam, naturæ quæ abdita pandit,
Quæ Chymicas ſcrutatur opes, lapidemq; Magiſtrum?
Huncego (Philoſopho quid enim pretioſius?) almæ
Dum Sophiæs proli Teſtamentalibus iſtis
Offero deſcriptum foliis, quo digniùs edam,
Hoc niſi præſidio, tua quod, Comes inclyte, virtus,
Prœbigenis benè nota viris, merito ſibi jure
Vendicat, exemplique tua illa ſcientia rari?
Ergo his, quod titulis debetur, id accipe clemens,
Accipe, & illuſtris clypeo defende Favoris.
O Generoſe Comes, noſtris memorande Camœnis,
Dum mentem his, vocem, dum plectra movebit Apollo.

*Illuſt. Generoſ. T. Addictiſſimus*

HADRIANUS A MYNSICHT
Comes Palat. Med. V. Doct. P.
Laur. Cæſ. &c.

# AUREUM SÆCULUM

## REDIVIVUM.

*QVæſivi, inveni, purgavi ſæpius, atque*
*Conjunxi, maturavi, Tinctura ſecuta eſt*
*Aurea, quæ mundi centrum nunc dicitur; Inde*
*Tot ſenſus, tot ſcripta virum, variæque figuræ.*
*Omnibus ingenuè fateor, Medicina metallis,*
*Infirmiſque ſimul. Punctum divinitùs ortum.*

TE-

Digitized by Google

# TESTAMENTUM
## HADRIANEUM
### DE AUREO PHILOSOPHORUM LAPIDE.

Theſaurum tibi, Lector, habes, quem numine dextro
Curis inventum ſumptuque ingentibus, uſu,
Si placet eſſe tuum, non invidus annuit ille,
Ille Dei dono nobis largitor Apollo.
Ingenuis mea pando viris, quæ voce rogantum
Communi producta bono; quid ganniat ore
Zoilus, inſano corrodens quidlibet auſu,
Haud ego ſollicitus, Cenſori ſufficit æquo,
Qui ſapit, hunc noſtrum non diſplicuiſſe laborem,
Carpere quorumvis, laudata imitarier acta,
Paucorum eſt, finxit quos de meliore metallo
Jupiter, & curvum juſſit diſcernere recto.
His mea judicibus ſubjecta hęc omnia, quæque his
Alta magis Deus Auriflui myſteria Fontis
Noſſe dedit, naturæ aditus reſerando latentes,
Quos penetrare cui licitum (Divæ unius uni,
Sed licitum Sophies ſoboli, licet Auſpice certo,
Auſpice ſupremi divino munere patris)
Hunc radiante beat felix ſapientia vultu,
Huic aſſurgit honos, hunc divite copia cornu
Regificas ſuperare facit quàm uberrima gazas.
Prodidit ante annos hæc ficto nomine paucos
Ille mei interpres genii genuinus, in auras
*Aurea* producens *Redivivi* tempora *Sæcli*.
Ille, inquam, *Hinricus* verſo *Madathanus* amictu;
Quem ſe dum captans ventoſæ encomia laudis



Digitized by Google

Neſcio quis vana mentitur fronte Batillus;
Ecce rapi indignum juſtè indignatus honorem
Providus ipſe ſuo, ſpem præter, Apollo clienti,
Detecto Auctori ſua nomine reddidit, iſtis
Ne dein ſe iactet fallax cornicula plumis.
His adeò illa mei foliis contenta libelli
Clariùs ingrato myſteria pandere mundo
Propoſiti haud noſtri fuit hactenus; unio porcis
Nec debetur enim, canibus nec ſacra prophanis:
Parti orbis tamen eximiæ, natiſque ſophorum
Ingenuis conceſſa mihi invidiſſe talenta
Ne videar, ſoli tantum, nec natus & illis:
En tibi, progenies cœli, quæ Nuncius olim
Rettulit ille meus, peregrina veſtè revinctus,
Ipſe ego, detracto (ſuperi quod velle videntur)
Schemate, cuncta lubens præſenti publico dextra;
Publico ſed tabulis Teſtamentalibus illa,
Qua par eſt, forma ſolenni. Tu omnibus, Hæres,
Quæ lego monumenta mei tibi pectoris, almi
Numinis in laudem, ceu fas, mente utere grata.
Ergo ſua ut conſtet perfectio Teſtamento,
Quæ teſtor, mecum confimant ritè vocati
Septem, affigentes ſignacla Hermetica, Teſtes,
Saturnus ſenior, Phœbus, Cyllenius ales,
Jupiter ille bonus, Mavors, Dea Cypria, Luna
Additus his cunctorum Hermes pater ille Sophorum
Scriba requiſitus, conceptis omnia verbis
Connotat, & fida cuſtos aſſervat in arca,
His verò haud quaquam fas eſt abſentibus ulli
Pro libitu fractis concluſa recludere ſignis,
Haud eſt; ſed cunctis totum præſentibus illis
Ceu decet inſtitui, ſic fas abſolvier actum.
Irrita ſunt etenim, ſunt caſſa vigore, vel unus
Hoc Teſtamento ſi deſit Teſtis aperto.
Quanta ſed hic lateat, quàm fundo divite gaza,
Quæ legata tuis committitur uſibus, Hæres,
Ipſa, reſignatis Teſtamentalibus hiſce,

So-

Solemni patefacta modo contenta docebunt.
Illius interea, dum clauſum Hermetica ſervant
Scrinia, ſecreto ſolis ſed habenda ſub uſu
Vobis, ò Divæ Sophies veneranda propago,
Dii quibus illuſtres arcano lumine mentes
Largiti, arcanis veri penetralibus aptas.
Veſtro hæc Noſtra bono proſtant; vulgaribus illis
Ignota ingeniis, nec prodita, quamlibet auſu
Sæpè arrepta ſibi temeraria lingua protervo
Delambens, tali cenſura eructet ab ore,
Quali, Pana inter cum quondam & Apollina judex,
Ridendas aſini meritus Mida Regulus aures.
Scilicet iſte, ſuis niſi reſpondentia factis,
Et cerebro cognata ſuo, nihil approbat unquam:
Grex hominum arcanis indigni talibus, almi
Numinis indultu, precibusquæ induſtria multis
Obtinet, ingeniti non delaſſata labore,
Fracta nec invidiæ telis, nec morſibus hydræ.
O mihi cum varia luctanti ſæpè Chimæra,
Dum me Diva ſuam deducit Pallas ad arcem,
Quot livor technas, quas dira calumnia fraudes
Objicit? à cœptis retractet ut improba ſacris.
Vincit amor veri tamen, alma Scientia vincit,
O mihi præ innumeris electa ſcientia nummis.
Et curnon? cunctis cùm ſit præſtantior, ulla
Quos unquam tenuit Rex vel ditiſſimus arca.
Magnæ olim Salomonis opes, opulentia Crœſi
Magna fuit, magnos auri poſſedit acervos
Semivir Aſſyria Rex Sardanapalus in aula,
Magnos magni alii Reges tenuere, Duceſque
Theſauros; tantum ſed præſtet hic omnibus unus,
Stagnanti quantum ſcaturigo viva paludi.
Hæc ergo Auriflui quiſquis tibi flumina Fontis
Ebullire cupis, ſacroſque haurire perennis
Ambroſiæ latices, miſſo, cui ſtultus inhæret,
Viſcere naturæ vegetabilis, aut animalis;
Miſſa multiplici variarum indagine rerum;

Quæ

Quæ dum naturis incumbit vana remotis,
Seque ipſamque artem nigris obnubilat umbris;
Nuda hæc noſtra tene; Minerales excute venas,
Erue, quæ gremio tibi fert natura propinquo.
Hic illam invenies, quæ noſtri eſt unica tantum
Materies lapidis, tantorum prima bonorum
(Aſpectu quamvis externo vilis) origo.
Hic fons ille ſacer, Lympha hæc benedicta ſophorum,
Mercuriale decus, Flos auri fertilis, unus
Nobilium Thalamus ſponſorum, & nobile ſemen.
Sic rerum una fuit, quas condidit alma *Jehovæ*
Dextera, materies, unum chaos, omnibus unum
Principium, unde Dei virtute exire ſupremi
Juſsæ res omnes, totus quas continet orbis.
Noſter, & à ſimili maſſa lapis exiit una,
Maſſa compacta, confuſa, quatuor illa
Qua contenta latent naturæ elementa creatæ,
Semina, materna tandem qua naſcitur alvo
Nobilis ille almæ naturę partus, & artis.
Una eadem ut lapidis noſtri, ſic mater & ipſa
Prima metallorum, quę ſciri cunque neceſſe eſt,
Formarum ipſa capax, ſpecies queis viſitur omnis.
Eductis quotquot gremio telluris ab imo
Ille Planetarum ſeptenus pręſidet ordo.
Ecce ſed has omnes, his fortior omnibus unus,
Si qua metallorum formis ſolvenda per artem
Congenitis, primęque ſuę reddenda ſubinde
Materię, virtute regit Lapis ille magiſter,
Perfectam imperfecta jubens aſſumere formam.
Unus id ille poteſt, non ulli imitabile rerum,
Quę ſubjecta polis; uni ceu propria virtus
Magneti ferrum trahere, aut ſe jungere ferro.
Hinc Medico perfectus honos, hoc pendet ab uno
Clave magiſterium, noſtri diadema Theatri,
Claros Artifici pariens Ars celſa triumphos.
Hos igitur quicunque cupis, contentus inhęre
Materię, quam dixi, uni, nil iſta moratus,

Quæ

Quę variis deſcripta libris tibi plurimus offert
Philoſophus, varias perquirens materiarum
Ciſternas ſteriles, veroque à Fonte remotas.
Una eſt, una manet ſecreti janua noſtri.
Quęre hanc, invenies quęrendo ritè quod optas.
Qualis at hęc, inquis, quibus invenienda ſub aſtris
Materia, & quonam ſignanda eſt nomine tandem:
Eſſe metallorum, jam dictum eſt antea, matrem,
Cum mineris quęcunque ſuis terra exhibet uſquam,
Concipit hęc, nutrit, minerali enititur alvo,
Denique maturum fecere ubi tempora partum.
Addo, quod ipſa hominum generet, generata ſubinde
Nutriat, & firmis ſuſtentet corpora membris,
Hermaphrodita potens, ſub corpore ſcilicet uno
Fœmina Maſque ferens biſſexas ſemine vires.
Aſtra huic effigiem, vires elementa miniſtrant,
Deque ſuo reliquam fingit vis terrea formam.
Non hęc Hiſpano ſub cœlo, aut montibus Indis;
Non Italo quærenda ſolo, Libycisque ſub aſtris;
Noſtra profertur, Noſtra tellure videtur
Quotidiè, res communi communis in uſu,
Sępe & per vicos puerili exercita luſu,
Res parvi ęſtimii, vim quippe ignota latentem,
Noſcere quam paucis conceſſum munere Divum.
Et meritò: Manibus, quod enim rhomphęa furentum,
Nobileque immani quod cornu Rhinoceroti:
Hoc ea pręſtet idem, quantumvis optima per ſe,
Veſani inſanum ſi vulgi proſtet ad uſum:
Peior tantò etiam turbis toto orbe ciendis,
Imaque ſupremis miſcendo, & ſacra prophanis,
Quantò nobilior rebus res unica cunctis.
Sed quidnam hęc tandem? Dicam. Subſtantia ſalſa eſt.
Eſt aqua ſicca, eſt ſpiritibus dilecta aqua cunctis,
Ignitum eſt oleum, vi non combuſtile ſęva
Vulcani, irato quemcumque ore evomat ignem,
Eſt reſerans concluſa, ſibi & conformia reddens
Omnia, naturę Clavis miranda latentis.

Cru-

Cruda hęc ſeſe offert facie, membriſque videndam
Impuris, cum prima ſuo procedit ab ortu:
Vires ipſa tamen tali edit corpore tales;
Corruptum emendat ventrem, læſa ilia ſanat,
Puram reſtituit, pulſa putredine, carnem,
Omnem inimica fugat malegratam naribus auram:
Communis Medicina omni, ſeu rebus abundet,
Paupere ſive inopem toleret ſub culmine vitam.
Hinc de ſe titulis auditur talibus ipſa:
Sum Lapis, Imperii Regum moderamen, egenæ
Solamen vitæ, parili quem dives, egenſque
Jure tenet, ſum ludus ego puerilis, opuſque
Fœmineum, ſæpè abjecta contemptior alga,
Pes quam per luteos involvit ſtercore vicos:
Me Regem agnoſcit tamen, & mea pronus adorat
Sceptra metallorum Synodi ſeptemplicis ordo.
Hanc ergo ignotam mundo, merſamque tenebris
Hactenus, incultam, ſterilem, & ſine honore jacentem,
Aſpirante Deo, noſtri illuſtrabit abundè
Lux Teſtamenti, fructuſque oſtendet amœnos.
Cujus ut indigitem proprium tibi denique nomen,
Scito, quòd antiqui facie ſit filia vatis.
Calchantis, MILVI ſimul orta rapacis in ORTU:
Ortu cujus chymica quoque natus in arte,
Tempore quo mœchum cepit cum conjuge Martem
Mulciber ignipotens, Diis exhibuitque videndos.
Tu ſi hujus noſtræ roſeumque, gravemque cruorem
Virginis, humoremque potes ſi demere ſiccum,
Alitis & niveum, tibi regis parta corona eſt;
Candida nam croceos circumfluit unda vitellos.
Sed quorſum? Expoſuiſſe ſat hic, quæ noſtra ſit illa
Materia, ingenuum, quod nomen præferat, & queis
Inquirenda locis. Tu vana ſophiſmata deinceps
Linque per anfractus te ſeducentia curvos;
Herbarum omne genus fac miſſum, animalia linque
Corpora, dum lapidem cura eſt tibi quærere noſtrum.
Nil caro, nil ſanguis, quæque excernuntur ab illis
Men-

Menſtrua, ſperma, hominum genitalibus edita vaſis.
Stercoraque, urinæque dabunt: nil crinibus, ovis,
Nilque ſecundinis, viridive inveneris herba.
Sementi fructus reſpondet ſcilicet; atque hinc
Stercoreum inveniet, qui ſtercora ſeminat, agrum.
Nec minùs incaſſum ſudabit, quiſquis in Auro
Quærit, & Argento. Sit purior illa neceſſe eſt,
Sit digeſta magis vulgari materia Auro
Argentove, ſua quæ vi penetrare metalla
Poſſit, in Argentum mutans quæcunque, vel Aurum.
Nil opus ingreditur noſtrum vulgare; Sophorum
Solo ex Mercurio trahitur, quo tingimus, & quod
Perficit imperfecta. Hoc eſt punctum, hoc medium illud
Naturæ, impurum à puro quod ſegregat, hoc eſt,
Cui, licet extracto nullis nulla arte metallis,
Seu perfecta, vices admittere neſcia, ſive
Imperfecta ſient (vitali quippe alimento,
Quæ caſſa omnino, & genitali ſemine vitæ,
Nullum ex ſe ſimilem ſibi poſſunt gignere fœtum.
Quid? quòd & impuris ſint plena illa omnia morbis
Imperfecta, ſuæ mediorum hinc indaga curæ
Ex alio, in propriis quæ virtus denegat abſens)
Vis uni tamen omnis ineſt, quamcunque metalla,
Quam mineræ, & natura tenet vegetabilis, immò &
Qua ſuperi pollent ſeptem virtute Dynaſtæ,
Prævalet, humanos mirèque operatur in artus.
En tibi materiam, Proles Phœbeia, noſtram
Ætherei Lapidis. Tu dehinc, dum quæris eandem,
Fac tibi ſint viridis veſtigia nota Leonis.
Sed nota, oblataque tuis, JOVA auſpice, tandem
Materia manibus, quid agendum, diſce deinceps,
Optatam ut liceat voti contingere metam.
Cernere ab impuro purum ſapientia prima eſt.
Non niſi perpurgata probè, craſſiſque ſoluta
Materia à membris, ac ſublimata decenter,
Tingendi medium fiet, ſubtilia tantùm
Viſceribus naturæ imis queis ſpiritus exit,

Ex-

Digitized by Google

Exſerere haſce valent penetrando corpora vires.
Perfecto hoc, ex purgata poſt elice prudens
Materia contenta duo, Sal, Mercuriali
Nomine Philoſophis inſigne, oleique deinde
Sub forma Sulphur rubicundum, & pondere plenum.
In ſale cuncta latent arcana: hoc ſolvere quiſquis
Noverit, arcani penetrabit in intima Templi.
Hæc Aquila illa Alba eſt Rubeo cognata Leoni;
Hic ſponſus Niveo & Rubeo pulcherrimus ore,
Millenos inter multos lectiſſimus, auro
Cui caput è puro.
Scire ſed ex uſu hic, non totum Aquilæ illius albæ
Sumendum corpus; ſed corporei intima ſucci.
Cryſtallos, inquam, niveo candore nitentes:
Sic neque tota tibi Rubei capienda Leonis
Membra; ſed interior rubicundi ſanguinis humor,
Purgatum impuro nimirum ſulphur ab omni.
Præcipuus labor hic, pretiique induſtria magni,
Qua niſi tu utaris benè, & interiora recludas
Viſcera, nil ſulphur, nec ſal tibi proderit unquam
Ex ſale Mercurius (Lac virginis illud & illa
Philoſophiæ Nix alba ſcholæ) procedat, hic unus
Janitor eſt Sophiæ, & totius claviger artis.
De Rubeo atque Albo hæc, quali elicienda labore,
Sufficiant; ſequitur, qua ſint ratione deinceps
Conjungenda, ſacram quo perficiantur ad artem.
Auſpiciis igitur divinis quiſquis eò uſque
Progreſſus, plenè ut purgatum cum ſale ſulphur
Obtineat, porrò conjungere pergat utrumque
Philoſophum juxta pondus, natura quod ipſa,
Quantum opus eſt retinens, digito velut indice monſtrat.
Hinc obſignatis ſignaclo Hermetico iiſdem
Conveniente gradu moderatum adhibeto calorem,
Quali ſuppoſitis, pullorum avida, incubat ovis
Gallina, aut fœtus materna creſcit in alvo.
Vanus enim labor omnis erit, fruſtranea cura.
Subjectum prudente manu ni rexeris ignem.

Sic

Digitized by Google

Sic thalamo junctis clauſo Nivea, Rubeoque
Conjugibus, ſuperum prece adora ſupplice Numen,
Permixtum hoc opere ut videas cum uxore maritum
Tempore & ecce brevi miſtis, ſpectabis in unum
Binis, Æthiopem nigrum, & corvi caput atri!
Hic ſtudio imprimis ſummo tibi ſcito cavendum,
Janua ne vitrei reſeretur clauſa cubicli,
Perfectum induerint donec concluſa ruborem,
Facta ſui ſimilem generare aptiſſima fætum.
Hinc dormitantis ne interpelletur amicæ
Cœpta quies, priùs & tactum ne ſentiat, ipſi
Quàm fuerit libitum, prohibet Rex ille ſophorum.
Illa incluſa ſuo, mox anguſtataque vaſe,
Mittere ſudorem incipiunt, ſubtilia in altum
Surgere, quove magis rectore coquantur ab igne,
Spirituum fit majus, eò fit fortius agmen.
Hortus es (illa eadem ſapientia Regia cantat)
Hortus concluſus, Fons obſignatus, amœni
Flos horti, Fontis ſcaturigo viva fluentis
De Libano: Surge, ò Aquilo, tuque inſimul Auſter,
Surge, hortum perfla, rorent ut aromata, noſtrum.
Ecce mei vox dulcis adeſt venientis amici,
Montibus ecce ſalit ſubſultat collibus ille,
Capreoli ſimilis venientis ab ubere matris!
Mirus enim vitro junctorum motus, in altum
Jam ſurgunt, fundo jam merſa videntur in imo,
Sæpè reſolvuntur, coeunt ſæpè, ipſaque ſeſe
Mortificant, vitam revocantque ſubinde fugatam,
Perfectum aſſumant donec putrefacta nigrorem.
Primum opus hoc noſtri lapidis (corruptio quippe
Unius alterius generatio) naſcitur unde
Corvinum caput, Æthiopum Rex, caudaque nigra,
Eclipſin Sole & Luna ſubeuntibus atram.
Nam ſimul ac ingreſſa fuit ſatis aucta nigredo,
Illa picem ſuperans omnemque nigredo nigrorem,
Materia facta eſt prægnatio vera, ſolutis
Corporibus, nigram generante putredine terram,
Prin-

Digitized by Google

Principium ( quod gaude ! ) operis. Nigra ſcilicet illa
Hæc eſt, ſed multùm formoſa puella, ſine alis
Eſt volitans. Niger ille Albus ( Nigedine namq; hac
Occultata Albedo latet puriſſima ) corvus:
Vix aliud gravius, ſed nec præſtantius ullum eſt
Naturæ genitricis opus. Tibi ſit modò curæ
Fœmineæ flos ille comæ, pennæque medulla
Corvinæ, nimio ne comburantur ab igne.
Sic conſummata Nigredine, fortior uno
Mulciber eſto gradu, viridi ſucceſſerit Atro
Dum color, & viridi pavonis cauda colori,
Illa omnes referens, ſunt quotquot in orbe, colores,
Albedo hos ſequitur, Vulcani tertiò adaucti
Viribus elicienda, graduſque ſubinde per omnes
Igne regenda, ſuam dum ſublimetur ad ἀκμήν.
Non quævis etenim, ſed perfectiſſima tingit
Albedo, & radiis tinctum Lunaribus æquat,
Perfectum naturæ Ovum parientis, ab igne
Præſtans illæſum conſtanti albore metallum.
Succedit tandem concluſa albore Rubedo,
Cunctorum Lapidis noſtri ultimus ille colorum.
Suſcepti colophon, & meta optata laboris,
Si juſto directa modo Vulcania flamma
Divinum pertexat opus feliciter. Ergo
Philoſophum prudens perge hic moderarier ignem,
Perge augere gradu, ſubjecta operoſus arena,
Perge, citrum donec videas flaveſcere fructu.
Tum porro prudente tibi ratione regendus
Mulciber ille tuus; Rubeo pulcherrima vultu
Dum ſe, labe carens omni, Regina videndam
Offerat auroræ ſimilis, cœloque micanti:
Nec tamen hanc exire ſuo patiare cubili,
Cujus per nitidas tibi conſpicienda feneſtras,
Perfectum induerit niſi cum Rubicunda ruborem.
Intereà nimio ne vitrificatus ab igne
Spem Lapis exuſta fallat virtute, cavendum,
Juſtis decoctum gradibus ceu promovet ignis:

Sic

Digitized by Google

Sic opus immodico totum deſtruxerit æſtu:
 Hinc tandem, Ductore Deo, prodibit in auras
CONFECTUS LAPIS, omnigenæ Rex ille medelæ
Invictis Panacæa potens virtutibus, una
Qua non eſt toto Medicina ſalubrior orbe,
Pneumatica partes penetrans vi corporis omnes,
Sumpta vel unius ſaltem ſub pondere grani.
Hæc ceu fumus apes, pravos ita corpore pellit
Humores, morborum abigit genus omne, malique
Radice evulſa penitus, meliora reponit:
Immò aquilæ in morem renovat, ſervatque virentem
Flore juventutem, caſuquè perire maligno
Non ſinit, ætatem niſi pleno clauſerit ævo
Præfixa illa homini ſupremo à Numine meta.
(Mors communis enim, nec declinabilis ulli
Denique, mortali quiſquis de ſemine cretus)
Hoc primævus Adam, priſci hoc medicamine Patres
Longævam ſani duxere in ſæcula vitam.
Hoc ſapientum ætas priſcorum floruit, ipſo hoc
Æternum meruit penu cum divite nomen.
Nullum huic quantumvis morbi incurabile monſtrum,
Dirus ſive Hydrops fuerit, ſcabieſve leproſa,
Sive Podagra pedum tortrix, manuumve chiragra,
Et quæ plura aliis ſunt deſperata medelis
Tormenta illa hominum, mors viva cadaveris illa
Vivi & ſpirantis; nullum inſuperabile noſtro
Stat Lapidi; invicto cuncta expugnantur ab uno.
Illa aliorum etiam quos tempore pharmaca longo
Vix curant, paucis Hic ægros roborat horis.
O donum Medicina ingens, cui quicquid in orbe eſt,
Nil uſu tantum meret excellente trophæum!
 Sed ſua ne impuris etiam incorrecta metallis
Permaneat ſcabies leproſa, exuta ſed omni
Naturæ vitio, ſummo afficiantur honore:
Pergendum ulteriùs, Lapidiſque operatio noſtri
Multiplicanda, novas acquirat ut enthea vires.
Confectum ergo ſuæ Lapidem rursùm inſere Matri,
Ff Qua

Digitized by Google

Qua natus, ſalibus duplicato nempe duobus
Mercuriali utero, Fontinæ illi benedictæ,
Juſtoque inſertum ſub pondere Philoſophorum
Concludat repetita novi cryſtallina cœli
Janua, Spagyrico ſcitè obſignanda ſigillo.
Sic Matri inſertum, ſic pellucente receptum
Conclavi, calefacta novis nova balnea prunis
Denuò ritè coquant, dum per genus omne colorum
Ordine materies deducta (id menſe vel uno
Abſolves, denis quod vix perfeceris antè)
Ex binis unum progignat denuò corpus.
Hujus eò fuerit virtus divinior omni
Purgando impuro, tingendis atque metallis,
Philoſopho recoquatur idem quò ſæpius igne.
Quem ſi cui liceat toties iterare laborem,
Suppeditante Deo longævæ ſæcula vitæ,
Impurum omne orbis vel granum tinxerit unum,
Purius ut puro ſplendeſcat protinus auro.
Fermentum ſupereſt, Tincturam illa ultima noſtram
Particula ingrediens, penetrandi impura metalli
Certa viam indigitans fixato Ariadna tenore,
Liber ut impuro labyrinthi carcere Theſeus
Fulgentem Regis mereatur ferre coronam.
Hæc ratione igitur fit Fermentatio tali:
Purgati ſublimè auri tenuiſſima fiat
Lamina, quam Lapidi thalamo Vulcanus in uno
Leniter aſſociet, poſt aucto fortior igne
Tres coitum noctes, totidemque liquentia cogat
Continuare dies: Sic ſpiritualibus Aurum
Dotibus ornatum ſubtili cuncta vigore,
Obvia quæ fuerint impura metalla, penetrat.
Nil operatur enim Lapis, & nil tinxerit unquam,
Conjuncto fuerit niſi fermentatus ab Auro.
Conſimili gaudet ſibi, quo benè conſociato,
Ingreditur corpus Tinctura, ſuiſque ſolutum
Sordibus impurum puro producit amictu.
Sic fermentati Lapidis, ſic ritè parati

Di-

Digitized by Google

Divinum hunc tandem tingendi inveneris uſum;
Una in millenas ſumatur portio partes;
Immò vel innumeras, prout multiplicata coquendo
Tinctura, ignitis fluxu miſcenda metallis;
Partus & ecce novus pretioſo nobilis Auro!
Affectu unum aliud comprendit quippe lubenti
Corpus, diſſimili natum quantumlibet ortu,
Alterum in alterius tranſit, virtute coactum,
Naturam: hinc ſimile à ſimili natum exit in orbem.
Hoc Fermenti igitur bene qui medio utitur, omnis
Huic detecta patet Fixatio, ea unica, qua non
Res omnes inter ſubtilior ulla creatas:
Hoc GRANUM FUNDI eſt, quod CENTRUM nobile MUNDI:
Hujus qui factus compos, grato ore JEHOVAM
Laudibus extollat, tanti qui muneris author,
Paupertas quod dira fugit, quod morbus, & atra
Triſtitia: unde fluit largis ſapientia rivis.
Tātum nempe bonū eſt Tinctura hæc noſtra per omnē,
Cui paribus nihil æquipares virtutibus, orbem.
Aureus hic imber Jovis eſt: hic ſpiritus ille,
Conſervatricem mundi quo condidit arcam
Noah vitiſator: quo Templum & fulgida Templi
Vaſa dedit Salomon toto celeberrima mundo.
Hic eſt, quo Templi protypon conſtruxerat ante
Moſes, & multo radiantem erexerat auro.
Hic eſt, collapſam patriæ quo reſtituit rem,
Firmavitque ſuis renovatam legibus Eſdras.
Hic eſt ſpiritibus qui prævalet omnibus unus,
Cunctarum quotquot gignuntur viſcere rerum.
Fortunæ dator ille bonæ, virtutis, honoris,
Pauperie penitus deſtructa, & mole malorum,
Omnia cum dulci largitur cætera pace.
Utque ad vota bonis bona dat quæcunque, paratum
Et decus, & longæ felicia tempora vitæ;
Sic pravo à pravis ſi contemeretur abuſu,
Æterno ingratos cruciandos devovet Orco.



Digitized by Google

His concluſa metris Lapidis myſteria ſacri,
Candide lector, habe, Teſtamentumque Hadrianum.
Quod cujus cæptum conſcribi nomine ſancto,
Nomine nempe Dei, clauſum hoc ſolemniter eſto.
Huic, cœli ſuperos qui Rex altiſſimus orbes,
Quicquid & his tectum, moderamine dirigit almo,
Huic Artis largitori tam nobilis, & quæ
Gens hominum bona cunque tenet, Jove omnipotenti
Sit laus, ſit cunctis ſæculorum gloria ſæclis.

FINIS.

*Uni Deo & Trino gloria.*

Digitized by Google

# INDEX I.
## SECTIONUM,

In quas hoc Armamentarium dividitur.

| | | |
|---|---|---|
| Sect. I. | *De Medicamentis Chymicis ſelectis, & aliis pretioſis, &c.* | pag. 1 |
| Sect. II. | *De Tincturis liquidis.* | 43 |
| Sect. III. | *De Extractis.* | 56 |
| Sect. IV. | *De Præparatis.* | 84 |
| Sect. V. | *De Speciebus, & Pulveribus.* | 89 |
| Sect. VI. | *De Catapotiis, ſeu Pilulis.* | 120 |
| Sect. VII. | *De Rotulis.* | 137 |
| Sect. VIII. | *De Morſulis.* | 148 |
| Sect. IX. | *De Trochiſcis.* | 155 |
| Sect. X. | *De Suffimentis.* | 163 |
| Sect. XI. | *De Salibus Compoſitis.* | 170 |
| Sect. XII. | *De Marmeladis.* | 178 |
| Sect. XIII. | *De Confectionib. liquidis, & Electuar.* | 187 |
| Sect. XIV. | *De Confectionibus Catharticis.* | 205 |
| Sect. XV. | *De Loch. ſeu Eclegmatis.* | 217 |
| Sect. XVI. | *De Syrupis.* | 221 |
| Sect. XVII. | *De Elixiribus.* | 233 |
| Sect. XVIII. | *De Spiritibus vini compoſitis.* | 238 |
| Sect. XIX. | *De Aquis deſtillatis compoſitis.* | 247 |
| Sect. XX. | *De Liquoribus mixtis.* | 276 |
| Sect. XXI. | *De Emulſionibus.* | 289 |
| Sect. XXII. | *De Claretis, ſeu Vini Medicati.* | 293 |
| Sect. XXIII. | *De Acetis medicatis compoſitis.* | 303 |
| Sect. XXIV. | *De Epithematis.* | 310 |
| Sect. XXV. | *De Decoctis.* | 316 |
| Sect. XXVI. | *De Gargariſmis.* | 335 |
| Sect. XXVII. | *De Lixiviis.* | 341 |
| Sect. XXVIII. | *De Balneis.* | 345 |
| Sect. XXIX. | *De Veſicatoriis.* | 351 |



Digitized by Google

Sect. XXX. *De Peſſis.* 353
Sect. XXXI. *De Suppoſitoriis.* 356
Sect. XXXII. *De Enematis.* 359
Sect. XXXIII. *De Oleis Compoſitis.* 380
Sect. XXXIV. *De Balſamis, & Odoriferis.* 387
Sect. XXXV. *De Unguentis.* 400
Sect. XXXVI. *De Emplaſtris.* 413
Sect. XXXVII. *De Cataplaſmatis.* 425

# INDEX II.

## Compoſitionum omnium in hoc Opere deſcriptarum.

### A

*ACetum aromaticum odoratum.* 297
*Bezoarticum.* 306
*Diaphoreticum.* 307
*Hyſtericum.* 308
*Mithridaticum.* 304
*Myrrhatum.* 305
*Rhizoticum.* 306
*Theriacale.* 304
*Vomitorium deſtillatum.* 308
*Zedoarticum.* 305
*Alumen tinctum.* 30
*Aluminis plumoſi calcinatio, & præparatio.* 88
*Ambra Moſchata.* 38
*Ambræ pomum.* 39
*Anima vitrioli.* 23
*Aqua Acetoſa ſtomachalis.* 261
*Aloetica ſolutiva.* 274

An-

*Anticolica, ſeu Carminativa.* 266
*Antihydropica.* 265
*Antinephritica.* 270
*Antiphthiſica.* 256
*Antiſcorbutica.* 265
*Apoplectica.* 248
*Benedicta Serpylli.* 267
*Caponis.* 258
*Carminativa.* 266
*Caſtitatis.* 297
*Cinnamomi Bugloſſ.* 258
*Ex corde Cervi.* 259
*Cordialis calida.* 260
*Cordialis frigida.* 259
*De cornu Cervino.* 274
*Coſmetica.* 275
*Dominarum.* 270
*Epileptica.* 247
*Febriſuga.* 268
*Epatica calida.* 263
*Hepatica frigida.* 262
*Hypnotica.* 250
*Hyſterica.* 269
*Lithontriptica.* 271
*Maſtichina.* 250
*Narcotica.* 251
*Ocularis interna.* 255
*Ophthalmica aurea.* 251
*Ophthalmica de Cancris.* 254
*Ophthalmica ſubnigra.* 253
*Ophthalmica viridis.* 252
*Pectoralis.* 255
*Pulmonis vituli.* 253
*Splenetica.* 264
*Stomachica calida.* 262
*Theriacalis.* 273
*Contra vermes.* 272



Digitized by Google

*Contra urinæ ardorem.* 272
*De Xyloaloe.* 249
*Arcanum duplicatum.* 10
*Arcanum vitrioli.* 24
*Argentum potabile.* 8
*Aurum potabile.* 7
*Aurea Hadrianea.* 58

B

*Balneum Artificiale, ubi thermæ naturales deſunt.* 345
*Balneum contra calculum Renum, & Veſicæ.* 348
*Hypnoticum pro pedibus.* 350
*In Ict eritia ad cutem detergendam expertum.* 348
*Medicamentoſum, ſeu lotio pedum.* 349
*Contra Menſtruorum ſuppreſſionem probatum.* 347
*Nitroſum pro pedibus.* 349
*Contra ſterilitatem, ſeu difficultatem prægnationis.* 346
*Stypticum contra uteri hæmorrhagiam probatum.* 346
*Balſamum Abſynthiacum.* 394
*Apoplecticum.* 389
*Aromaticum.* 393
*Hypnoticum.* 389
*Medicamentoſum.* 396
*Memoriæ.* 390
*Odontalgicum.* 391
*Paralyticum.* 392
*Podagricum.* 399
*Polychreſtum.* 387
*Puerorum dentientium.* 393
*Saponis.* 399
*Spaſmaticum.* 392
*Stomachicum.* 393
*Stypticum.* 397
*Sulphuris Aniſatum.* 394
*Terebinthinæ.* 396
*Venereum.* 397

Ute-

Digitized by Google

*Uterinum.* 398
*Zibethæ.* 395
*Bezoar potabile.* 30
*Bezoarticum Joviale.* 11
*Bezoarticum Solare.* 56
*Bolus in capitis affectibus.* 67
*In cauſa valde calida.* 77
*In Colica, & Iliaca Paſſione.* 79
*In Cordis affectibus.* 68
*In defluxionibus omnibus omnium humorum, & Catarrhorum tenuium è capite in aſperam arteriam perpetua tuſſi inſomniam parientium ſiſtendis.* 75
*In dolore Nephritico, & Arthritico.* 81
*In dolore Pleuritico.* 80
*In Epilepſia, Vertigine &c.* 69
*In omni Febrium genere.* 72
*In Melancholia, Mania, & Phreneſi.* 71
*In Morbis pectoralibus, Tuſſi, Aſthmate, Phthiſi, &c.* 73
*In omnibus Profluviis inteſtinorum.* 76
*In ſanguinis excretione, & menſtruorum nimia evacuatione.* 77
*In vigiliis, ac inquietudinibus immodicis.* 82
*In vomitu, ſingultu, & ventriculo debilitato.* 70

C

*Calcinatio, & præparatio Aluminis plumoſi.* 88
*Calcinatio Spagyrica, vel ſine igne, & præparatio cornu Cervi, Alcis, Cranii, &c.* 84
*Cataplaſma de Cineribus.* 427
*Febrile.* 426
*De Fermento.* 415
*De Nido Hirundinis.* 427
*Scorbuticum contra tumores pedum.* 427
*Contra ſingultum.* 428
*Catapotia.* 120
Vide *Pilulæ.*

Ca-

Digitized by Google

*Catharticum Argenteum.* 17
*Catharticum Cæſareum.* 205
*Caryophyllatum.* 208
*Cholagogum.* 209
*Paſſulatum.* 212
*Peruvianum liquidum.* 212
*Peruvianum ſolidum pretioſum.* 213
*Peruvianum ſolidum commune pro tenuioris fortunæ hominibus.* 213
*Regium.* 206
*Roſatum.* 206
*Terebinthinatum.* 215
*Violatum.* 207
*Vitæ.* 210
*Cicera Tartari.* 134
*Cinnamomum laxativum.* 209
*Claretum Abſynthiacum laxativum.* 295
*Aniſatum.* 298
*Antapoplecticum laxativum.* 284
*Antepilepticum laxativum.* 293
*Antinephriticum.* 300
*Antipodagricum laxativum.* 297
*Antiſcorbuticum.* 302
*Chalybeatum.* 299
*Juniperinum.* 298
*Moſchatum.* 301
*Paſſulatum laxativum.* 294
*Purgans.* 301
*Rhabarbaratum.* 296
*Stomachicum confortans.* 297
*Clyſter.*
*Vide* Enema.
*Cochlearum teſtarum præparatio.* 86
*Confectio Cephalica.* 287
*Citri.* 292
*Magnanimitatis.* 294
*Narcotica.* 188

*Opia-*

Digitized by Google

*Opiata.* 188
*Pacifica de ſucculata Inda.* 94
*Paſſulata.* 173
*Pectoralis.* 190
*Pretioſa.* 189
*Satyrii.* 195
*Styptica.* 196
*Terebinthinata.* 197
*Theriacalis.* 193
*Zingiberis Indi.* 191
*Cornu Cervi, Alcis, Cranii, &c. Spagyrica, vel ſine igne calcinatio, & præparatio.* 84
*Crocus Metallorum abſynthiacus.* 12

## D

*DEcoctum Adſtringens.* 329
*Antictericum.* 33
*Arthriticum.* 317
*Catarrhale.* 316
*Radicum Chinæ pectorale.* 319
*Citri.* 321
*Coſmeticum.* 317
*Ficuum.* 313
*Galli antiqui farcinati.* 330
*Ligni Guajaci.* 328
*Contra Hemorrhagiam uteri.* 325
*Hepaticum.* 321
*Contra Herniam inteſtinalem.* 325
*Ligni ſancti.* 328
*Contra mictionem ſanguinis.* 324
*Contra menſes ſuppreſſos.* 326
*Nigrum.* 334
*Nucis Cupreſſi.* 334
*Paſſulatum.* 320
*Pectorale radicum Chinæ.* 319
*Pectorale ſubacidum.* 319

Pe-

Digitized by Google

*Pectorale ſubdulce.* 318
*Polypodii purgans.* 329
*Rhabarbari.* 332
*Sanguinem mundificans.* 330
*Satyriacum.* 324
*Contra Scabiem.* 327
*Senæ.* 331
*Senæ cum Rhabarbaro.* 332
*Spleneticum.* 322
*Violatum purgans.* 333
*Vulnerarium.* 327
*Diacinnamomum Regium.* 39
*Diacodion Crocatum.* 219
*Diaſcordium Roſatum.* 203
*Diaturbith minerale.* 210

## E

*Elæoſaccharum Citri.* 41
*Electuarium Abſynthiacum.* 201
*Dyſentericum.* 202
*De Nitro.* 202
*Opticum.* 199
*De Scorzonera.* 201
*Stomachicum.* 200
*Elixir Febrile.* 236
*Pæoniæ.* 235
*Sulphuris.* 234
*Vitrioli.* 233
*Emplaſtrum Arthriticum.* 116
*Carminativum.* 110
*De carne bubula.* 422
*Diachylon Anodynum.* 414
*Diaphoreticum.* 418
*Epilepticum.* 413
*Fœtidum.* 413
*De Galbano.* 419

De

Digitized by Google

*De Galbano Crocatum.* 418
*Contra Herniam.* 423
*Hypnoticum.* 414
*Matricale.* 415
*Mitigativum, Emolliens, dolores ſedans.* 419
*Narcoticum.* 421
*De Pice pro tenuioris fortunæ hominibus.* 418
*Saturni.* 420
*De ſpermate Ceti.* 424
*Spleneticum.* 415
*Stypticum, ſeu puncturale.* 417
*Stomachicum.* 414
*Stypticum.* 416
*Talpinum.* 423
*Emulſio Cannabina.* 292
*Laxativa.* 291
*Pleuritica.* 290
*Roſata.* 287
*Somnifera.* 290
*Styptica.* 295
*Violata.* 287
*Enema adſtringens.* 370
*Adſtringens aliud.* 370
*Anodynum.* 369
*Anodynum aliud.* 372
*Apoplecticum forte.* 365
*Apoplecticum fortius.* 263
*Ad Aſcarides.* 377
*Bilem evacuans.* 360
*Ad bilem alterandam in Dyſenteria, &c.* 372
*In Calculo Renum, & Veſicæ.* 373
*Aliud in calculo Renum, & Veſicæ.* 374
*Aliud in eadem cauſa.* 375
*Calculum comminuens.* 374
*In Calculi dolore.* 376
*In Calculo Renali mirabile.* 375
*Calefaciens.* 369

Car-

Digitized by Google

Carminativum. 366
In Cephalalgia, Vertigine, Scotomia, Phrenitide, & aliis Capitis affectibus. 361
Cephalalgicum aliud. 361
Aliud item fortius. 362
Colicum quod vehementer probatur. 368
Colicum dolorem ſedans. 368
In Colica ventrem leniens. 367
Conſolidans. 371
In Convulſione, ſeu Spaſmo. 370
Detergens, & ſiccans. 371
Ad Diarrhœam, & Lienteriam. 371
Diſcutiens. 367
Diureticum. 373
Dolorem, & ardorem leniens. 373
In cauſa à Duritie fæcum. 368
In Dyſenteria ad bilem alterandam. 372
Dyſentericos dolores ſedans. 372
In Epilepſia, & ſuffocationibus. 363
Aliud ſpecificum. 363
Humores Melancholicos deturbans. 360
Ad Iliacam Paſſionem. 366
Pro Infantibus. 378
Contra inflationem ventriculi. 366
Ad Lienteriam, & Diarrhœam. 371
Ad Nephriticum dolorem. 376
Nutriens. 358
In Paralyſi, & Reſolutione. 365
Paralyticum aliud ſpecificum. 365
Phlegma, & Hydropicorum aquas purgans. 361
Pituitam purgans. 360
Pro pueris. 378
In Rhagadiis, Rimis, ſeu ſciſſuris uni probatum. 377
Refrigerans. 369
Ad Scirrhum uteri. 376
In Spaſmo, ſeu convulſione. 364
Specificum in Melancholia, Mania, triſtitia, congelatione,


Quar-

Digitized by Google

Quartana, Scabie, Impetigine, Morphæa, Cancro, Elephantiaſi, Scirrho lienis, & in omnibus malis ex atra bile procreatis. 362
Specificum aliud in Melancholia, &c. 363
Stypticum in fluxibus ventris. 370
Stypticum aliud. 370
In Subeth, & ſtupore. 363
Ventrem leniens in colica ab Apoſtemate. 367
Contra ventriculi inflationem. 366
Ad vermes in ventriculo. 376
Ad evacuandum vermes interfectos. 377
Epithema cordiale calorificum, & expertum. 312
Aliud in eadem cauſa. 312
In cordis palpitatione nobiliſſimum. 313
In cordis palpitatione aliud. 314
In debilitate, & inflammatione Hepatis. 314
Aliud in eadem cauſa. 314
In dolore capitis à cauſa calida, cum, vel ſine catarrho. 311
Aliud in eadem cauſa. 311
In dolore capitis à cauſa frig., cum, vel ſine catarrho. 311
Aliud in eadem cauſa. 311
Generale in Melancholia, Mania, Phreneſi, vigiliis immodicis, omni dolore, & dyſcraſia reſpicieme à quacunque cauſa. 310
Aliud eiuſdem efficaciæ. 310
Hepaticum in cauſa frigida. 314
In Renum inflammatione præſentiſſimum. 315
Soporiferum. 312
In ſyncope, & aliis cordis affectibus, refrigerans. 313
Extractum Diaſenæ. 92
Panchimagogon. 60
Polychreſtum. 60
Specificum colicum. 64
Specificum Emeticum. 63
Specificum Hydropicum. 61
Specificum Uterinum. 65

Fa-

F

Farina virginea nobilis. 115
Flores Nitri. 26

G

Galbanum coctum. 420
Gargariſmus de Acacia. 339
De Althea. 327
De Auricula Judæ. 337
De cortice Granatorum. 335
De Glycyrrhiza. 335
De Hyoſcyamo. 341
Lacteus. 335
De Papavere. 340
De Pyrethro. 338
De Tormentilla. 338
Gemma vitæ. 28

H

Hauſtus in capitis affectibus. 67
In Colica, & Iliaca Paſſione &c. 78
In Cordis affectibus. 69
In defluxionibus omnibus omnium humorum, & Catarrhorum tenuium è capite in aſperam arteriam perpetua tuſſi inſomniam parientium ſiſtendis. 75
In cauſa valde calida. 75
In dolore Nephritico, & Arthritico. 81
In dolore Pleuritico. 80
In Epilepſia, Vertigine, &c. 69
In omni Febrium genere. 72
In Melancholica, Mania, Phreneſi, &c. 71
In Morbis pectoralibus, Tuſſi, Aſthmate, Phthiſi, &c. 73
In omnibus Profluviis inteſtinorum. 76
In ſanguinis excretione, & menſtruorum nimia evacuatione. 77
In menſibus ſuperfluis expertiſſimus. 78
In vigilils, ac inquietudinibus immodicis. 82
In vomitu, ſingultu, & ventriculo debilitato. 70
Hellebori albi præparatio. 86

Lac

## L

*Lapidis pumicis præparatio.* 87
*Lapidum, ſive ſilicum fluviatilium calcinatio, & præparatio.* 87
*Laudanum Minerale.* 83
*Laudanum Opiatum.* 66
*Liquor acidus Perlarum.* 279
*Acidus Corallorum.* 280
*Arthriticus.* 305
*Antipodagricus trinunus.* 284
*Camphoratus.* 282
*Cephalicus.* 278
*Ceruſſæ.* 287
*Cordialis.* 279
*Diaphoreticus.* 281
*Mercurii vivi.* 286
*Mercurii ſaccharatus.* 288
*Mercurii acetoſus.* 288
*Nephriticus.* 280
*Nitratus.* 277
*Ophthalmicus ſubalbidus.* 277
*Pectoralis.* 278
*Refrigerans.* 282
*Tartareus.* 283
*Tutiæ.* 288
*Veſtimentalis.* 286
*Vitriolatus.* 276
*Vulnerarius.* 282
*Lixivium Antaſthmaticum.* 342
*Benedictum.* 341
*Cephalicum.* 342
*Diureticum.* 343
*Sapientiæ.* 341
*Tartari.* 343
*Tingens.* 344



Digitized by Google

*Looch Antiphthiſicum.* 218
*Crocatum.* 219
*Pectorale.* 218
*Roſatum.* 217
*Violatum.* 218

M

*Magiſterium corallorum Roſatum.* 34
*Gum. Ghittæ Jemov.* 37
*Jovis.* 22
*Lap. Bezoartic.* 33
*Martis aperitiv.* 20
*Petroſelini.* 42
*Saturni.* 22
*Scammonii.* 36
*Margaritæ trochiſcatæ.* 39
*Marmelada Carminativa.* 182
*Cephalica.* 178
*Cordialis calida.* 180
*Cordialis frigida.* 180
*Epatica calida.* 181
*Epatica frigida.* 181
*Hyſterica.* 185
*Magnanima.* 182
*Nephritica.* 185
*Pectoralis.* 179
*Splenetica.* 183
*Marmelada ſtegnotica.* 184
*Stomachica calida.* 178
*Stomachica frigida.* 179
*Terebinthinata.* 184
*Mercurius dulcis.* 18
*Mercurius vitæ correctus.* 18
*Millepedum, ſive Aſellorum præparatio.* 86
*Minium coctum.* 419
*Morſuli Cephalici.* 148

Dia-

Digitized by Google

*Diacretæ.* 145
*Epatici.* 153
*Martiales.* 153
*Pectorales.* 150
*Regii.* 149
*Roſati.* 149
*Refectivi de cancris.* 151
*Stomachici.* 152
*Viriles.* 153

N

*NEctar vitrioli.* 25
*Nitri præparatio.* 85
*Nitrum vitriolatum.* 25

O

*OLeum Acouſticum ambratum.* 381
*Balſami.* 384
*Carminativum.* 381
*Formicarum.* 385
*Lignorum.* 382
*Nephriticum.* 382
*Otalgicum.* 380
*Sabinæ crocinum.* 384
*Septem florum.* 383
*Opii præparatio.* 83
*Oxyſaccharum emeticum.* 16

P

*PAnnus lineus crocatus.* 428
*Paſſulæ laxativæ.* 214
*Peſſus aperiens contra menſes ſuppreſſos.* 353
*Adſtringens contra uteri hæmorrhagiam.* 354
*Contra ſuffocationem uteri.* 354
*Si mulier propter pinguedinem, vel humiditatem eſt ſterilis.* 354



Digitized by Google

| | |
|---|---|
| *Pilulæ Aloephanginæ noſt.* | 120 |
| *Anodynæ.* | 124 |
| *Benedictæ.* | 122 |
| *De calce viva.* | 127 |
| *Catholicæ.* | 121 |
| *Cephalicæ.* | 125 |
| *Dulces.* | 132 |
| *Familiares.* | 122 |
| *Hydragogæ.* | 130 |
| *Melanagogæ.* | 130 |
| *Narcoticæ.* | 125 |
| *Odontalgicæ.* | 127 |
| *De Origano.* | 128 |
| *Peruvianæ.* | 132 |
| *Odoriferæ.* | 128 |
| *Pilulæ proprietatis.* | 123 |
| *Polychreſtæ.* | 129 |
| *Roſatæ.* | 129 |
| *De Sabina.* | 135 |
| *De Sandaraca.* | 125 |
| *Smaragdinæ.* | 126 |
| *Senectutis.* | 126 |
| *Spleneticæ.* | 131 |
| *Stypticæ.* | 122 |
| *De Terebinthina.* | 133 |
| *Uterinæ.* | 136 |
| *Pomum Ambræ.* | 161 |
| *Pulvis Bezoarticus Imperialis.* | 90 |
| *Carminativus.* | 115 |
| *Cyprius Violato-Roſatus.* | 118 |
| *Cyprius moſchatus.* | 118 |
| *Dyſentericus.* | 108 |
| *Eryſipelatodes.* | 119 |
| *Excellens contra tuſſim infantum.* | 97 |
| *Epilepticus.* | 91 |
| *Febrilis.* | 113 |
| *Hæmorrhoidalis.* | 115 |

*Ma-*

Digitized by Google

*Manualis.* 118
*Ophthalmicus.* 91
*Pleuriticus.* 112
*Stypticus.* 103
*Polychreſtus Imperialis.* 107
*Probatus ad exſiccandum, conſolidandum, & ſanandum variolas.* 117
*Refectivus.* 96
*Stomachicus nobilis.* 111
*De Verbaſco.* 116

## R

*ROs mineralis.* 11
*Rotulæ Aromaticæ.* 142
*Angelicæ præſervativæ pro gravidis.* 145
*Carminativæ.* 143
*Catarrhales calidæ.* 146
*Catarrhales frigidæ.* 147
*Cordiales.* 139
*Diacumini.* 143
*Hyacinthinæ.* 138
*Imperiales.* 137
*Lac provocantes.* 140
*Mithridaticæ præſervativæ.* 144
*Pectorales albæ.* 139
*Pectorales citrinæ.* 140
*Pectorales rubræ.* 140
*Refectivæ.* 141
*Refrigerantes.* 142
*Smaragdinæ.* 137
*Stimulantes.* 141
*Theriacales.* 145
*Contra vermes.* 144
*Zedoarticæ ſalviſicantes pro pueris.* 146

## S

SApo odoratus. 162
Sal Apoplecticum. 170
Carminativum. 171
Cordiale. 176
Epaticum. 173
Epilepticum. 171
Eſſentiale. 176
Febrile. 176
Hydropicum. 175
Nephriticum. 174
Pectorale. 172
Spleneticum. 174
Stomachicum. 172
Uterinum. 175
Scammonium Roſatum. 35
Silicum fluviatilium calcinatio, & præparatio. 87
Spec. Cholagogæ. 114
Diabalauſtiæ. 105
Diaborracis. 102
Diacinnabaris. 98
Diacretæ. 101
Diacryſtalli. 100
Diaeſulæ. 110
Diajalappæ. 109
Diajovis. 93
Dialunæ. 90
Dialauri. 109
Diamajoranæ. 105
Diamartis. 92
Diamercurii. 93
Diamumiæ. 103
Dianitri. 99
Diaolibani. 104
Diaplantaginis. 107
Diaſaturni. 95

Dia-

Digitized by Google

*Diaſolis.* 89
*Diaſuccini.* 100
*Diaſulphuris.* 95
*Diatabaci.* 104
*Diatartari.* 99
*Diaterebinthinæ.* 102
*Diaveneris.* 94
*Diavitrioli.* 97
*Febrifugæ.* 112
*Nephriticæ.* 113
*Pleuriticæ.* 111
*Stomachicæ.* 110
*Spir. Vini aromaticus.* 239
*Acouſticus.* 241
*Cephalicus.* 238
*Juniperi.* 241
*Lithontripticus.* 244
*Nephriticus.* 243
*Odontalgicus.* 240
*Otalgicus.* 240
*Paralyticus.* 245
*Pectoralis.* 242
*Stomachicus.* 243
*Theriacalis.* 245
*Spiritus ſalis coagulatus.* 27
*Vitrioli coagulatus.* 28
*Styli dentifricii.* 162
*Syrup. Antiſcorbuticus.* 227
*Aſthmaticus.* 215
*De Caſſia lignea.* 216
*Cephalicus.* 223
*Cordialis.* 225
*Corallor. rub.* 222
*Diacitri roſatus.* 226
*Dyſentericus laxativus.* 230
*Hydragogus.* 231
*Nephriticus.* 228

*Pantagogus.* 230
*Pectoralis.* 223
*Perlarum Orientalium.* 221
*De Pyrethro.* 228
*Stypticus.* 229
*Vitriolato-Roſatus.* 222
*Suffiment. Angelicum.* 163
*De cornu Caprino.* 167
*Epilepticum.* 164
*De Hypociſtide.* 167
*Imperiale.* 164
*De ſabina.* 166
*De ſandaraca.* 165
*De ſuccino.* 165
*De Tacamacha.* 166
*De Verbaſco.* 169
*De Vitriolo.* 168
*Suppoſitor. Anodyna.* 357
*Ad acuta facienda ſpecies.* 358
*Carminativa.* 155
*Dyſenterica, Anodyna, & ſomnum conciliantia.* 321
*In Epilepſia, apoplexia, vertigine, ſubeth, congelatione, ſtupore, &c.* 357
*Sicca.* 356
*Styptica contra Dyſenteriam, ventriſque fluxus.* 357

T

*Tartarus Emeticus.* 13
*Tartarus Nitratus.* 15
*Terra Vitrioli dulcis.* 88
*Theriaca Febrilis.* 198
*Theriaca Mulierum.* 197
*Theriaca Saxonica.* 198
*Terebinthina laxativa.* 215
*Terebinthina purgans.* 215
*Turbith minerale verum.* 18

*Tin-*

Digitized by Google

*Tinctur. Antimonii.* 45
*Bac. Juniperi.* 49
*Caſſiæ ligneæ.* 50
*Corallor. rub.* 43
*Diaphoretica.* 54
*Hyperici.* 50
*Laccæ.* 48
*Lig. Guaiaci.* 61
*Lig. Saſſafras.* 53
*Martis.* 44
*Odontalgica.* 53
*Papaveris errat.* 49
*Proprietatis.* 48
*Styptica.* 55
*Sulphuris.* 46
*Tartari.* 54
*Uterina.* 51
*Vitæ.* 159
*Torchiſc. de Alumine.* 158
*Cordiales.* 157
*De Glycyrrhiza.* 157
*Joviales.* 159
*De Nitro.* 163
*Ophthalmici.* 156
*De papavere.* 157
*De rad. Rhodia.* 156
*De Satureja.* 166
*Vitæ.* 155

## V

*VEſicatorium in angina expertum.* 351
*Veſicatorium in dolore capitis, & dentium Occipiti poſt aures applicandum.* 351
*Veſicatorium aliud in Cephalæa.* 351
*Veſicatorium in omni mentis alienatione, Phreneſi. Melancholia, Mania, &c. probatum.* 352

*Vinum*

Vinum antiſcorbuticum. 302
Unguentum ad ambuſta. 405
Anodynum. 402
Carminativum. 409
De Calce viva. 406
Hernioſum. 410
Ad livorem faciei. 412
Medicamentoſum. 407
Nephriticum. 404
Nobile. 408
Ophthalmicum. 401
Paralyticum. 401
Contra pediculos. 411
Pectorale. 401
Pleuriticum. 402
De Rapis. 406
Renale. 402
De ſevo Hircino. 408
Spaſmaticum. 403
Spleneticum. 403
Stypticum. 410
Contra vermes. 419
Unicornu minerale. 1
Unicornu ſolare. 4

Z

Zingiber purgans. 208
Zingiber roſaceum. 191

# INDEX III.

## Morborum, Curationum, Rerum, & Verborum notabilium.

### A

ABortus cura. pag. 35. 222. 374.
Aerem malignum, venenoſum, & peſtilentem corrigentia ſuffimenta. 164. & ſeqq.
Ægrotantes, quibus medicamentis Medico obſequentiores reddantur, & Medicum habeant gratiorem. In Præfat.
Æſtus viſcerum, & membrorum cura. 182. 219. 287. Vide Refrigerantia.
Æthiops, ſive Æthiopum Rex Philoſophicus. Teſtament. Hadr.
Alcolæ cura. 170
Aloetica aqua ſolutiva. 274
Alopeciæ remedia. 408.
Alvum duram emollientia, & ſubducentia, 197. 211. Conf. Purgantia.
Alvi profluviis remedentia. 35. 50. 169. 184. 196. 219. 333. 357. 370.
Vide, Profluvia ventris, Ventris fluxus. Conf. Diarrhœam. Dyſenteriam.
Amauroſis cura. 277.
Amblyopiæ. ibid.
Ambuſtorum. 23. 383. 421. 427.
Amentiæ.
Vide Maniæ, Phreneſis, Mentis alienatæ.
Amyntheriis, & phylacteriis inſtructiſſimum eſt hoc Armamentarium, in Dedic. & Epilog.
Anaſarcæ cura. 213. Conf. Hydropis.
Anginæ. 16. 26. 55. 160. 281. 335. 336. 352.
Anglici ſudoris. 27. 57.
Anhelitum commendantia. 128. ibid. Vide Halitum Oris.

An-

Anhelitus difficultatis remedentia. 46. 109. 218. 242. 243. 267. 299.
Ani rhagadiis, rimis, ſciſſuris, fiſſuris. 377. 408. 422.
Animæ defectioni, ſive animi deliquio, & virtutis caſui 40. 150. 155. 158. 172. 190. 255. 256. 261.
Animi tranquillitatem, & hilaritatem præſtantia. 126. 281. conſ. Exhilarantia, &
Animum recreantia. 205.
Anodyna in ſedandis doloribus vehementiſſimis. 66. 83. 124. 125. 151. 358. 369. 372. 382. 383. 388. 402. 404. 414. 421. 424.
Anthracis ſive carbunculi cura. 57.
Aperitiva. 21. 29. 49. 109. 185. 192. 250. 271. 387.
Aphrodiſiorum ulcerum curatio. 287. 334. Vide Luis Venereæ. Item ulcerum, & vulnerum malignorum.
Aphrodiſiæ, & Martis in Balneo radicalis ſuaviatio, Teſtam. Hadr.
Apoplexiæ cura. 14. 27. 40. 59. 85. 96. 104. 121. 123. 129. 138. 149. 165. 170. 178. 187. 190. 221. 225. 234. 236. 239. 249. N. B. 278. 294. 342. 357. 365. 388. 389. N. B.
Apoſtematum. 46. 57. 96. 112. 256.
Appetitum, ſive appetentiam collapſam excitantia. 63. 110. 123. ibid. 142. 152. 179. 192. 199. 200. 205. 229. 234. 243. 261. 262. 267. 276. 280.
Appetitus canini cura. 243.
Aquæ intercutis. 100. 152. 175. 316.
Aquarum in abdomine. 213. Vide Hydropis.
Aqua ſophorum. 249.
Aquila alba ſophorum. Teſtam. Hadr.
Arcana cuncta latent in ſale philoſophico. Ibidem.
Argentum potabile omnium lunaticorum morborum Medicina, & ſpecificum capitale. 9.
Aridur æ cura. 40. 96. 221.
Armamentarium Medico-Chymicum cur inſcripſerit Auctor hoc opus in Dedicat.
Arteriacorum cura. 256.
Articulares morbi. Vide Arthritidis.
Arthritidis. 6. 24. 40. 47. 53. 57. 66. 101. 109. 124. ibid. 129. 132. 207. ibid. 212. 213. 214. 219. 297. 302.

Digitized by Google

302. 318. 334. 388. 402. 421. 422.
Aſcaridum. 391.
Aſcitis. 213.
Aſtmatis. 6.13.16.48.55.57.69.73. 89.96.97.108.110. 123.133.135.138.139.144 150.180.190. 212.218.220. 224.225.235.242. 256. 257. 258. 279. 281. 295. 300. 318. 428.
Aſtringentia. 291.
Attenuantia. 49.329.384.388.
Auctor qualia præſcrib. & propinet ægrotantibus medicamenta, in præfat.
Auctoris ſpiritus familiares, qui, & quales? in Epil.
Aureus imber Jovis. Teſtam. Hadr.
Auri ſolutio quæ nunquam reduci queat. 8.
Auriginoſi morbi remed. 323.
Aurium ſuſurrantium, & tinnientium, audituſque debilioris. 9.14.121.127.380.381.384.388.
Aurum potabile medicina præcipua inter ſupremas, & ſpecificum cordiale. 8.
Avarorum numen nummus. In Dedic.

B

BAlthici maris accolis, & locis Borealibus Auctor ſe accomodavit Methodo ſua Medicinali. In præf.
Bezoar potabile regia Medicina contra omne venenum cujuſcumque generis. 30.31.
Bezoar potabilis probatio in veneno. 31.33.
Bilem utramque atram, & flavam, evocantia, conſumentia, &c. 36.37.100.114.129.202.206.209. ibid.288. 291.292.296.332.360.

C

CAchexiæ curatio. 13.21.45.55.57.131.132.144.173. 175.181.232.260.296.299.
Cacochimiæ. 210.237.397.

Ca-

Digitized by Google

Cadentium rupturis, & fracturis remedentia. 103. 196. 243. 267. 414.
Cæliacorum cura. 59. 85. 92. 107. 122. 189. 222. 227.
Calculi renum, & veſicæ. 16. 27. 40. 47. 48. 49. 51. 99. 102. 108. 133. 134. 143. 175. 185. 202. 215. 229. 243. 244. 267. 271. 298. 300. 308. 334. 348. 374. 375. 376. 383. 385. 388. 396.
Calidæ intemperiei. 179. 181. 192. 219. 226. 289. 424.
Calorem naturalem conſervantia, & reſtituentia. 31. 33. 98. 142. 152. 173. 190. 219. 226. 239. 243. 360.
Conf. Excalefacientia.
Calorem nimium cordis, hepatis temperantia. 313.
Vide Calidæ intemperiei curam. Item Cordialia Hepatica.
Cancri cura. 6. 23. 62. 121. 130. 131. 361. 397. 409. 421. 422.
Canitiem retardantia. 48. 137. 235. 243. 261.
Canini appetitus remedium. 243.
Capillos colorantia, clarificantia, & flavos efficientia. 344.
Capitalia, ſive Capitis morborum, & dolorum remedia. 9. 13. 14. 17. 20. 24. 27. 28. 38. 39. 47. 54. 59. 62. 67. 68. 98. 104. 105. 121. 129. 137. 142. 144. 150. 152. 155. 156. 157.
Conf. Caput confortantia. Item Cæphaleæ, & Cæphalalg. remedia. Item Anodina.
Capite trementium. 223.
Capitis fluxus. 9. 96.
Vide Catharrorum. Item Defluxionum, capitis, & cerebri.
Caput confortantia. 155. 223. 331. Vide Capitalia.
Caput, & cerebrum purgantia. 105. 121. 123. 125. 234. 329. 331. 344. Vide, & conf. purgantia.
Caput corvi philoſophicum. Teſt. Hadr.
Carbunculi, ſive Anthraciæ cura. 45.
Cardiacæ. 58. 66. 103. 107. 114. 139. 144. 225. 226. 227. 235.
Cardialgiæ. 180. 209. 383. 423. Vide Cordialia, & anodyna.
Cari. 149. 294.
Carminativa. 358. 366. 382.
Carnoſitatem, & pinguedinem nimiam attenuantia. 125. 334.



Digitized by Google

Caſtitatis aqua. 268.
Caſuum, & contuſionum curatio..... Vide cadentium.
Catapancritonum mos, & impudentia. Epilog.
Cataractæ remed. 122.
Catarrhorum. 9. 19. 20. 40. 46. 48. 49. 53. 66. 75. 76. 83. 96. 105. 123. 132. 146. 147. 158. 160. 165. 214. 220. 234. 239. 242. 267. 318. 319. 394. 414. Conf. Deflux. capitis, & cerebri.
Catarrhi ſuffocativi. 105.
Catartica univerſalia, omnia noxia è corpore humano radicaliter pellentia. 19. 20. 60.
Cauda nigra philoſoph. Teſtam. Hadr.
Cauda pavonis philoſoph. ibidem.
Cauſa, cur Nova appellet Auctor ſua pharmaca, & cur denuò ſub novo Armamentarii nomine in lucem ediderit. Arm. Dedicat.
Cauſi cura. 291.
Centrum mundi granum fundi. Teſt. Hadr.
Cerebri confortantia. 9. 39. 40. 50. 51. 96. 105. 137. 142. 163. 178. 221. 222. 234. 236. 248. 255. 266. 304. 394.
Coleræ cura. 190. 208. 222. 227. 250. 414. 417.
Ciborum faſtidii. 50. 107. 158. 261.
Vide Nauſeæ.
Clavorum in pedibus, Germ. *Eiſter oder Krahehen Augen*. 419. 420.
Colicæ, & Iliacæ paſſionis. 23. 27. 40. 46. 47. 57. 60. 64. 66. 79. 80. 97. 102. 124. 142. 144. 162. 183. 189. 208. 212. 219. 236. 222. N. B. 266. 296. 301. 331. 366. 367. 382. 384. 388. 394. 395.
Colorem vividum procreantia. 108. 173. 249. 388. Conf. formæ corruptæ. Item formam hominis vividam, & nitidam reddentia.
Comatis. 294.
Comitialis morbi. 91. ib. 293. 378.
Comparatio, & conditio Theſauri hujus Medicinalis, & aliorum vulgarium. In Dedicat.
Concoctionem promoventia. 39. 41. 52. 53. 64. 98. 123. 128. 143. 151. 155. 159. 172. 179. 191. 196. 200. 262. 307. 393. 397. 415.
Condylomatum, & hæmorrhoidum cæcarum cura. 117. 423



Digitized by Google

Congelationis. 171.247.357.369.
Conſolidantia. 371.
Conf. Vulneraria.
Conſumptis conducentia. 253.
Vide impinguantia, vires reficientia.
Contagioſorum morborum medela. 193.222.227.330.386.
Contracturarum. 23.40.47.55.57.134.284.385.388.
Convaleſcentibus, & è morbo diuturno emergentibus proficua. 98.180.190.
Convulſionis cura. 17.40.50.96.123.176.239.244.267.285.364 393.403.420.
Corallorum tinctura nobiliſſima, & pretioſiſſima eſſentia, & Medicina contra morbos quamplurimos. 43.
Cor confortantia. 155.180.181.222.226.234.239.255.260.279.301.302.321.322.331.conf. ſeqq.
Cordialia. 8.27.31.38.39.40.43.48.52.54.55.59.68.69.84.97.104.107.108.111.114.138.139.142.150.153.155.159.162.171.180.182.190.191.193.206.215.295.
Cordis, & pectoris anguſtiæ remedia. 39.214.295.
Cordis compreſſionum, & dolorum. 54.
Vide Syncopes.
Item Cardialgia.
Corroſionum Oris, & gingivarum. 397.
Vide Gingivæ corruptæ conf. Oris fœtoris, & Scorbuti curam.
Corvus Niger Albus ſine alis volitans, Teſtam. Hadr.
Coryzæ cura. 83.
Coſtarum doloribus remedentia. 218.
Vide, & conf. Pleuretica.
Item Anodyna.
Crapulæ cura. 110.
Crines, ut decidant ex quacumque corporis parte. 406.
Curarum gravium diſpulſio. 9.126.
Cutem mollem, & manus albas, ac nitidas reddentia. 119.204.399.
Cutis fœditatem, & ſordes eluentia. 99.121.331.

Debiles,

## D

DEbiles, & languentes recreantia. 251. Vide vires refic.
Defluxionum capitis, & cerebri cura. 10. 97. 140. 302. 307. 343.
Deliquio animi remedentia. Vide animæ defectionem, & Lypothymiam.
Delirii cura. 14. 51. 331.
Dentifricium purgans, & candidos dentes reddens. 84. 114. 161.
Dentium dolores ſedantia. 53. 54. 127. 128. 160. 340. 391.
Dentium fœtorem relegantia. 128.
Dentium mobilitas. 340.
Dentitio puerorum. 391.
Diabetis cura. 230.
Diarrhœæ cura. 24. 55. 196. 219. 371. 397. 417.
Digeſtionis corruptæ. 243.
Digeſtivum univerſale. 283.
Diſcutientia. 132. 190. 218. 230. 298.
Dyſpnœæ curatio. 132. 190. 218. 230. 298.
Diuturno morbo dejectos, & debiles recreantia, & confortantia. 111. 139. 151. 158. 331.
Dolores omnes in quacunque corporis parte mitigantia. 189. 251. 263. 288. 401. 403. 418. 419. 424.
Vide, & conf. Anodyna.
Dorſi dolores. 110. 185. 208. 215.
Doſes Medicamentorum Auctoris exigua quantitate odore, & ſapore ſingularem gratiam, ſuavitatem, & jucunditatem præſeferunt. In præfat.
Dyſenteriæ cura. 15. 16. 27. 30. 35. 44. 50. 55. 59. 85. 92. 101. 107. 184. 189. 190. 197. 219. 222. 226. 229. 280. 289. 329. 358. 372. 373. 394. 397. 417.
Dyſuriæ cura. 102. 114. 175. 329. 344.

## E

EBrietatem cauſantia. Arm. 394
Ebrietati reſiſtentia. 190. 227. 315.
Ebullitio ſanguinis, vulgò *Die Fliegende hitze*. 160.



Digitized by Google

Conf. Ferv. bilis, & ſang.
Eclypſis Solis, & Lunæ philoſophica, Teſtam. Hadr.
Ecſtaſis cura, Arm. 178
Editio hæc multis acceſſionibus aucta, & locupletata Epil.
Elephantiaſis cura. 6.61.121.130.307 329.331.362.407.
Elevationis, ſive aſcenſus Matricis. 398.415.
*Eiſter oder Krehen Augen.* 419.
Emollientia tumores duros, & calidos. 420.425.
Emollientia ventrem, & alvum ſubducentia. 196.212.255.
Conf. Purgantia.
Empyici. 253. Vide Excreantes ſang. & purul.
Epatis cura. 27.34.52.63.114.190.203.263.264.265.
Vide Hepatica.
Epatis fluxus. 223.397.
Epidemicorum morborum cura. 10.13.23.28.33.57.59.89.
110.222.282.321.395.
Epilepſiæ cura. 6.9.13.14.16 24.34.40.43.45.59.66.69.70.
85.90:96.98.105.121.123.130.138:148.155.162.171.178.
187.190.221.222.228.234.236. N.B. 239.248. N.B. 269.
280.281.293. N.B. 302.330.342.357.363.388.395.414.
Epyphoræ oculorum. 254. Conf. Ophtalmica.
Equorum vulnera & plagæ antiquæ curandæ. 334.
Eructatio acetoſa. Vide Ruct. acidi.
Eryſipelatis cura. 32.47.89.119.193.198.287.422.428.
Evacuantia. 36.37.38. Vide Purgantia.
Exanthemata. 193.
Excalefacientia. 42.49.384.388.394.395.
Vide colorem naturalem conſervantia, & reſtituentia.
Excreſcentiæ malæ carnis remedia. 334.
Exhilarantia. 322.331.363.
Expellentia, vide Purgantia.
Excreantes ſanguinem & purulenta. 85.92.107.218.219.
256.
Exſiccantia. 188.289. Conf. Catarrhorum remed.
Extenuatis conferentia. 254. Vide impinguantia.
Item vires reficientia.
Item Imbecill. & exten.

Faciei

Digitized by Google

# F

Faciei clarificandæ, & dealbandæ remed. 275. 317. Conſ. formæ corruptæ.
Faciei, & cutis totius maculas citrinas tollens liquor. 289.
Fœcum durities. 368.
Fœcunditatem promoventia. 6.12.175.346.354.
Fœditatem cutis, & faciei emendantia. 277.
Fœminas, menſibus non amplius obnoxias, vegetas, & formoſas conſervantia, imò denuò fœcundantia. 6.
Fœtorem corporis removentia. 152.
Fœtoris dentium remedia. 128,
Fœtoris naſi & oris. 26.48.98.217. Vide Oris fœt. Item Halitus.
Fœtum in utero, & naturam internam fortificantia. 21.39.
Fœtum mortuum ejicientia. 102.267.270.326.
Familiares ſpiritus quotuplices, quid operantur. Epilog.
Faſcinationum Amyntoria. 13.51.
Faſtidium ſtomachi curandum. 51.107.158.257. Vide cibi faſtidium.
Faucium ſcabrities & alia vitia. 27.50.335.336.
Faucium, & linguæ aſperitas. 140.150. Vide Ling. & Fauc. aſperit.
Faucium, & ventriculi à venenatis, & per ingluviem improviſam, vel incantationem immiſſis liberatio. 14.
Febris, ſive febrium, & febricitantium varia remedia. 6.10. 13.14.15.16.21.22.23.24.25.26.27.28.29.30.31.33.34.40. 44.45.48.49.51.55.59.63.66.72.73.85.90.106.110,113. 122.123.131.132.134.138.150.161.177.181.197.199.202. 203.206.208.210.219.223.227.234.235.251.263.278.281. 282.291.292.295.309.321.333.384.388.395.
Febres puerorum. Tertiana præſertim notha, ſeu ſpuria. 427.
Febris alba, ſive morbus virgineus. 22.45.
Fermentum ſeu fermentatio Lap. Philoſoph. Tellam. Hadr.
Fervor bilis, & ſanguinis. Arm. 292. conf. Ebull. ſang.
Fiſſuræ, ſeu Rimæ, Rhagadia in manibus, pedibus, podice, papillis, pudendis, palpebris, naribus, auribus, &c. 377. 408. 423.



Digitized by Google

Fiſtulæ curatio. 23.131.211.287.421.422.
Fiſtulæ Urinariæ exulceratæ. 107.177.
Fixatio Lapid. Philoſoph. Teſtam. Hadr.
Flatus diſſipantia, Arm. 39.40.41.52.53.64.65.111.114.
121.143.152.175.179.183 192.205.209.245.267.300.307.
385.388.393.394.416.
Flavam bilem, & pituitam evocantia. 36.100.114.
Vide bilem.
Flavos capillos reddentia. 344.
Fluxio vulvæ curanda. 85.134. conf. Matricis ægræ rem.
Fluores Uterini. 224.326.346.354.410.
Conſ. Menſtr. profluvia. Item profluvia ventris, menſtruorum.
Fluxus albus mulierum. 21.26.186. Vide Uteri flux. alb.
Fluxus capitis. 20.97.414. Vide Catarrhorum curam.
Fluxus Epatis. 223.229. conf. Epatica.
Fluxus ventris. 24.76.77.108.357.
Vide profluvium ventris. Item ventris fluxus.
Fontina philoſophorum benedicta. Teſtam. Hadrian.
Formæ corruptæ remed. Armament. 150.275. conf. faciei clarif.
Formam hominis vividam, & nitentem reddens liquor. 289.
conf. colorem vividum procreantia.
Frigidæ intemperiei cura. 182.184.
Frigidis morbis convenientia. 155.
Frigidum ventriculum calefacientia. 393.394.
Vide Excalefacientia. Item ventriculi curam, & confortantia.
Furfures capitis, & pſydracia curanda. 408.
Furfures, puſtulas, & maculas faciei tollens liquor. 289

## G

Gallici morbi cura. 213.297.300.N.B.380.
Gemmæ vitæ maximè laudabilis Medicina adverſus quoſvis morbos, etiam deploratiſſimos. 28.
Genitalium partium debilitatarum in utroque ſexu corroboratio. 21.194.
Gingipedii morbi, ſeu Scorbuti oris remed. 48. Conf. Gingivæ corruptæ. Item Scorbuti.



Digitized by Google

Gingivæ corruptæ. 338.396.
Gonagræ. 57.66.
Gonorrheæ. 21.24.25.35.44.92.102.133.185.189.215.268. 292.382.396.
Granum Fundi centrum mundi. Teſt. Hadr.
Graveolentiæ halitus remed. pag. 218. Vide Halitus fœtentis.
Gravidarum, & puerorum in peſte, & morbis Epidemicis cura. 234.
Gutturis inflammati, & aſperi. 16.219.335. Conf. Faucium ſcabrit.

## H

HÆmoptoicorum. 69.189.
Hæmorrhagiæ variæ. 34. 92. 190. 196. 222. 229. 286. 330. 347.
Hæmorrhoidum. 108.117.184.189.203.
Halitum Oris commendantia. 40. 41. 51. 53. 128. 129. 208. 226.388.
Halitus fœtentis remed. 26. 48. 218. 227. 301. Conf. Oris fœtorem.
Hebetudinem, & ſtupiditatem mentis, & tarditatem ingenii emendantia. 50.108.249.278.
Hecticæ curatio. 23. 106. 123. 132. 190. 253. 254. 279. 391. 383.
Hemicraniæ. 48.60.121.134.223.278.420.
Hemitritæi putridi, vulgò *dieheupt KrancKheit*. 161.177.
Hepatica, & Splenetica. 12. 21. 26. 27. 51. 57. 59. 108. 121. 132.139.142.181.182.196.201.202.206.222.230.255.262. 263.264.296.300.314.315.320.321.322.
Herniæ curatio. 28.325.409.411.423.
Herpetis. 422.
Henricus Madathanus auctor deſcriptionis Aurei ſæculi, & quis ille revera. Teſtam. Hadr.
Humectantia. 190.219.277.290.321.404.
Humidum radicale confirmantia, renovantia, & augentia. 155.190.222.253.
Humores impuros, pravos, vitioſos, venenoſos, craſſos, ſeroſos, tartareos, aduſtos, melancholicos, ſuperfluos,



Digitized by Google

&c. attenuantia, incidentia, conſumentia, expurgantia, 19.36.37.38.176.199.200.206.209.212.214.220.224.242. 243.264.265.266.267.301.318.331.349.360.395. Conf. Purgantia.
Hydragogicus Syrupus glorioſus in Hydrope. 232.
Hydropis, ſive hydropiſis cura. 6.14.15.17.19.20.21.24.27. 40.45.47.55.57.59.62.63.96.131.132.134.173.176.181. 190.193.198.201.211.213.214.232.N.B.236.264.265. 281.299.307.317.318.328.334.341.361.385.416.427.
Hypochondriacorum dolorum, aliorumque affectuum. 64. 109.123.144.152.224.264.296.332.383.388.419.
Hypnotica 311.312. Vide Soporifera, & ſomnum inducentia.
Hyſteralgiæ remed. 382.
Hyſtericorum affectuum. 22.24. Conf. Matricis ægr. Uteri ſtrangul. & ſuffocat.

I

ICteritiæ cura. 6.13.14.19.21.27.47.55.57.63.121.131. 132.134.138.173.193.198.202.212.214 264.273.281.296 299.323.332.348.
Ictuum, & morſuum venenatorum. 49.50.306.317.420.
Jecur roborantia, & curantia. 50.98 121.130.144.150.152. 155.192 202.209.222.223.315.323.325.419. Vide Hepatica.
Ignis Perſici curatio. 23.421.
Ignis ſacri. 198.420. Conf. Eryſipelas.
Iliacæ paſſionis. 27.57.64.79.80.144.366. Vide, & conf. Colicæ, & Iliacæ paſſionis.
Imbecilles, & extenuatos ex morbo diuturno corroborantia. 111.139.150.158.256. Conf. Vires refic.
Imber Jovis aureus. Teſtam. Hadr.
Impetiginis remed. 62.131.289.362.406. Conf. Serpig. Item Prurit.
Impinguantia. 182.183.253. Conf. Extenuant.
Impotentiæ, & læſæ virilitatis remed. 142.194.195.385. Conf. Venerem ſtimulantia.
Incantationum amynteria. 13.51.422.
Incendium caloris. 219. Vide Æſtum viſc. Item Inflamat. ſedantia.

Inci-

Incidentia. 25.42. Vide humor. imp.
Infantum tuſſis remed. 97. Vide Tuſſim.
Inflammationes ſedantia. 44.160.223.289.321.421.422.
425.
Inflationum remed. 48.176.209.242.299.366.409.416. conf. flatus.
Ingenii tarditatem, & mentis ſtupiditatem emendantia. 51.
172.249.278.
Ingenium, & ſenſus acuentia, ſubtiliſantia, excitantia. 173.
278.304.
Inſaniæ cura. 6.10.14.278.
Inſomnii, vigiliarum, & inquietudinis. 9.50.67 76.91.219.
294. Vide vigiliarum, & Inquietud.
Intemperies calida 179.190.226.425. Vide calid. intemp.
Intemperies frigida 182.183. Vid. frig. intemp.
Inteſtina, & membra interiora confortantia, & à doloribus liberantia 196.208.239.267.416. conf. viſcera confort. Item Anodyna.
Inteſtinorum, renum veſicæ, pulmonis exulcerationes curandæ. 97.185.
Intumeſcentia pedum. 418.426.
Iſchiaſis cura. 6.57.60.66.228.334.388.400.418.
Iſchuriæ. 114.343.
Juncturarum, & membrorum dolores curandi. 100. 206.
284.418. conf. Arthritim. Item Anodyna.
Juventutis, pulchritudinis, & roboris conſervandi, & augendi remed. 6.8.12.332.

## L

Lac coagulatum, & concretum ſolventia. 425.
Lac muliebre emendantia, & augentia. 40.100.141.
222.
Lac Virginis philoſophicum. Teſtam. Hadr.
Lapidem frangentia, Arm. 222. Vide calculi curam.
Lapidis philoſophici, & metallorum materia, & origo prima. Teſtam. Hadr.
Lapidis philoſophici fermentatio, ibid.
Lapis philoſophorum confectus Medicina univerſaliſſima. Arm. 3. Teſtam. Hadrianeum.



Digitized by Google

Lapis tingens, ſeu Tinctura philoſophica ibid.
Laterum tumores, & dolores. 214.
Vide Pleuretica.
Laxativa Clareta varii generis. 261. & ſeqq.
Laxativa emulſio in infantibus. 291.
Lentiginis remed. 47.409.
Leo rubeus. Teſtam. Hadr.
Leo viridis. Ibidem.
Leo Spagyricus Arm. 11.
Lepræ curatio. 20.28.44.47.55.57.62.96.100.130.190.198.210.214.329.
Lethargicorum. 90.171.178.248.307.
Leucophlegmatiæ. 409.
Libidinem veneream reſtinguentia. 23.190.268.
Lichenes, & impetigines tollens liquor. 289.
Lienis, & Lienteriæ cura. 13.21.23.26.27.51.52.55.57.59.63.120.111.121.131.132.133.142.144.174.182.183.192.196.202.222.223.262 263.264.265 296.307.323.329.331.371.397.403.419. Conſerv. Splenetica.
Linguæ, & faucium aſperitas aliaque vitia curanda. 140.334.335.
Linguæ paralyſis. 425.
Lippitudo oculorum. 252. 289. Conf. Ophthalmica, ſive oculorum remedia.
Lypiria. 291.
Lithiaſis. 66.
Litteratos è ſtudiis continuis debilitatos recreantia, & ſuſtentantia. 137.
Livoris faciei remedia. 412.
Locis Borealibus, Saxoniæ præſertim inferioris hominibus & Balthici maris accolis ſe accomodavit Auctor in ſua methodo Medicinali. In præfat.
Longo morbo dejectos, & imbecillitate languentes reſocillantia. 111.139.150.159.256. conf. vires refic.
Loquela amiſſa vel deficiens curanda. 425.
Lotii ardor, & acrimonia. 271.
Lotium cruentum. 92. Vide Mictiones ſanguinis.
Luis Venereæ cura. 6.19.20.44.57.55.96.123.131.193.198.210.211.273.281.329.395.409.
Lumborum dolores curandi. 185.272. conf. Anodyna.

Lum-

Lumbricorum necatio, & ſuffocatio. 28.110.123.144.
Vide vermes.
Lunaticorum curatio. 9.90.188.
Lunæ vera anima, ſive Argentum potabile curans omnium Lunaticorum ſentinam. 8.
Lupi cura. 6.23.131.409.421.
Luxationis. 418.
Lypothymiæ. 31.40.150.155.159.171.190.256.

## M

MAcie confecti curantur. 28.98.140.182.196.262. Conf. Extenuatis conferentia. Item impinguantia. Item Vires refic.
Maculæ oculorum. 252. Conf. Ophthalmica.
Maculæ, & lentigines, furfures, & puſtulæ faciei. 275. 289.317.
Maculas omnes Veſtium, & pileorum eluens, & tollens liquor. 286.
Maleficia, phantaſmata, & incantationes propellentia. 421. Vide Incantat. amynteria.
Maleficiatis, & qui femoris ſunt invalidi, conferentia. 194.
Mammarum ex lacte dolores, & tumores, ſcrofulæ, & ſtrumæ curand. 424.
Mammon injuſtus theſaurizantium, vulgò avarorum Numen. In Dedicat.
Maniæ cura. 16.40.45.51.66.71.72.130.156.310.352.362.
Manus albas, & cutem mollem reddentia. 119.317.399.
Maraſmodum remed. 299.
Maris Balthici accolis, & locis Borealibus ſe accommodavit Auctor. In præfat.
Marcoris ſenilis curatio. 39.221.
Martis, & Aphrodiſiæ radicalis in Balneo ſuaviatio. Teſtam. Hadrian.
Materias peccantes educentia. Arm. 212.
Vide Humores impur. Conf. Purgantia
Matricis ægræ, aliorum muliebrium morborum curatio. 12. 21.26.28.34.44.49.54.66.92.93.108.159.162.164.167. 168.189.197.202.236.398.415.

Medi-

Digitized by Google

Medicamenta auctoris curationibus variis, & multiplicibus comprobata. In Dedicat. & Epilog.
Medicamenta ejuſdem qualia ſint odore, ſapore, & doſi. In præfat.
Medici omnium temporum ſuum quiſque cœlum potiſſimum, & ſuos homines reſpexerunt. Ibidem.
Medicum ægris gratiorem, quæ reddant Medicamenta. Ibid.
Medullam in oſſibus rectificandi remedium. 19.
Melancholia, & mœroris cura. 6.9.10.13.14.18.21.40.43.44.45.48.51.57.60.66.71.72.107.108.121.129.130.156.225.236.251.264.278.310.332.352.362.363.
Membra omnia principalia, roborantia. 205.227.234.239.279.
Membrorum tumor, robur, & inflammatio curanda. 290.
Memoriæ, & intellectus debilis recreatio, & confortatio. 9.14.40.108.138.249.248.278. N.B. 342.390.
Menſes mulierum provocantia. 21.24.45.47.51.52.55.57.109.135.136.153.173.176.267.270.282.326.347.353.384.
Menſtruorum profluvia, & abundantiam ſiſtendi remedia. 22.35.44.66.78.92.107.184.189.196.219.229.280.325.347.397.410. Confer. Profluv. Ventris, menſtr. & ſang.
Mentis alienatæ cura. 10.130.352.
Mentis vigorem conſervantia. 121.243.
Mercurialis philoſophici lapidis uterus. Teſt. Hadr.
Mercurius duplicatus, ſive REBIS, Sal. Sapientiæ, & naturæ Arm. 3
Mercurius ſophorum tingens, & imperfecta perficiens. Teſtam. Hadr.
Meſeraicarum Venarum materiam craſſam, & ſuccum melancholicum attenuantia, & emollientia. 265.
Matallorum immundorum depurgatio, inque purum, & fixum aurum tranſmutatio. Armamentar. 3. Teſtament. Hadrian.
Metallorum, & Lapidis philoſoph. prima materia. Teſtam. Hadr.
Methodus hæc Medicinalis qua ratione NOVA. Arm. præfat.
Microcoſmica terra. 300.

Mictio

Mictio ſanguinis qui curanda. 107. 324. Conf. Lotium cruentum.
Midæ, & Midæ ſequorum judicium præmium Aures Aſininæ. Epilog. Teſtam. Hadr.
Morbi etiam deſperatiſſimi, pharmacis Auctoris feliciſſimè curati. In Armamentarii Dedicat.
Morbillorum cura. 31.57.321.333.
Morpheæ. 6.289.362
Morſuum, & ictuum venenatorum. 49.50.306.419.420.
Mulierum infirmitates ferè omnes curantia. 198. conf. Matricis ægr. aliorumque mulieb. morb.

N

Narium hæmorrhagiæ ſiſtendæ remed. 35. Vide Hæmorrhag. var.
Naſi, & oris fœtorem emendantia, & gigni prohibentia. 98. 129.205.301. Vide fœtorem naſi, & oris.
Nativum humorem, & calorem conſervantia, augentia, reſtituentia. 226. Vide Calorem Naturalem.
Naturæ ovum. Teſtam. Hadr.
Naturæ omnia in ſulphure, ſale, & ſole. Ibid.
Naturam hominis totam renovantia, corroborantia, conſervantia. 3.7.29.141.182.257.
Nauſeæ remed. 15.16.49.98.172.208.212.226.243.250.251. 393.415.
Nauſeantibus medicamenta. Item gravidis, & infantibus Magiſterium Lapidis Bezoar. adhibendum. 34.
Nebulæ oculorum diſſipandæ. 252. Conf. Ophtalmica.
Nephritis curanda. 404.
Nervorum convulſorum, reſolutorum, & imbecillium cura. 26.40.51.228.248.342.383.392.393.395. Conf. convulſion. Item paralyſis curam.
Nervos roborantia. 420. Conf. præced. de Nervis.
Niger Albus corvus ſine alis volitans, Teſtam. Hadr.
Nix philoſophica. Ibid.
Noctambulones. Arm. 294.
Noli me tangere, morbus. 397.421.
Nomen Materiæ primæ Lapidis philoſ. & metallorum proprium. Teſtam. Hadr.

Nova

Digitized by Google

Nova qua ratione ſint, & dici poſſint Auctoris Medicamenta. Arm. præfat.
Numen avarorum Nummus. In Dedicat.

## O

OBlivionis remed. 243. 249. 388. Vide Memoriæ curam.
Obſtructiones reſerantia. 12.21.44.47.57 93.108.109.121. 122.123.131.132.133.134.135.152.153.174.176.182. 183.184.201.202.212.222.223.263.264.281. N.B. 300. 323.324.
Oculorum cura. 23.38.40.91.121.122.130.137.156.200. 253.254.255. N.B. 259.277.280.289.342.401.
Odontalgica. Vide dentium dolores ſedantia.
Odorifera pro Gynæceis 35. In aura peſtilentiali maligna 162. Conf. Suffimenta.
Ophiſis, ſive Thiriæ cura. 408.
Ophtalmica. Vide oculorum curam.
Opus hoc Medicum à callentiſſimis rei Medicæ jampridem dilaudatum. Epilog.
Orexis ſive ardor ventriculi curand. 101. Conf. Ventriculi curam.
Origo, & materia prima metallorum, & Lapidis philoſophici. Teſtam. Hadrian.
Oris, & linguæ inflammatio curanda. Arm. 48.335.337.
Oris fœtorem curantia. 26.47.52.98.127.205.301. Vide fœtorem naſi, & oris. Conf. Halitus, ſive Anhelitus fœtentis remedia.
Oris halitum commendantia. 40.41.51.52.128.129.208. 226.388.
Oſſium fracturæ conducibile emplaſtrum. 419.
Otalgica. Vide Aurium, & auditus læſi remedia.
Orthopneæ cura. 132.190.218.256.267.295.
Ovum Naturæ. Teſtam. Hadrian.
Oris ſcorbuti, putredinis remed. 338.396. Conf. præced. de Oris fœtore.

Palmi

# P

PAlmi remedia Armament. 179.
Palloris faciei. 153.
Panacæa in morbis deploratis. 19.
Paralyſis. 14.28.40.48.49.55.59.138.149.170.178.221.222. 228.236.239.245.249.281.294.346.384.388.392.
Parotidum, & tumorum Gallicorum. 419.
Parturientibus, & puerperis, partuique promovendo conducentia. 7.102.103.155.267.270.382.388.
Pavonis cauda philoſophica. Teſtam. Hadr.
Peccantes materias, & humores educentia. Armam. 212. Vide Humores impuros. Conf. purgantia.
Pectoralia, ſive morborum, & vitiorum pectoris remed. 48 64.73.74.89.108.132.139.140.150.158.172.180.189.190. 197.202.214.217.218.219.220.224.235.242.255.256.289 290.318.319.320.330.395.401.423.
Pediculorum. 411.
Pedum intumeſcentiæ. 419.
Penetrantia. 382.419.
Peripneumonicorum cura. 255.279.295.
Perſici ignis. 23.421.
Peſtis antidota. 7.10.12.16.19.25.28.33.45.46.49.55.57 59. 89.110.123.146.193.198.204.211.222.227.246.273.274. 281.304.305.306.321.382.384.388.395.
Petechiarum, ſive febrium petechialium, *der PlacKenfieber.* remed. 31.33.
Phantaſiæ. 43.51.
Phantaſmatum, & maleficiorum. 422 Vide incantationum amynteria.
Pharmaca Auctoris qualia ſint doſi, odore, ſapore. In Præfat.
Philtrorum antidota. 15.45.
Phlegmatis remed. 219.262.263.
Phlegmonum. 422.
Phreneſis ſive phrenitidis. 40.66.71.72.247.310.352.361. 383.
Phthiſis cura. 6.23.50.74.75.95.96.97.106.123.132. 134.

Digitized by Google

134. 139. 149. 151. 190. 218. 220. 235. 252. 253. 279. 318. 319. 330. 395.
Phylacteriis, & Amynteriis inſtructiſſimum eſt hoc Armamentarium. In Dedicat.
Picrocholis quid obſervandum, & proficuum. 15. 28. 207.
Pili ut decidant ex quacunque corporis parte. 406.
Pinguedinem, & carnoſitatem ſuperfluam attenuantia. 136. 334.
Pituitam evocantia, & concoquentia. 212. 213. 215. 256. 263. 297. 302. 332. 333. 360. 419.
Vide Bilem.
Pleuriſis, & puncturarum Lateris cura. 6. 13. 14. 16. 19. 24. 26. 31. 47. 49. 55. 57. 58. 66. 80. 81. 96. 111. 124. 132. 135. 141. 189. 214. 217. 219. 220. 224. 225. 255. 273. 281. 290. 295. 296. 330. 383. 395. 402.
Podagræ. 6. 12. 16. 19. 28. 40. 47. 57. 60. 63. 66. 100. 121. 124. 130. 131. 134. 190. 207. 211. 214. 262. 297. 302. 331. 399. 409. 421. 422. 424. 428.
Podagricus liquor trinunus. 285. 286.
Polypi remed. 421.
Prægnantibus, & pueris, omniumque ætatum hominibus conveniens purgatio. 331.
Confer. Purgantia.
Præſervantia contra venenum, & peſtem. 33. 146.
Confer. peſtis antidota.
Prima materia metallorum, & Lapidis philoſophici Teſtam. Hadrian.
Probatio Bezoar. potabilis in veneno. Armamentar. 33. 34.
Procidentia uteri curanda. 162. 165. 167.
Profluvia ventris, menſtruorum, & ſanguinis ſiſtendi remedia. 24. 76. 77. 78. 107. 133. 169. 184. 196. 202. 219. 230. 292. Vide, & Conf. Ventris, Alvi, Menſtruorum, Sanguinis profluvia, ſive fluxus.
Provocationis ſedandæ remed. 189.
Prunellæ, ſive inflammati gutturis curatio. 16.
Vide & Conf. Gutturis inflammati, & aſp. Item Faucium curam.
Pruritus remed. 47. 131. 198. 332. 407.
Pſoræ. 62.
Pſydræciorum, & furfurum Capitis. 407.

Pueris,

Digitized by Google

Pueris, & virginibus delicatulis, pichrocholis ſenibuſque conveniens Catharticum in morbis articularibus, & febribus tertianis. 206.
Puerperarum in mammis ex lacte dolores, & tumores curandi. 424.
Pulchritudinis, juventutis, & roboris conſervandi, & augendi remedia. 6.8.11.332.
Pulmonum cura. 27.50.114.140.180.203.217.218.220.225. 235.256.257.265.320.321.323.331.388.
Pulſationis, & palpitationis cordis. 40.190.253.279.313 Vide, & Conf. Tremorem cordis.
Purgantia. 36.37.62.63 ibid.99.109.119.121. uſque ad 136. 206.208. uſque ad 225.230.329. N.B. 332.333.
Purgantia Pantagoga pro omnis ætatis, & conſtitutionis hominibus. 231.232.332.
Purulenta excreantes curandi. 256.
Vide Excreantes ſanguinem, & purulenta.
Pus ſuppuratorum diſſolvendi, tergendi, educendi remedia. 224. 225.
Puſtulæ rubræ faciei, & aliæ maculæ, quibus curandæ. 23. 26.332. Vide, & Conf. maculas, & lentigines, furfures, & puſtulas faciei.
Putredinem, & corruptionem arcentia, vel impedientia. 11.15.23.25.28.34.40.44.46.47.55.95.113.179.191.226. 255.274.276.280.281. N.B. 307.317.384.385.388.395. 422.

Q

Qualia ſint Auctoris pharmaca quoad odorem ſaporem, & doſin. In præfat.
Quartanæ cura. 6.14.19.21.23.30.44.48.51.59 64.121. 129.130.144.174.177.263.265.268.388. Vide, & Conf. Febrium curam.
Quid, qualis materia prima. Lapid. Philoſoph. & Metallorum. Teſtam. Hadr.
Quotidianæ febris curatio. 263.334. Vide Febrium curam.

Ratio

## R

RAtio tituli hujus operis, & pharmacorum novitatis. In Dedicat.
Raucedinis, ſive raucitatis remed. 217.218.220.225.
Refrigerantia. 142.192.219.222.227.276.278.289.290. 291.321.322.369.371.418.422.
Regia medicina contra omne venenum cujuſcumque generis. 31.
Regina Philoſophorum rubicunda. Teſtam. Hadr.
Regii morbi cura Arm. 85.114.153.
Renovantia, & conſervantia totam naturam. 3.8.27.141. 182.256.
Renum calculo, & aliis affectibus laborantium curatio. 15. 27.34.47.49.99.102.107.108.133.134.173. 185.191.192. 197.199.210.212.214.222.225.228.229.244.255.271.272. 281.300.302.315.321.396. 397.404. Vide, & Conf. Calculi curam.
Reſolutionis nervorum. 26.40. 50.172. Vide Nervorum convulſ. reſolut. & imbecil. curam.
Reſolventia Tartarum, & alia Coagulata. 21.100.101. 103.215.419.
Rex Æthiopum philoſophicus. Teſtam. Hadr.
Rhagades, rimæ, ſciſſuræ, fiſſuræ in manibus, pedibus, podice, papillis, pudendis, palpebris, naribus, auribus, &c. Armamentar. 377.418.422.
Roborantia omnia membra principalia. 205.229.234.239. 279.
Ros mineralis Medicina generalis ad extrahendum omnium vegetabilium eſſentias, & Tincturas appropriatus. 11.
Rubedinis Oculorum remed. 23. Vide Ophtalmica.
Rubeus. Leo Teſtam. Hadr.
Rubiginem ex ferro, chalybe, & hinc fabrefactis armis ex tempore tollens pulvis. Arm. 87.
Ruboris, tumoris, inflammationis, & doloris remed. 290. Vide inflammationes.
Rubri Leonis ſanguis. 2
Ructuum acidorum remed. 98.181.208.262.293.

Ruptu-

Digitized by Google

Rupturarum, & vulnerum interiorum ex caſu alto. 103. 197.242 267.418.
Conf. Convulſionem. Item Vulneraria.

## S

SAl, ſulphur philoſoph. Teſt. Hadr.
Sal philoſophorum, ſapientiæ, & naturæ Mercurius duplicatus ſive REBIS nuncupatus. Armament. 2. 9.
Conf. Teſt. Hadr.
Sale in philoſophico cuncta latent arcana. Teſtament. Hadrian.
Salis in reſolutione peccantis ad coagulationem promotio. Armam. 302.
Salivæ abundantiæ remed. 209. conf. Pituitam.
Sanguinem expuentium. 107.
Vide Excreantes ſanguinem purul.
Sanguinem emingentum. Vide Mictionem ſang. Item Lotium cruentum.
Sanguinem purificantia, & rectificantia. 19.27.41.107.108. 121.123 130.205.208.212.222.249.265.280.296 302.N.B. 323.331.332.
Sanguinis ebullitio, vulgò *Die Fliegende hitze*. 160.
Sanguinis profluvia ſiſtenda. 24.76.77.78.98.101.
Sanguini concreto, ſive coagulato remedentia. 16.44.353.
Sanguinis rubri Leonis, ſive mineralis. 2. Conf. Teſtament. Hadr.
Sanguinitatem, & vitam maximè conſervantia, & prolongantia. 3.5.6.8.11.29.41.51.122.234.
Sanantia ulcera, & vulnera. 416. Conf. Ulcera, & vulnera maligna.
Satyriaſis. 189.
Saxoniæ inferioris hominibus, & Balthici maris accolis ſua Methodo ſe accommodavit Auctor. In præfat.
Scabiei remed. 47.99.135.136.193.199.214.281.295.326. 331.362.396.
Schiaticæ. 123.188.
Scirrum, ſeu ſcirrhoſos tumores, duritieſque diſſolventia. 15.99.172.183.323.329.362.376.388.419.



Digitized by Google

Sciſſuræ, ulcera, & apoſtemata aperta, à frigore facta. 407. Conf. Vulneraria.
Scorbuti cura. 12.13.26.40.44.99.190.198.223.227.266. 281.305. N.B. 323.334.338.349.397.426.
Scotomia. 235.361.
Scorbutica Crurum, & Nervorum durities curanda. 418.
Secundinas, & fœtum mortuum ejicientia. 267.270.333.
Sedes nativa materiæ primæ metallorum, & Lapid. philoſoph. Teſtam. Hadr.
Semen humanum augentia. Vide Sperma.
Senectutem retardantia. Arm. 332. Vide Canitiem retard.
Senum, & natura frigidorum cura. 6.39.40.64.141.155.173. 180.190.194.207.226.243.257.262.267.332.
Senſus, & ingenium acuentia, ſubtiliſantia, excitantia. 172. 278.304.
Seroſorum excrementorum, & aquarum in abdomine, &c. remed. 213.214.
Serpentum ictus. 49. Vide Ictuum, & morſuum venenatorum remed.
Serpiginis. 48.131.
Siccantia. 25.341.388.395.420.
Singultus remed. 66.70.71.110.179.189.226.243.267.419. 428.
Sitim reſtinguentia. 25.28.144.181.219.222.227.276.290. 321.
Solutio auri, ut nunquam reduci queat. 7.8.
Somni inquieti remed. 10.
Somnia gravia, & terribilia arcendi. 126.
Somnum inducentia. 66 83.84.126.133.189.203.219.251. 290.350.358.391.414.
Sophorum Mercurius tingens, & imperfecta perficiens. Teſtam. Hadrian.
Soporifera. 83. Vide Somnum inducentia.
Soporis, & ſtuporis remed. 291.357.363. Conf. Veterni remed.
Spaſmi. 44.59.228.364.385.388.392.403.
Specificum Capitale. 9.
Cordiale. 8.
Odoriferum. 162.

Digitized by Google

Stomachicum. 24.234.
Uterinum. 65.66.
Sperma, ſive ſemen humanum augentia. 39.40.194.195. 222.
Spiritus vitales, & animales recreantia, & corroborantia. 8.35.41.44. 52.166.138.155.162.164.172.180.190.219. 251.255.257.279.304.306.
Spiritus familiares quotuplices, & quid operentur. Epilog.
Splenetica. 130.131.174.190.208.264.265.323.332. Vide lienis curam.
Sputum facilitantia. 138.158.219.319.
Sterilitatis remed. 7.53.176.346.
Stomachi cura. 13.24. 35. 39.48.51.52.65.94.107.111.114. 121.142.143.144.151.152.154.155.179.189.199.223.243. 250.260.261.262.279.280.297.385.388.392.393.
Stranguriæ. 102.108.114.185.197.272.298.
Strumarum, & ſcrofularum. 419.424.
Strangulationis Matricis. Vide Suffocationis.
Stupiditatem, & hebetudinem mentis, & tarditatem ingenii emendantia. 51. Vide ingenii tardit.
Styptica. 370.
Subeth, & ſtuporis remed. 90.170.179.350.363.
Sudare, qui per naturam non poſſunt, compelli ad id non debent. 32.
Sudorifera ſalutaria. 6.7.25.31. 50. 58.59. 89. 113.193. 198. 199.203.245.273.274.283.320.385.386.
Sudoris Anglici cura. 28.57.
Suffimenta varia, & ſalubria. 161.162.163.164.165.166.
Suffocationis, & ſtrangulationis Uteri, ſive Matricis curæ. 28.35.44.49.54.65.66.94.159.162.165.166.176.185.198. 202.236.242.244. N.B. 269. N.B. 280.354. 363.385. 388.395.
Suffocativum Catarrhum prohibentia. 105.
Suffuſionis oculorum remed. 277. Vide Ophthalmica.
Sulphur Martis, & Veneris. 2.
Suppoſitoria. 356.357.358.
Suppuratorum pus diſſolvendi, diſſeccandi, tergendi, educendi remed. 224.
Surditatis aurium cura. 382, Vide aurium curam.

Digitized by Google

Suſpirioſorum. 253. Conf. Aſthmatica.
Suſurrantium aurium. 9. Vide aurium curam.
Sutura coronalis. 414.
Syncopes. 38.107.138.181.226.261.281.298.313.
Synochi. 291.
Synoviæ. 310.
Syronum. 407.
Syrupus hydropicus glorioſus. 231.
Syrupus purgans pantagogus, pro omnis ætatis, & conſtitutionis hominibus. 230.

T

TAbacum ſingulare pro cerebri expurgatione benigna. 104.
Tabis cura. 91.114.138.139.149.197.222.385.
Tartarei humores. Vide Humores impuros.
Tartari in corpore coagulati reſolutio, & per ſeceſſum eductio. 21.99.101.104.214.420.
Temulentos efficientia. 38.
Teneſmi remed. 55.169.
Tentiginis pravæ. 407.
Terra microcoſmica. 179.299.
Tertianæ remed. 14.51.59.177.219.263.268.291.309.333. N. B.
Tertianæ nothæ, ſeu ſpuriæ. 268.426.
Teſtamenti Hadrianei Notarius, & teſtes qui ſint, quæ contenta, qui hæredes. Teſtam. Hadr.
Theſauri titulum cur huic ſuo operi Medico-Chymico præfixerit Auctor, & quæ diverſitatis ratio hujus, & iſtorum vulgarium Theſaurorum. In Dedic. Arm.
Theſaurizantium vulgò, & avarorum Numen Nummus. Ibid.
Theſaurorum vulgò collectorum finis, uſus, & accidentia, modus, & ratio colligendi. Ibid.
Thoracis affectibus remedentia. 158.190.219.225.235.256.299.320. Conf. Pectoralia.
Tituli hujus operis ratio. In Dedicat.
Tinctura, ſive Lapis philoſophicus tingens. Teſtament. Hadrian.

Tophi,

Digitized by Google

Tophi, nodi, ſcrofulæ membrorum curand. 426.
Torminum remed. 49.52.110.176.183.243.358.
Conf. Colic. & Iliac. paſſiones, & cruciatus.
Totam naturam renovantia, & conſervantia. 3.8.27.141.
182.256.
Tremorem cordis ſedantia. 40.55.107.108.170.178.190.
238.239.273.279.298.
Vide, & Conf. pulſat. & palpit. cordis.
Triſtitiæ abigendæ remed. 251.261.
Vide Melancholiæ, & mœroris curam.
Tumoris, & doloris laterum. 214.265.
Vide, & Conf. Pleuritica.
Tumorum calidorum, durorum, & ſcirrhoſorum. 286.419
420.421.422.424. Vide, & Conf. ſcirrhum.
Tuſſis remedia. 16.46.48.49.73.74.75.96.97.108.123.131.
134.139.140.141.144.150.157.180.189.190.197.217.
218.219.224.225. N.B. 235.242.256.258.279.291.295.
299.318.319.395. N.B. inter hæc remedia invenies etiam
ſpecifica in Tuſſi diuturna, veteri puerorum, infantum,
ſenum, &c.
Tympanitis. 28.108.183.385.409.
Vide, & Conf. Hydropis curam.

## V

Variolarum cura. 31.57.118.321.418.
Uberum ex lacte dolores, & tumores ſcrofulæ, & ſtrumæ curandæ. 424.
Venarum, viſcerumque obſtructiones reſerantia. 123.133.
155.179.264.299. Conf. Obſtruct. reſerantia.
Veneni antidota. 12.14.16.28.31.34.41.45.49.50.57.59.85.
89.110.126.193.227.256.274.280.281.382.388.
Venereæ luis, & vulnerum curatio. 6.19.395.409.
Vide luis venereæ.
Venerem ſtimulantia, vimque procreandi excitantia, & augentia. 40.94.142.153.182.194.195.324.385.388.395
398.
Veneri reſiſtentia. 23.192.268.
Ventoſitates, & flatus diſſolventia, & carminativa. 191.
199.244.249.393. Conf. flatus diſſipantia.

Ven-

Digitized by Google

Ventrem emollientia, & alvum ſubducentia. 196.212. Vide Purgantia.
Ventris dolores ſedandi remed. 186. vide Anodyna.
Ventris fluxus ſiſtendi. 24.75.76.108.169.196.357.370. Vide, & Conf. Diarrhœæ, & Dyſenteriæ curam. Item profluvia ventris.
Ventriculi affectus varii curandi. 13.14.16.27.39.48.52.66. 70.71.97.111.129.150.182.202.234.261.262.276.298. 321.393.394.414.419.
Ventriculi dolores. 208.209.243.267.416.419. Conf. Anodyna.
Ventriculum confortantia. 27.28.66.70.71.155.172.179. 191.192.202.223.226.255.257.262.267.276.298.301.321 393.397.
Venuſtatis, pulchritudinis, juventutis, & roboris conſervandi, & augendi. 6.7.8.11.24.
Vermes in corpore necandi, & educendi. 19.26.28.55.93. 110.123.144.177.377.410.
Verrucarum remed. 420.
Vertiginis. 9.14.39.48.59.69.70.85.90.98.138.144.155. 162.178.187.190.236.239.248.278.308.357.361.388.
Veſicæ cura 15.27.47.52.87.99.102.107.108.134.201.215. 243.255.271.281.396.
Veſtimentalis pulvis. 117.
Veſtium, & pileorum maculas omnes eluens, & tollens liquor. 282.
Veterni remed. 294.309. Conf. Soporis, & Stuporis.
Vigiliarum, & inquietudinis. 66.82.83.126.250.251.310. 311. Conf. Inſomnia, vigiliarum, & inquietudinis.
Vini ſpiritus Catholicus. 243.244.
Vinum illuſtrantia odore, & ſapore. 41.
Vinum Martiale, & quid operetur. 2.
Vires reficientia. 39.40.51.97 123.139.141.150.151.155. 159.164.180.182.219.279.280.304.307.
Virginei morbi, ſive Febris albæ curatio. 21.42.
Virginibus, & pueris delicatulis picrocholis, ſenibuſque conveniens Catharticum in morbis articularibus, & febribus tertianis. 207.
Viridis Leo. Teſtam. Hadrian.
Virilitatem læſam, vel amiſſam reſtituentia.

Vide

Digitized by Google

Vide Venerem ſtimulantia.
Viſcera confortantia. 208.331.
Viſum acuentia, & roborantia. 49.92.121.122.137.155. 200.243.253.254.255. Vide, & Conf. Ophtalmica.
Vitam, & ſanitatem maximè conſervantia, & prolongantia. 3.4.6.8.11.29.40.51.235.
Ulcera, ſciſſuræ, & apoſtemata aperta à frigore facta. 407.
Ulcerum malignorum, & antiquorum curatio. 23.131.183. 223.224.420.422.
Ungarici morbi, & febrium. 16.20.25.27.32.
Univerſales Medicinæ. 3.6.11.25.29.57.59.
Vocis jacturam reſarcientia. 96.157.224. Vide, & Conf. Raucitatem.
Voluptatem parientia. 190.
Vomitiva quomodo, & qua cum diſcretione adhibenda, & uſurpanda. 14.15.
Vomitoria. 13.14.63.210.308.
Vomitus remed. 34.53.66.70.71.98.110.111.142.179.181. 191.192.222.227.229.243.250.262.263.270.307.394.397. 415.
Vomitus Cordis. 298.
Vomitus puerorum. 417.
Urinariæ fiſtulæ exulceratæ remed. 107.272.
Urinæ ardor, & acrimonia curand. 272.
Urina cruenta. Vide Lotium cruentum. Item Mictionem ſanguinis.
Urinæ incontinentia. 92.107.
Urinæ promotio. 25.27.42.50.51.52.133.143.172.175.181. 185.196.227.243.255.267.278.279.
Uteri aſcenſus, ſive elevatio. 398.415.
Uteri fluxus albus, & fœtens curandus. 21.26.35.186.
Uteri intemperies, aberratio, & alii affectus. 22.108.125. 150.382.383. Vide Matricis ægræ remed.
Uteri obſtructiones aperientia. 21.109.136.176.
Uteri fluores abundantes, ſive hæmorrhagia. 133.222.280. 354. Conf. Menſtruorum profluvia.
Uteri procidentiæ remed. 162.165.167.
Uterum à ſuffocatione, & ſtrangulatu liberantia. 28.34.47. 54.65.94.136.162.165.166.167.180. Vide & Conf. Suffocat. & ſtrangulat. uteri, ſive Matricis.
Ute-
Digitized by Google

Uterum roborantia. 382. 397.409.
Uvæ, linguæ, & amygdalarum vitia. 335.337.
Vulnera, & rupturas internas è caſu curantia. 71.418.
Conf. Rupturarum, & vuln. internor.
Item vulneraria.
Vulneraria nobilia pro Chirurgis. 328. 408. 409. 417. 420. 421.
Vulnerum, & ulcerum antiquorum præſertim Aphrodiſiorum cura. 289.409.420.421.
Conf. Luis Venereæ.
Item Vulnerum malign. & antiq.
Vulſorum, & ruptorum. 267.
Vide Convulſionis, & rupturarum curam.
Vulvæ ſtrangulatui, & ſuffocationi emendantia. 28. 34. 44. 49. 54. 94. 165. 243.
Vide ſuffocationem, & ſtrangulationem uteri ſive Matricis.
Vulvæ caſui remedia. 338.

FINIS.

Digitized by Google

# ARCANA PETRI POTERII ANDEGAVENSIS

CONSIL. AC MEDICI REG. CHRISTIANISSIMI

INVENTA CHYMICA

*Anxie hactenus deſiderata,*

Secundum mentem Authoris elaboranda; ex Authoris Excellentiſſimi textu combinata,

*Exhibente editione Francofurtenſi*

WILHELMI RICHARDI STOCKII,

SUB ANNO M. DC. LXVI.

*Adjunctis enchiriſibus accuratiſſimis.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# I. I.

# Ad Omnes Chymiam Exercentes.

MInime admirandum puto, multorum Authorum Experientias in variis ſcientiis, præprimis Chymica, in occulto manſiſſe, cum tamen illæ ab ipſis tam dilucidè aperteque literis mandatæ ſint, ut niſi has inuiſibiles facere velimus, lucem illarum abſque adminiculo lucernæ adſpicere valeamus. Multi quoque præ aliis magis experti, ab Authoribus ejuſmodi res ſibi imaginantur, quæ nunquam factæ, neque Authores tales in rerum natura exiſtere ſomniarunt: Aliquibus omnes Scriptores, qui præ aliis ſcientiam ſubliniorem atque enchiriſin leuiorem in laboribus chymicis callent. Adepti (ejuſmodi homines, qui poſſeſſores ſunt Arcani arcaniſſimi Lapidis Philoſophici) dicuntur, atque hinc varias impoſſibilitates & difficultates menti imponunt, quæ tamen in opere ipſo ſat faciles & ſine peculiari tædio & labore perfici poſſunt. Aliqui Authorum Nomina propria, illorum cognomina, ut & inſcriptiones fictitiæ, pro arcanis hieroglyphicis ſpecificis, quæ quandoque in ſomnis mirabiliora obuenire nequeunt, accipiunt, inque illis neſcio quid ſcrutantur; In ſat dilucidioribus quoque præſcriptis proceſſibus, quod omnia

 Philo-

Digitized by Google

Philoſophicè intelligi debeant, Legentibus perſuadent. Hic eſt locus tenebrarum, hìc mens obfuſcatur; hìc laquei, quibuſcumque Philoſophi illos captant, quorum intelligentia omnia profundiſſime perquirere vult; ſibi parabolas ubi nullæ ſunt faciunt, ut ſic ſe ipſos alioſque credulos ſeducant ac decipiant. Viam tritam planamque ſequamur, quæ niſi in Chymia planior accuratiorque inuenitur: Sic quoque Natura hujus ſcientiæ Magiſtra multoties in erroribus ad abdita myſteria talem diſcipulis ſuis, ſi ſaltem omnia & minutiſſima judicio examinent, monſtrat aditum; un quandoque ex damno utilia reperiant, quæ ipſis multiſque aliis anſam ulteriora inveniendi dant. Qui vero omnia indiſcriminatim miſcere, manus nullatenus (ut Studioſi puritatis) maculare, otium ſomnumque labori, qui tamen non admodum durus, præponere & obſeruantiam rerum concordantium minime curare, qui pondus tam externum quam internum vilipendere, ex uno errore in alium ſe præcipitare vult; ille in fine nil niſi faſtidium, damnum & periculum famæ & ſanitatis metiet. Quidam quando Autores legunt & in proceſſum irruunt, ſtatim ad illius probationem ſine judicio & ſecundum literam properant; hi manibus non parcunt, laboribuſque impendunt, ut ſudore madidi ſæpius ab illis recedant, aſt legere & perlegere ipſis deficit, impatientes ſunt tempora expectare, poſſibilitatem rerum impoſſibilitatemque judicio acutiori non perquirunt, & hi dum jacturam temporis, ſumptuum & laborum fecerunt, culpam Autori immittunt, quod vel omiſerit aliquid, vel ſenſu alio velit interpretari; aliqui ex his uni labori valedicunt, irruuntque in alterum & fiunt ita Experimentatores ſine experimento, aliqui meliorant erorem commiſſum, accuratiori mente res perpendentes, hi tandem accreſentibus annis viribuſque deficientibus metam præfixam attingunt, quò hanc in opinionem poſtmodum incidunt, ſibi perſuadentes, neminem ante anum ſexageſimum vel ſeptuageſimum hac in arte ſapere, ſic incuriam & ſtupiditatem ſuam erroreſque centies factos pro eſſentia & requiſitum neceſſarium artis ponunt, vel quaſi junior annorum, qui accuratiſſime omnia ruminatur, neque ad metam ante

tempus

Digitized by Google

tempus ab arte & natura deſtinatum pede velociori currit, æque cito & multo citius in paucis diebus plura, quam alius in multis annis experiri poſſit. Commune eſt proverbium: Poetas & Muſicos naſci, Medicos & Chymicos ſane non minus. Miror equidem quorundam fortunam in operationibus chymicis, quod hoc, quod incipiunt, ſtatim quoque fato annuente finiunt. Attamen uni plus fortuna quam alteri favet, atque ſic hic prærogatiuam præ altero habet; exemplo nobis eſt prioris ſeculi Medico Chymicorum Monarcha, Theophraſtus Paracelſus. Num fieri poteſt; vt quidam ſpatio triginta annorum tam multa variaque inter peregrinandum experiri & practicare poſſit, vti ipſe effecerit? terminus vitæ erat annus quadrageſimus octavus, decimum octavum chymiæ practicæ initium fuiſſe puto. Hoc fuit cauſa, ut plures pro venefico illum habuerint, aſt ſine rationis fundamento (cum nec Diabolus ſupernataraliter & deficientibus mediis naturalibus quicquam præſtare poſſit) nullatenus enim ſequitur: qui converſationem cum mago habet, pro cauſa illius veneficii cognoſcenda, & contraria media pro exſtirpatione & curatione illius perquirenda in ſubleuationem afflictorum, ille eſt Magus; atqui Theophraſtus hoc fecit. Ergo Theophraſtus eſt Magus. Major claudicat, ſic & concluſio manca & falſa prouenit, æque ac ſi Patriota fidelis pro expiſcanda intentione proditoris ſocietatem cum illo ponat, quandoque & ipſe male in rebus Patronum concernentibus dicat, ſit ſimul Proditor: hoc enim facit, ut proditor molliri fiducia fretus in omnibus quam accuratiſſime ſe expectoret, quo ſic Principalem ſuum eo magis de illius tricis certiorem faciat; aſt hæc Per tranſennam. Illius ſcripta lege, & perlege, & relege, vera inuenies. Neutiquam quidem abnegandum, ſenectutem multis in rebus juuentute cautiorem eſſe, verum è contra hæc quoque agibilior eſt decrepitâ ſenectute: Ita & ſic juuenis pedibus velocioribus æque ac Senex manibus tremulentis metam attingere poteſt. Neceſſe ergo erit, ut in arte chymica, ſi apparatus neceſſarius adſit, autores ſæpiùs perlegantur, illorum concordantiæ in una & altera parte optime conſiderentur, inſuper lectores pennam arripiant, partialitates colligant,

ſcripta authorum & imprimis ubi ſelectus hæret, obſervantiſſime trutinent, quid inter proceſſus vulgares authores annotant, proprium laborem adponunt, aut minus laudibus ornant, vel quoque melius exprimunt; demum chymiæ cupidus elaborationes conſideret, opinione ſua fretus, an ad finem exoptatum illas perducere poſſit (præſupponimus vero, ut ejuſmodi Chymiſta in operationibus chymicis fundamentalibus ſatis ſit inſtructus) nec ne: poſtmodum in minimo pondere probationes pro meliori certificatione ſuſcipiat, ubi leve damnum meliorem cum minori tædio informationem dabit, quam quod probam ſtatim in majori tendat, & ſic fortuna adverſa damnum, tedium & periculum ſat magnum pati teneatur. Hic ſibi favet, qui omnia antea accuratiſſime perquirat, quam laborem, qui in receſſu maximum damnum ſecum ducit, ſi proſpera non reſpondeant, ſuſcipiat; hic vero melius ſibi conſulet, qui ante mixtionem manum ſæpius retrahit & aliquoties, ſi error forte ſe monſtret, pro meliori conſideratione unum vel alterum diem adhuc expectat. Spero hanc meam admonitionem tale efficere commodum, ne porro Authores verba audiant dura: quod invidia commoti ſua minus dilucide & aperte tradiderint; quæ quoque multoties noſtro Poterio, ſed ſine veritate à multis data ſunt. Quot ſuſpiriis exoptatum fuit illius ſpecificum ſtomachicum? Quæ rara avis erat ejuſdem Antihecticum? (quod tamen adhuc multis in locis, tam in præparatione reguli, quam admixtione aquæ hermaphroditicæ ſiccæ mancum eſt) licet ambo ſerico ſaltem velamine obducta ſufficienter & ſat aperte nobis fideliſſimus Poterius tradiderit. Fateor, Poterium candore ſuo erga poſteros in præparationibus medicamentorum ſuorum, illorumque deſcriptionibus non ſatis deprædicari poſſe, atque pro ſincero expertiſſimo & in Chymica arte optime merito ductore habendum eſſe: Ipſe enim & verum de ſe ipſo ſcribit: Quæ manus noſtræ tractaverunt, & oculi noſtri viderunt, in medium proponimus, neque eam veterum ſeveritatem in occultando, ſed mediam quandam viam ſervavimus. Sicut vero, ut ſupra monui, quomodo Authores legendi, ut eorum mens aſſequatur; in noſtro Authore legendo iterum

mo-

Digitized by Google

monco, ori enim aperto non ſemper aſſata columba venit, manus adhibendæ ſunt pro illa capienda. Credas Philochymice, Poterium invidiæ & infidelitatis accuſare contra ſummum illius candorem currit; nam Secreta ſua in arcula ſecreta non repoſuit, ſed adeo dilucidè illa præſcripſit, ut fateri cogamur, omnia fere de verbo ad verbum manifeſtaſſe, neque amplius quid deficere, quin ipſe in perſona adeſſet, & laboranti manum duceret. Quo vero Philochymicus videat me nihil aliud, de quo ipſa res non loquatur, proponere, (conſcientia enim mea, me tibi Excellentiſſimi hujus Viri elaborationes & ſecreta, licet ſat vilis exiſtam, tale munus in me ſuſcipere, ante appropinquantem vitæ meæ terminum, ipſiſſimis verbis monſtrare, impellit,) ad loca propria Authoris & illius manes te ducam, rudique calamo interdum enchiriſin quandam adponam, quò melius videas, quam clare & aperte ipſe Author de ſuis ſcripſerit. Cur nomen meum non appoſuerim, nec ex timore nec ſimulatione fit, forte metu, ne aliquis chartis perlectis mendacia patrata mihi obtruderet, vel invidia, ut eo liberius alios ſcriptores calamo ignoto traducerem, tam minus primum, dum ſat multi perſonam meam nullo fuco veſtitam ſciunt, minime ignotus ſum, & quoque non nominatus omnibus Philochymicis ſcripta noſtri Poterii amantibus ſchedulas has adſcribo; quam ſecundum, cui nunquam ſtudui, ſed unicuique firmo pede reſpondi, ſi aliqua cum quodam mihi res fuerit; magis autem ea de cauſa, ut Philochymice tuum de his liberius judicium audiam, tuumque erga me animum ſinceriorem experiar: demum accipies auidiſſime ſcriptum aliud & clavem, cum qua ſerrum complicatum chymiæ aperies, in quo tibi & nomen & perſonam patefaciam; dilectiſſime Philochymice, vale faveque tuo amico licet incognito, ne parcas errorem forte immiſſum quem vides, cordialiter verò caſtigare, eris mihi ex intimis, ſin autem more hodierno vi aliquid ex me extorquere deſideres, ſcito invanum te fatigabis, meque potius hæc penitus tacere, & ſic me excuſatum habeto, ſi per multos ſudores & labores nec minores ſumptus acquiſitam experientiam reticeam, boni conſule, mecumque ſimul age

 can-

Digitized by Google

candide, laborioſe & fideliter fit omnia ſecreta tandem ſtudio & labore noſtro conjuncto lucem videbunt, nam ad quid juuat, nobis ſolis viuere? & quid prodeſt ſcire noſtrum, niſi aliis viuamus & ſcientiæ noſtræ frugibus alii quoque fruantur? poſt mortem poſteri aut nos inuidioſos aut nullius ſcientiæ expertos dicent, aut propter merita noſtras laudes extollent: Sicuti enim pictor effigiem laſciuam pingens, & author facetiis impudicis libros refarciens, multos poſt mortem ſcandalizant, ſic ille qui quoddam bonum ſanxerit, de quo poſt fata ſua multorum milia uſum capiunt, in honore & laude apud poſteros illius erit memoria. Ita Poterius Author noſter per Secreta nobis communicata effecit, ſic & nos illum ſequamur, & pari modo faciamus. Hic vero libertatem ſumo, ut ſicuti Author de ſuis hinc indè mentionem fecerit, ſic nec ego ordinem ſeruare adſtringar, ſi tibi mentem Poterii & proceſſus integros propria Authoris litera monſtrare velim; conſiderabimus nunc.

# I. Specificum Antihecticum.

CUjus deſcriptionem his verbis annotat: Baſis eſt ſtella ſignata Regis 285., cui benigna Jouis præſentia adueniens, balneo maris medio pura & amica fit &c. Præparationem ſequentibus: Fit ex duabus partibus Jouis, & una parte reguli, hæc mixta ſimulter coquantur in ſicca hermaphroditica aqua &c. Stellam ſignatam ſeu regulum ſtellatum Poterius tibi pag. m. 438. accuratiſſime docet, hic aperi oculos & obſerua aliquid, quod nulla regulorum alia tibi dabit præparatio, vide imprægnationem paruam aſt cum alio conjuncto metallo ſat extenſibilem effectum, uti & tuo labori, tempori, ſanitati & ſumptibus aliis utiliorem. Inter varios quos proponit Poterius noſter labores, alterum & ſuum modum apponit, qui

Digitized by Google

qui fit cum ferro, eo ignito, & infuſum antimonium projecto. Funditur verò antimonium in amplo crucibulo ad libras ſex vel ſeptem, & candens ferrum (non chalybs) ad digiti majoris craſſitiem pendens, circiter ſemilibram, ei commiſcetur. Hic regulus altera fuſione dabit pulcherrimum ſtellæ ſignum, quandoque in prima fuſione fumo finito, ſi tantillum nitri puri & ſicci ſuper regulum inflammetur, ſignum aderit, æque ac in præparatione reguli cum æquali vel dupla portione chalybis ad pondus antimonii fieri ſolet.

Stanni purificatio nunc ſumme neceſſaria, benigna Jovis præſentia non aliis hæterogeniis fucata ſit, hæc ſat levis erit. Stannum ex Anglia in longis fiſſulis ad nos tranſmiſſum ulteriori purgatione non indiget: Stanni fuſorium verò additione plumbi ſemper ſuſpectum: Stannum in placentis non admodum purum & ſabulo intermixtum, ſequenti modo purga: ad quamlibet libram ſtanni recipe cantharidum drachmam unam, quos in fluxu immitte, agitaque fuſum metallum, ſic maximo ſtrepitu & rumore materiam peregrinam emittet, ac in ſcorias mutabit, has ſegrega, purum iterum fluat, deſuper portiunculam ceræ incende, & clareſcet, ſic ad uſum ſtannum erit purgatum & præparatum; nunc ſequitur.

Aqua Hermaphroditica ſicca, vel balneum maris, quæ nihil aliud ſunt, quam Nitrum Sale Armoniaco impregnatum, ubi autem nitrum hoc invenitur, audi verba Authoris cap. de Nitro pag. m.420. Quod ſponte è terra erumpit, atque citra artificis opem habetur, & de natura ſalis armoniaci participat, agri vero Bononienſes nitrum hoc ſpargentes in noſtris regionibus non ſunt, quid nunc faciendum, ut tale nitrum obtineamus. Quod ex muris vetuſtis natum colligitur, aut ex India ad nos portatur, cum priori unum idemque eſſe exiſtimo, deficiente hoc, arte ſequenti modo illud tibi procura: noſtrum recipe nitrum commune, ab omni ſorde diſſolvendo, filtrando & coagulando purifica, Salem armoniacum purgatum fige ſecundum noſtrum Authorem pag. m.423. cum æquali portione calcis vivæ, ter in crucibulo per fortiſſimum ignem calcinando, ſingulis vicibus eum diſſolvendo, filtrando,

&coa-

Digitized by Google

& coagulando, ad unamquamque calcinationem recentem calcem addere oportet, & hoc toties, quoad ſal armoniacum figatur. Peracto hoc recipe nitri tui purificati libras ſex, ſalis armoniaci fixi libram unam ſemis, diſſolvendo ambo conjunge, filtra, coagula & ſicca, ſic habebis aquam hermaphroditicam ſiccam æqualem Poterii: caveas autem ne ſal armoniacum nondum fixatum nitro addas, avolat enim, & regulum minus purum & fixatum relinquit; tribus his procuratis, ſequenti in componendo modo procede. 4. Recipe Jovis puri partes duas, igne cum reguli ſtellati parte una miſce, effuſum & frigefactum regulum Jovialem ſubtiliſſime pulveriſa, aqua pluviali ablue, ut ſordes habeant, & aqua clara ſuper materiam fluctuet, aqua effuſa, regulum ſiccatum cum tribus partibus nitri ſponte nati, vel ut ſupra docui, præparati, terendo quam optime miſce, materiam crucibulo purgato immitte, pone ad ignem apertum, carbonibus paulatim accenſis, ignem ſenſim augendo, ſic in fluxu materia inſtar aquæ ebulliet, per horam unam vel unam ſemis fluere vel coquere permitte, remove poſtmodum ignem ſenſim, ut crucibulum frigeſcat cum materia, hanc aquæ calidæ impone atque una vice ſaltem elue ſalſedinem, aquam per filtrum tranſcolando, materiam in filtro reſiduam albam leni calore ſicca, hanc iterum crucibulo puro immitte, & igne aperto, leniori tamen per horam ſaltem calcina, materiam frigefactam in porphyritide ſubtiliſſime terræ, & in vitro bene obturato ſerva. Aſt proſpice, ne in vicino unà ſtet vitrum mercurio ſublimato, vel alia re mercuriali non ſatis fixata plenum, ſtatim enim attrahet illius malignitatem, quod & facit aliud antimonium diaphoreticum ſine vel cum metallo mixtum, id quod expertus ſum in duabus patientibus, virgine una, altera muliere uno die, cum ſudorem prouocare vellem, ultra quindecim vices ſupra & infra ſumma cum vehementia purgaverunt, in emolumentum quidem ſanitatis cecidit, morbuſque ambas reliquit: prius neutiquam colligere potui, quà de cauſa hoc factum, medicamentum enim à præparatione vix per octo ſeptimanas in loco ſicco & vaſe optime clauſo ſtabat, aſt in ſcriniolo iſto ſimul po-

ſitum

Digitized by Google

No. I.




*A. Retorta terrea.*
*B. Roſtra. C. Recipientes aqua pleni.*
*D. Operculum orificio interiori adaptatum.*
*E. Orificium Operculo clauſum.*
*F. Patella minores non vitreata Antimonium captantes.*
*G. Serta ſtraminea fulcra recipientium.*

No. II.



*Circulatorium.*

Digitized by Google

ſitum erat vitrum mercurio ſublimato infarctum. Hinc inde operatio contraria! valida enim calcinata, acria imprimis ſibi cognata, libenter attrahunt. Hanc cautelam huc inſerere volui, (de hoc me alibi legiſſe non recordor,) ne alii idem quod mihi fortunà fortè ingratiori contingat, ſin autem eveniat, ut ſciat, quæ cauſa ſit contrarii effectus. Ulterius hic perge; aquam tranſcolatam adhuc anima Jovis & reguli plenam, pro magiſterio ſpecifici Antihectici obtinendo, ne præcipites per infuſionem aceti, ſed vitro latioris criſicii immitte, & in cinere igne leniori evaporare procura ad dimidium, ſic in fundo magiſterium reſidebit candidum, aquam tranſcola, pulverem exſiccà, & ſic procede uſque dùm ſal adhæreſcat lateribus vitri: qua ratione hoc Magiſterium iterum ad primum ſtatum reducatur, & ex illo tunc anima & quinta eſſentia ſtanni & antimonii beneficio ſpiritus vini provocetur, Deo volente in tractatulo de liquoribus Alchaheſtinis tibi aperiam; progrediamur nunc ad

# II. Specificum Stomachicum.

QUanta anxietate preſſa fuerunt præcordia curioſorum circa hoc ſpecificum, miror ſane. Aſt neutiquam Author noſter ſat ſincerus non veterum ſeveritatem, ſed mediam ſaltem arcana aperiendo viam quandam ſervans, in ſcriptis nobis ſuperſtitem deſcriptionem reliquit; lege mi Philochymice cap. de Antimonio pag. m.436. His ſi aurum accedat debito modo paratum, vera & perfecta antimonii præparatio habetur, hinc exurget exoptatiſſimus & laudatiſſimus morborum Alexicacus, medicamentum fere univerſale, adverſus ſingula quæque mala ab inordinato victus regimine profecta. Vide ſi, Authorem aliam pro captu tuo intelligere præparationem, licet regulis metallico antimoniacis per ſe, detonatione-

tioneque per nitrum factis, in morbis debellandis multum efficere valeamus. Sic regulo joviali, pulmonibus, lieni & matrici, Martiali, Jecori & hypochondriis: Lunari capiti, nervoſo generi & genitalibus; Solari cordi & orificio ſtomachi, ut & ſanguini ſuccurrimus, regulus ex venere & marte (vel ex venere martis) mixtus, hydropem varioſque internos tumores & icterum ſanat: attamen radiatione ſaltem, humiditate interna ſeroſa interveniente, ac nitrum regulo adhærens (quod ab illo vi ſua diſſolubili aliqualem virtutem adſumpſerit) diſſolvente ſeque humoribus aliis immiſcente, effectus enarrati proveniunt, obſervabis enim regulum, quo cum metallo ſit intermixtum, nitroque ad viginti etiam vices præparatum, fixatumque, ſi iterum poſt lavationem ac exſiccationem & violenti igne calcinationem crucibulo immiſeris, adhibito igne fuſorio, folle adjuvante, regulum ut antea in priori immixtione, puriorem tamen & nitidiorem, & quoad metalli fixationem meliorem effuſis liquefactis in fundo infundibuli, nitrum deſuper ſatis ſuper que colore metalli imbutum, invenies, quem colorem ſi menſtruo debito extrahere noris, de quo Deo jubente plura, medicamentum priori compoſitione corporea reperies efficacius, minorique cum faſtidio ab ægrotis aſſumitur. Quam præparationem Author nunc intelligit? non ex Marte & Venere, tanquam ſole immaturo, vinculis ſat durioribus adhuc ligato, neque ex minera ſolis, licet ex hac menſtruum pro diſſolutione ſolis & proprii corporis præparari poſſit, ſed illam aquam variis modis tibi monſtrat dilucidiſſimam præparationem, utut aliquo modo laborioſam. In capite de Antimonio lege, poſtquam præparationes aliquas tincturarum antimonii docuit p. m. 435. Omnium, inquit, nobiliſſima & præſtantiſſima ea eſt Tinctura, quæ fit citra omnem calcinationem, cum proprio diſſolvente, quod quidem non aliunde, quam ab eodem Antimonio educitur. Ejuſmodi diſſolvens ab antimonio duplici modo fit, primo ex puro & crudo ſtibio (minera antimonii,) ſecundo ex regulo, cum adjectione ea cum regulo remanente, vel ab eodem poſt ſolutionem recedente &c. His, (ut verba iterum repetam) ſi Aurum accedat

debi-

debito modo paratum, vera & perfecta antimonii præparatio habetur, ex qua exurget &c. Hic Poterius aſſerit ſpecificum ſtomachicum imprimis conſiſtere ex Antimonio & ſole ſeu Auro; adjunctum autem notat his literis: His ſi aurum &c. vides ergo, Authorem noſtrum pro ſuo intento velle compoſitionem eſſentiarum antimonii, & ſolis ſiccarum, adjuncto ſale quodam homogeneo, quod ubique omnibus in locis aſſerente ipſo Authore in deſcriptione ſpecifici hujus p. m. 602. in uno tamen plus quam in alio, reperitur. Hoc ſpecificum tam in forma liquida propinari poteſt, ſi Eſſentiæ prius cum proprio ſoluente extractæ, modo conuenienti exſiccentur, ſpirituque vini circulato extrahantur, ut feces, quarum paucæ adhuc reſtant, ſegregentur & circulatione per menſem philoſophicum facta, ad volatilitatem ut alembicum pertranſeant, perducantur; demum lentiſſimo balnei calore ſpiritus Vini ad conſiſtentiam mellaginei liquoris auocetur, & ſic vitro bene obdurato ad uſum ſerventur; quam in forma ſicca, ſi peracto proceſſu præſcripto, Spiritus vini ad ſiccitatem uſque lentiſſimo calore euocetur, & remaneant (eſſentiæ) in colore & ſubſtantia ſubtiliſſimi purpureique pulveris. Quomodo nunc aurum cum antimonio jungi debeat, Author noſter candidè docet, non ſecundum opinionem variorum per fuſionem antimonii, ſeu illius reguli cum Auro, ut nouus inde exurgat regulus ſolaris, cujus encomium paucis ſupra prædicaui, ſed ut p. m. 436. Aurum ut oleo antimonii ſolvatur, eaque diſſolutione fermentata, per coctionem in vitrum, (vide ergo nullam nouam eſſe inuentionem vitra rubicunda ex auro, (licet ex marte, aut croco illius præmiſſa digeſtione, in eodem colore ſaturato rubro, æque ac ex auro ipſo fieri poſſunt) & colorum variorum, ex aliis metallis & mineralibus præparare) vertatur ſplendidiſſimum: Requiſita ad hæc accuratius ante pertractabimus, quam tibi ſenſum meum de Authoris noſtri via & ſat leuiori ſequentibus aperiam.



Digitized by Google

# Oleum Antimonii.

QUo modo præparari debeat, variis modis à Baſilio Valentino in Curru triumphali Antimonii & illius Illuſtratore Excell. Dom. Kerkeringio traditur, ex quibus eligam ſelectiſſimum præparandi modum. Audiamus autem qui Authori noſtro placeat, dum de oleo interno ſeu primo & de Aceto Antimonii loquitur, pag. m.439. Oleum hoc ſeu liquorem oleaginoſum, diſſoluens egregium ac nobiliſſimum, poſt reiteratas putrefactiones & reaffuſiones aquæ prius electæ; pluries repetitis operationibus exurgere innuit. Haut neceſſum eſſe, exiſtimo, hic aceti Antimonii inſerere elaborationem, cùm multæ ſatis ubique extent præparationes, niſi ipſe, ſummo meo damno expertus eſſem, verba factis non ſemper reſpondere. Si ex minera Antimonii cum aqua pluuiali deſtillata acetum elicere velis, modum obſerua, quem tibi in commentario ſuo ſuper currum triumphalem Antimonii Baſilii Valentini, Doctiſſimus & fideliſſimus Kerckeringius docet, cujus proceſſum, quia libellus iſte (licet ſumme neceſſarius, quem tibi ſpecialiter commendo) non omnibus manibus ineſt, pace ejuſmodi Viri, ut Authoris theſin cum ſcholiis Commentatoris immiſceam, ſequentibus adpono. Minera, unde Antimonium funditur & purificatur, teratur ſubtiliſſime, hanc materiam impone vitro rotundo, (cujus fundus planus ſit, quo minera in una craſſitie jaceat,) affundatur aqua pluuia deſtillata, (quæ aqua non igne deſtillatur, ſed per ſubſidentiam fecum, & repetita transcolatione clara & perlucida, inſtar cryſtalli ſole deſtillata fuit,) ut cucurbita ad dimidiam partem ſit plena, (pro ſex libris Antimonii requiruntur quatuordecim libræ aquæ deſtillatæ pluuialis) bene clauſa, (operculo cæreo, quod optimè claudat orificium cucurbitæ, & in ſequenti opere & amoueri & iterum apponi poſſit) ſeponatur in fimo equino, (qui tertia vel quarta die renouari debet, ut calor ſeruetur, quod fieri poteſt;

ſi par-

Digitized by Google

ſi partem dimidiam dolii diſſecti repleas fimo equino, in cujus medio cucurbitam ad collum uſque ſepelias, aliud dimidium dolii quoque fimo imple, poſt tres vel quatuor dies remoue fimum à cucurbita ad ſpatium palmæ tranſverſæ, infra in altitudinem palmæ calentem fimum impone, ſupra hunc colloca vitrum, & circum circa quoque ad ſpatium palmæ fimum recentem imprime, & ſic hinc inde continua, movendo vitrum, & fimum tertia vel quarta die renovando) ut putrefiat, (moveatur autem materia in vitro ſpatula lignea oblonga, in extremo lata & rotunda, omni fere hora, alias adhæreſcit materia fundo, & inſtar lapidis coagulatur, ut vi nulla avelli poſſit, diebus vero ſequentibus ejuſmodi motio non tam ſæpe ac prius repetenda, (timore accretionis) melius tamen ſi fiat; enchiriſis vero adhuc reſtat, quæ non niſi adſpectu & ore informatoris monſtrari poteſt, ſin autem evenerit, ut ex neglectu materia tam fortiter adhæreat, ut nullatenus moveri poſſit, neceſſe erit, ut aquam affundas, & materia lento igne ſiccata frangatur, & ſic citra rupturam cucurbitæ iterum illam eximas, cave vero ne aliquoties impingas, (alias labor tuus inanis erit) donec minera efferveſcere & ſpumam (puſtulas) in ſuperficie accipere incipiat, (id quod nono vel decimoquarto die contingere ſolet, ubi naribus admotis ſenties odorem ſylveſtrem (tunc tempus eſt eximendi, ſignum enim eſt corpus ſe aperuiſſe; hanc materiam digeſtam impone cucurbitæ (vel ipſam cucurbitam materia digeſta jam plenam, à fimo purgatam, in arenam immitte) bene claude (alembico) & aquam extrahe, (caveat vero ne roſtrum alembici aqua tegatur, uti monſtrat Excell. Kerkeringius, meo periculo cautus, attrahit roſtrum alembici aquam in recipiente hærentem, & aſcendenti vapori acetoſo liberum impedit exitum, & cucurbitam diſſilire facit, ultra ſex vaſa mihi perierunt, antequam quæ culpa animadvertiſſem, in hoc meo damno aliquod tamen rarum vidi contingens; Exſurgebat in cavo cucurbitæ ad alembicum nubecula ſubfuſca, per roſtrum verò in alembicum ex aqua recipientis in contrarium attrahebatur alia alba, hæ in vicem conjunctæ, fragorem impetumque magnum cauſabant, qui etiam detrimenti fuit cau-

ſa;

Digitized by Google

ſa; quam primum autem recipientem à roſtro retraxiſſem, cum ſibilo aer acidus nares ferens exibat. Sic ergo colloca roſtrum alembici, vt finis illus ad minimum craſſitie digiti ab aqua in recipiente ſit remota,) habebit ea ſaporem vtcunque acidum; vbi aqua omnis ablata eſt, intende ignem, (qui ignis tribus noctibus totidemque diebus ſine intermiſſione continuandus, tum refrigeſcat) & tranſibit ſublimatum. Hoc iterum tere cum fecibus, (ſi fieri poteſt in mortario vitreo, cum piſtillo vitreo, in quo non tam multum diſpergitur, quam in prophyritide vel Lapideo mortario,) & affunde iterum eandem aquam (prolectam) & iterum abſtrahe, (cum per ſex die in fimo equino de nouo ſteterit, reſumatur labor ad tres dies & noctes,) tunc erit acrior. Hæc operatio repetenda eſt, donec aqua fiat tam acida, quam aliud Acetum Vini deſtillatum, (hoc tertia procedit repetitione, tunc aqua tua acida erit vti acetum vulgare) (tuum ſimul adde, ſat enim, & ad nauſeam vſque jam tibi monſtratum eſt,) ſublimatum autem quo ſæpius operatio repetitur, eo magis minuitur, & acetum acrius euadit; hoc ſi vis acue Sale ſuo & habebis acetum philoſophorum acuatum. Hucuſque Baſilius vna cum Excellent. Kerkeringij commentis, meiſque rudibus annotatis: Nunc tibi, Philochymice, faciliorem aceti antimonij præparationem communicabo, vbi pro meliori intelligentia figuram vaſis ad hoc neceſſarij ære inſcindere curaui, arrige aures, vide ſis, vt tibi procures retortam ex optima materia figulina paratam fundo lato & plano cum duobus roſtris, ex vtraque parte vno, in medio partis ſuperioris concauę ſit tubulus tantæ capacitatis, vt manus immitti poſſit, tubulo huic adaptatum ſit operculum, vt orificium illius exacte claudat; ex eadem materia ſingulina fiant patellæ minores, tantæ ſaltem capacitatis, vt ad vnciam vnam, vel ad ſummum vnciam vnam ſemis materiæ capiant, hæ patellæ minera antimonij groſſo modo contuſa impleantur, ne autem plus vni vltra vnciam vnam vel vnam ſemis imponas, his patellis materia refertis, repleatur retorta, vnam ſupra alteram ponendo, vti pictura monſtrat, vſque ad ſpatium duorum digitorum tranſuerſorum à roſtris, tubulus, per quem immiſiſti patellas,

 ò per-

operculo claudatur, & cavum reſiduum luto impleatur: hanc retortam pone in reverberatorium clauſum, & ambobus roſtris apta recipientes, ad dimidiam aqua plenos & roſtra ultra craſſitiem duorum digitorum, ne ſint ab aqua remota, ſenſim ſenſimque auge ignem uſque dum candeſcat, & ſic per viginti quatuor horas continua, tunc ignem remitte ad infrigidationem vaſis, amove recipientes, patellas exime & ex illis materiam, (quam ſi in loco aperto, ſecuro tamen à pluvia & ſole (melius tempore ſereno in umbra ſubdie) reponas, intra ſex vel ad ſummum octo ſeptimanas ex aere materia tua attrahet novum acetum, quod repetita deſtillatione iterum elicere potes, & ſic continuando, exponendo aeri & iterum deſtillando ſemper novum accipies incrementum aceti) novam imponendo mineram, patellas materiæ infarctas retortæ iterum impone, & ſpiritum acidum ſeu acetum elice, ſic repetitis vicibus eodem & faciliori modo priori edocto, æque forte acetum habebis, quod lentiſſimo igne more vulgari à nimia aquoſitate libera. Nunc aceto præparato, procedamus ad ulteriorem Olei veri antimonii per proprium acetum extractionem, quæ fit, ſi mineram capias recentem, ut ante (optimam & friabilem, tere ita ſubtiliter, ut per byſſinum tranſeat cribrum) & affunde hujus acetum, ut tribus digitis emineat, impone pelicano & digeratur in calore duodecim diebus (melius Dn. Kerkeringius: Impone cucurbitæ (latioris & plani fundi) affundendo acetum ex propria minera deſtillatum, pone in digeſtione (fimi equini, ut ſupra monui, materiam ſæpius ſpatula lignea movendo, ne adhæreſcat) 40. diebus, & ſi omnia, quæ huc requiruntur (& jam dixi) accurate ſervaveris, tingetur acetum tuum colore inſtar ſanguinis rubro) in colore acetum fit rubrum & multo acidius quam ante, (hanc tincturam rubram per inclinationem effuſam repone, & novum ſupra materiam reſtantem funde, colorem extrahe & priori affunde) ſi multum tincturæ habeas, magna ſic cucurbita, ſi parum parva, etenim ſi majorem quam tinctura requirit ſumpſeris, nimis magnam vim ignis requiret acetum, (melius ex retorta, uti alibi vult, in quibus eligendis idem

mo-

Digitized by Google

modus obſervandus) ut per alembicum aſcendat, propter ſpatii, per quod adſcendendum eſt, nimium intervallum, atqui tanto igni ferendo quin corrumpatur non eſt Tinctura, quod ipſum aliam præterea requirit cautelam, ut nimirum, poſtquam duæ tertiæ deſtillatæ ſunt, mutes vas tuum, minorique cucurbitæ imponas reſiduam materiam, (id quod melius fieri nequit, quam ut duas parare facias capellas æneas, quam unam poſt alteram in aliam capellam terream in furno firmam arenaque plenam immittas, ſic vitra tua abſque periculo mutare, & in iſtis capellis æneis vel aqua vel cineribus vel arena operationem tuam pro lubitu efficere poteris) eamque deſtilles ad conſiſtentiam olei. Oleo huic immiſce aurum ſubtiliſſime limatum, (prius vero ab aliis metallis ter per Antimonium purgatum) mitte in Phiolam longam capacem, ita, ut materia octavam partem cavitatis ſaltem impleat, pone ad digerendum, ut aurum penitus ab oleo devoretur; hoc ſi factum vides, materiam hanc unitam in cucurbitam parvam immitte, adhærentem lateribus materiam aceto elue & in balneo vel cineribus ulteriorem humiditatem expelle, donec reſtet juſtæ ſpiſſitudinis pulticula, hanc pulticulam aquà pluviali deſtillata edulcora, quam pulti iſti affunde, eamque per Balneum leniter abſtrahe, ubi hoc tertium repetes, percipies tandem aquam dulcem prodire, quod tempus ſumma diligentia obſervandum eſt, ſi enim te fallat, acta res erit, (nam ſimul atque guttæ viginti aut ad ſummum triginta) vide quam accuratum hæc operatio requirat inſpectorem) aquæ dulcis prodierunt, iterum prodit aciditas, quam vel imperiti hujus rei vel incauti exiſtimant eſſe aciditatem aceti, ſed cum hæc ſit aciditas antimonii, quæ dulcem aquam extracto aceto ſtatim ſequitur, fit ut hac perſeveratione in deſtillando pereat omnis virtus antimonii: ubi dulcis nunc aqua hac procedit, exime pultem quæ in fundo eſt, eamque alteri vitro (plano inſtar patinæ) impone & ad calorem ſolis temperatum vel alium moderatiſſimum evaporare permitte, ut pulvis ſiccus remaneat. Hunc pulverem in Phiola infra luto loricata parum, & Sigillo Salomonis munita, repoſitum, in arenam colloca, auge ignem ſecun-



Digitized by Google

dum gradus vſque ad ignitionem & vitrificationem, ſic præpara vitrum ſplendidiſſimum. Hoc vitrum Antimoniale aureum recipe, jam ſubtiliſſime terræ cucurbitæ impone, affunde acetum radicatum antimonij, & per digeſtionem (obſeruando monita priora) prius extrahe rubedinem, & hoc totieſque vſque dum acetum non amplius tingatur; coloratas tincturas ſimul in cucurbitam immitte, (in omnibus proceſſum priorem cum oleo antimonij à principio ad finem vſque repetendo) euoca acetum vſque ad ſiccitatem & conſiſtentiam pulueris ſicci, ex facibus minimi momenti poſt extractionem remanentibus aliud quid præparari poteſt, quia vero huius loci non eſt, progredior ad noſtra. Puluerem ergo hunc extrahe ſpiritu Vini, (rite præparato & ſuper ſal vitis rectificato) vt contrahat colorem ſanguine opurpureum, eam extractionem impone (vel pelicano) vel circulatio (ex duabus cucurbitis, quarum alembicorum roſtra in cauitatem alter vterius adaptantur (vti figura depicta docet) omnibus alijs aptius, ut ſpiritus reddantur volatiles, tum impone balneo mariæ, eam tam diu digerendo, donec videas tincturam ſe ſurſum attollere, & volatilem per alembicum tranſire, refrigeſcat tum, & impone omnem materiam cucurbitæ vitreæ, & deſtilla ſpiritum ſecundum artem, & tranſibit rubicundiſſimus per alembicum vt ſanguis: deinde abſtrahe iterum ſpiritum vini, & habebis craſſum & ponderoſum oleum, (huc uſque mutua ex Baſilio Valentino ejuſque Commentatore Excell. Dn. Keketingio, cum hac in re illis fideliores nullos vidi, ſumpſi præcedentia de aceti oleique Antimonii præparatione) quod in forma liquida ſi lubet ad vſum in medicina aſſervari poterit, ſin minus & in forma pulueris ſi deſideres, vel per ſellentiſſimo igne exſicca, vel recipe puluerem corallorum ſubtiliſſimum, optime ab ære in contuſione adjuncto purgatum, vel oculorum cancrorum ſubtiliſſime pulueriſatorum, imbibe illum hoc oleo, & tandem in vitro longioris colli lentiſſimo calore exſicca, & pro uſu in loco ſicco & vitro Puro clauſo repone ſpecificum hoc ſtomachicum. Videtur autem Autorem Poterium aliquid plus his duobus indigitare vocabulo HIS. His enim, inquit, ſi aurum accedat &c. ergo

ali-

Digitized by Google

aliquid adhuc reſtat auro & antimonio adjungere. Profecto labor prius præſcriptus ſumptus, tempus in elaboratione longhiſſimum, multis talem eſſentiam ſeu pulueremconficere prohibent, & patientes tempore hodierno ingratiſſimi medicamentum earum remunerari abhorrent. Exhorreſco jam medicamentum hoc excellens tenuiorisque pretii & laboris patefacere, non ut medicis a Deo ordinatis & Philochymicis, qui pro arte expiſcanda multa paſſi ſunt, reticere vellem, ſed agyrtis & nebulonibus mulieribusque extra ordinem medicinam ad quoslibet facientibus, (quibus etiam Proceres regiminis, inuidia forte in alios medicos ordinarios commoti, adhuc fauent, vt Priuilegia a ſumma Maieſtate ad exercendas illorum nefarias mixtiones apud ægrotos (cum tamen ſciant ſe de omnibus ab illis interfectis tandem in extremo iudicii extremi examine rationem daturos) ipſis procurent, tale medicamentum reuelare. Concluſi quidem velamine proceſſum obuoluere, ſed quia commodum proximi inter hæc verſatur, accipe: attamen aliquid adhuc erit, quod incognitum ſat ſufficienter, ne ad ex optatam metam pertingat retrahet. Primo præpara regulum, vt ſupra monſtraui ex Autore, huic iunge auri per Antimonium ter purgati pro duabus partibus reguli partem vnam in nouum regulum in tigillo ad ignem fluat. Hunc regulum ſolarem, (qui & fieri poteſt ex duobus metallis imperfecte mixtis, idem regulus ad hoc opus vtilis) minutiſſime ad impalpabilitatem vſque puluerisatum, miſce cum æquali vel duabus partibus ſalis armoniaci puriſſimi, adde ſalis pellentis quantum ſufficit, ſublima igne conuenienti, ſic adſurgent flores inſtar iridis tincti, magis tamen rubri. Hi flores per ſe ter ſublimentur & a ſale liberentur, in quibus floribus accipies quintam eſſentiam antimonii & ſolis ſiccam; hunc puluerem igne purificatum miſce cum ſale iſto, de quo Poterius p. m. 602. quod vbique reperiatur in vno plus quam in alio, cuius medio fœcundantur agri, vegetant plantæ, adoleſcunt & fructificant arbores, ſine ipſo nulla fit concoctio, terra eius præſentia orbata ſterileſcit. Tria tibi, Philochymice, ad eligendum propono ſalia. Primum e terra, alterum e cineribus, & tertium è petra. Philoſophum per

ignem conſule, ſcis jam quid volo, elige verum, ſed ſcito ut optimè ſit purgatum. Nunc de ſale hoc electo, (cujus natale & præparationem aut apud Authorem, aut hic, aut alibi invenies) accipe partem unam, conjunge floribus tuis, in retortam tubulatam immitte, tubulum optimè claude, & lento calcinationis igne materiam tuam coaduna, frigefactam iterum cum parte ſalis miſce ut prius, ſi hic rectè procedere ſcias, & jam in tigillo aperto igne proceſſus hic elaborari poteſt, & quoties ſal materiæ tuæ immiſcueris, una cum illa in pulverem mutatur, nullatenus amplius inflammabilem, totamque ſuam naturam vertit in naturam principalis ſui, (florum) antimonii & ſolis ſulphuris odor ſal hoc penetrat, & ſecum figit. Et ſic præparationem veram ſpecifici ſtomachici Authoris noſtri deſideratiſſimam tibi dilucidiſſime ob oculos poſui. Apprehendas jam primum vel ultimum proceſſum, intentum tuum obtinebis; ne autem ſperes ſublimiora hoc cum tentare, nil enim aliud niſi jacturam ſumptum & temporis accipies. Nunc ad

# III. Antipyreton ſeu ſpecificum Antifebrile.

HElmontius lib. de febribus pag. m. 99. §. 6. cap. 12. Is, inquit, Medici nomine fit indignus, qui febrientem non reſtituit ante quatriduum, notum habeo medicamentum, quod tertium paroxyſmum minimè admittit, ſed de hoc alibi, non minoris dignitatis & efficaciæ eſſe dico Authoris noſtri Antipyreton, quod ſæpe intra horam aut duas ardores extinguit febriles, & omnio ſymptomata ſedat: deſcriptionem pag. m. 717. habes ſequentem Recipe Minervæ ſeu marcaſitæ ſaturni philoſo-

Digitized by Google

loſophici (eſt regulus ſtellatus ſuperius demonſtratus) partem unam. Salis Balſamici ritè præparati (de quo ſtatim hoc finito) partes quatuor, terantur fortiter invicem (regulo prius minutiſſimè pulveriſato) & retortæ vitreæ luto probemunitæ indantur. Per furnum venti (ne autem feſtines, & prius infra retortam inter duos baculos ferreos ſuppone operculum) germeine. . . . . (inverſum arena impletum, ne flamma ſtatim fundum retorta feriat, ſed ſenſim procede ignem augendo, ac ſi ſpiritum Vitrioli elicere velis) ſpiritus elice in recipientem amplum & capacem, materiam è retorta eductam in aceto acerrimo (ex minera antimonii ſupra edocto) ſolve, & tincturam extrahe, aceto fecibus pluries reaffuſo: (hic neceſſe erit monita ſuperiora repetere, quæ diximus de Oleo Antimonii, faſtidioſum enim eſt crambem bis coctam multoties recoquere) tincturam ab aceto ſegrega, cum ſpiritu Vini hanc pluries colora in fimo equino, & vaſe ad id opportuno, NB. niſi omnia in ſuperioribus notata hic æque ac ibi accuratiſſime obſervaveris, incaſſum laborabis, diverſa quidem materia hæc ab illa, aſt elaboratio una eademque) ſpiritus Vini in extractione ſemper feces relinquit, ſuper quibus toties reaffunde novum ſpiritum, uſque dum nullus amplius tingatur, (hæ feces nullius ſunt momenti & reiiciendæ) tunc coloratum ſpiritum ſimul circulatorio impone, & ad volatilitatem tincturam perduc, poſt lenem abſtractionem ſpiritus Pulvis antipyretos in fundo remanebit. Reſiccatæ Tincturæ dantur à gri. V. VI. ad X. in quovis liquore ante Paroxyſmum & quovis tempore. Nunc pergamus ad hoc neceſſarium.

# IV. Sal Balſamicum.

AUtor Salia Balſamica ex Sale communi & Sale Nitri, ut & è terris præparare docet, quæ virtutes ſuas in affectibus morboſis ſufficienter exerunt, ſed præeminentiam præ aliis ſequens habet deſcriptio Salis



Digitized by Google

Balſamici Poterij p. m. 474. Capitè de Stanno, hocque præ cæteris deſiderare his notat verbis: Ex eo componimus medicamentum egregium; quod nulli alteri ſatis æquiparare poſſumus, fit vero eiuſmodi medicamentum ex tribus: Venere, Ioue & Saturnò philoſophico. Hæc tria ex arte calcinamus, Venerem bis cum duplo ſulphuris (Venus hæc ſubtiliſſime limetur (aut prius cum ſulphure in crocum redigatur) tunc exacte cum ſulphure terendo commiſce, ollæ crudæ impone illam ſuper carbonibus, ad latus verge ollam & rudicula ænea exagita (amor figulorum, in præparatione plumbi & ſtanni, pro vaſis vitrificandis & pingendis,) ne ſulphur inflammetur, ſed paulatim euaporet, tunc auge ignem, ut olla candeſcat & materiam agitando per duas horas calcina; frigefactam iterum cum duplo ſulphuris miſce, & ut antea procede: ſummam hic proceſſus requirit tolerantiam, propter deflagrationem ſulphuris, dum ſtatim maxime in tali copia inflammetur, verum cautela hæret in carbonibus ſupponendis, & vaſis ſeu ollæ ab illis remotione. (Iouem cum duplo ſalis hermaphroditici (limaturam jouis optime miſce cum duplo ſalis hermaphroditici pondere,) cuius proceſſum & modum præparandi quære ſupra, (& tigillo impone ſenſim carbones accendendo, aut illo cum procede uti prius cum Venere in olla non vitreata ad latus ſuper carbonibus poſita, rudicula ex venere mouendo calcina jouem per tres horas.) Saturnum Philoſophorum (pro quo accipe marcaſitam ſaturninam) cum eodem ſale (hermaphroditico) ad quadruplum, (recipe regulum Authoris noſtri ſtellatum optime pulverizatum, hunc in porphyritide exacte miſce cum quadruplo ſalis prædicti ſicci, (ſemper ſal ſiccum ſit & purum, alias multum in præparatione impedit) tandem in crucibulo vel in olla modo priori regulum tuum per tres hora calcina, hæc tria probe calcinata ad æqualem portionem commiſcemus, mixturam denuo cum duplo ſalis excoquimus, (mixtura prius intime cum ſale miſceatur & tandem in crucibulo vel olla non vitreata, vt ſupra, mouendo per quatuor horas calcinetur.) Sale aqua communi (pluuiali calida) pluries reaffuſa remoto, & puluere reſic-

cato

Digitized by Google

emove, ne impurum puro immiſceatur, & evaporando te rum coagula Vitriolum, denuo poſt fornacem pone, & ſicuti prius operatus es, ſic tam diu ſolvendo, coagulando & feces removendo continua, uſque dum animadvertas ſolutionem vitrioli claram & ſine fecibus poſt requiem ſuam manere, & ad dulcorem properare, auſteritatemque amiſiſſe, tunc in colore viridi cœleſtino omnes ejuſmodi ſpeciei coloribus præcellenti vitriolum tuum adſpicies. In vaſe vitreo bene obſerrato, ne hæterogeneum incidat, in loco ſicco ſerva, ſic calore hoc ſuavi retinuiſti ſulphur verum Vitrioli. Parato huic Vitriolo ſuperfunde aquam cœleſtem, (eſt aqua vitæ Autoris noſtri) iterum ſolve in loco calido, ſolutionem in cucurbita bene obdurata ad octo dies infimum equinum pone, tunc vide an iterum feces reſederint, ſi hoc animadverteris, clarum effunde, & iterum fimo impone, ſi ſolutio clara manſerit, in circulatorium per menſem loca, ſic oleum videbis aquæ ſupernatare; vis autem ulterius procedere, & ſpiritu Vini philoſophico oleum ſeu eſſentiam extrahere, tunc neceſſe erit, ut ſolutio clara lentiſſimo igne ante circulationem ab aqua vitæ liberetur, & vitriolum tuum benedictum placidiſſimo calore exſiccatum, ne flatus vitrum rumpant, accipies, immitte in phiolam lati fundi ſigillo Hermetis munitam, hanc pone in furnum digeſtionis, rege ignem omnibus decem diebus per gradus, ſic Vitriolum tuum accipiet colorem flavum, quod ſucceſſive rubrum aſſumet, uſque dum tota ſubſtantia vitrioli ſummam rubedinem induat; ſi nunc in ſummo colore rubineo illud videbis, refrigeſcat vitrum, ſpiritum vini Philoſophicum ſuperfunde, ſtet per quatuor dies in digeſtione, & ſic per inclinationem ſpiritum coloratum paulatim effunde, ne feces ſimul prodeant, ſpiritum tuum repone & recentem materiæ reſiduæ ſpiritum affunde, & poſt digeſtionem quatuor dierum iterum effunde, hoc toties reitera, uſque dum ſpiritus non amplius coloretur, & terra remaneat diſcolorata, (quam ad alium uſum ſerva) hos ſpiritus coloratos circulatorio impone, & procede ut ſupra in præparatione olei Antimonii, uſque dum color elevetur, tunc in novam cucurbitam immitte liquorem

cir-

Digitized by Google

circulatum, & colorem una cum ſpiritu per alembicum pelle; ſic videbis inſtar pinguedinis oleum ſpiritu ſupernatare, hoc per philtrum more conſueto ſegrega, & balneo ſpiritum ad conſiſtentiam olei lentiſſimo igne evoca, hoc oleum erit ponderoſum, ſplendidiſſimum ad inſtar rubini, odorem ſuavem ſpirans, ſummum in medica arte medicamentum. Quomodo ulterius laborandum pro aſſequendo altiora, hic mei propoſiti non eſt, quum ſufficiat Authoris ſenſum tibi propoſuiſſe & explicaſſe. Dum jam circa vitriolum verſamur & hujus terram Author maximè laudat, tibi ſulphuris analogon flavam terram præparare docebo, quæ in maniam à drachma dimidia ad unam drachma præmiſſo vomitorio præſentaneum eſt remedium. Hoc ſulphur vel terra flava ſeu ochra ſic præparatur: Recipe vitrioli optimi libram unam vel quantum vis, ſolve in aqua pluviali, ſalis Tartari partem æqualem hoc quoque in aqua pluviali ſolve, ambæ per philtrum clarificentur, in ſolutionem Vitrioli ſenſim & ſenſim inſtilla ſolutionem tartari, hàc infuſa, multum aquæ ſuperadde, ſic ſulphur ad fundum cadet, aquam per inclinationem effunde, & reſiduum turbidum per chartam filtra, ubi ſulphur in philtro relictum, ad calorem ſolis vel fornacis exſicca, & pro uſu ſerva, ſolutione relicta evaporata, ſuperaddendo adhuc unam partem ſalis tartari liquefacti, Tartarum Vitriolatum tonſoribus notum acquires. Jam ſequitur.

# VII. Balſamus Mumiæ mineralis.

IDem eſt Oleum præcedens Vitrioli dulce, ordo nunc tangit.

VIII. Acc-

# VIII. Acetum Eſurinum.

AUtoris deſcriptionem ſi accuratè perlegas, & priora memorata obſerves, nil tibi deerit, quo minus laudabilem habebis ſucceſſum; attamen Authoris ut videas in omnibus ſinceritatem, neceſſaria cum enchiriſi quædam huc ingeram. Accipimus, inquit Author, colchotaris ut ſupra præparati libras tres, (hoc colchotar pagina præcedenti m.428. innuit eſſe ipſum Vitriolum ad rubedinem calcinatum, non verò hic intelligit caput mortuum poſt deſtillationem ſpiritus & olei relictum, ſed quam primum poſt exhalationem aquæ & ſpiritus rubedo provenit, relicto oleo & parte ſpiritus pro colchotare hoc habendum; Nota priora de oleo Vitrioli dulci dicta, ſic una fidelia duos dealbabis parietes,) ferri cum ſulphure calcinati libram unam, (cujus præparationem p.469. his annotat verbis: Ad calcinationem duplicem portionem ſulphuris accipe, & unam ferri limati, dato igne (rotæ, ut vas, in quo cum ſulphure & ferro limato ſecundum artem ſtratum ſuper ſtratum feciſti, in medio collocetur, & carbones circumcirca vallentur, priùs remotis alluminentur & ſenſim ſenſimque vaſi admoveantur, quo materiæ invicem quaſi coquantur, demum flagrante ſulphure auge ignem, & ſic refrigeſcere permitte) flagrat ſulphur totum, & in vaſe terreo remaneat calcinatum ferrum, quod ſecunda vice iterum calcinatur eadem portione ſulphuris ſervata, baculo ferreo ſub fine move (ſecunda vice calcinati ferri accipe libram unam & ſulphuris unciam unam ſemis, optimè terendo miſce in olla terrea ad latus ſuper carbonibus poſita, rudicula ferrea exagita, donec ſulphure accenſo limatum ferrum candeſcat, & ſulphur penitus avolet) ne quicquam de ſulphure remaneat) pulveri ſatis & ſimul (in porphyritide) mixtis, vaſique vitreo ampli orificii inditis, tantum aquæ vitæ (Authoris) ſuper-

Digitized by Google

ſuperfunditur, ut quatuor digitos ſupereminent: vas in fimo equino ad octo dies reponitur, tunc tincta aqua ſenſim in aliud vas effunditur per inclinationem, novaque aqua fecibus iterum reaffunditur, atque extrahitur: toties ejuſmodi operatio reiteratur, quoad omnis color & ſapor educatur, (neceſſe hic erit, ut omnia ſuperius in præparatione Olei Antimonii dicta, niſi incaſſum laborare velis, accuratè obſerves) omnes ejuſmodi aquæ tinctæ lento igne per alembicum vel retortam amplam (quæ melior) cum recipiente ſuo exſtillantur, igne ſenſim aucto & omni aqua vitæ prolecta, acidulus ille liquor eſurinus in mutato recipiente pellitur, fitque præſtantiſſimum medicamentum adverſus plures morbos tartareos &c. guttulæ 2. 3. & 4. pro doſi exhibentur cum juſculo carnis, vino vel alio liquore. His jam fata me acquieſcere jubent. Tu interim, Philochymice, vale & experto animo tuo ſinceropoſt pauca à me plura ex Poterio expecta. Hic inſuper annuente Authore à me tibi proponitur.



EPIS-

# EPISTOLA, D. JO: CHRISTOPHORI ETNERI, S. Reg. Majeſtatis Polon. Conſil. & Archiatri,

## DE ESSENTIA SALIS ARMONIACI MARTIALIS.

*Ad Nobiliſs. Excellentiſs. Experientiſs. ac Doctiſſimum*

## D. GODOFREDUM THILESIUM, Phil. & Med. D. Protophyſicum Uratislav. Practicum emeritum, ſcripta.

### I. I.

*Nobiliſs. & Excellentiſs. D.D. Fautor Honoratiſs.*

QUanta opera, plures dies ac noctes curis plenas Medicus ſincerus in perquirendis medicamentis certioribus impendat; quoties ſanitatem aſſiduis laboribus chymicis maximo periculo exponat, quæ mutationes à principio ad finem operationis uſque concurrant, E. T. tanquam Medicum curioſum minus latet. Si nunc Medicus divina adſpirante gratia medicamentum quoddam ſalutare invenerit, æquum juſtumque erit, ut minimum in Republica Medica inventionis gloriam reportet: Verum enim vero, quam multoties evenit, ut quandoque ex peculiari, amore & amicitia, intimo cuidam amico ejuſmodi inventa communicetur. Ille iſta vel per alios elaborari curet, vel deſcriptio ex negligentia & incuria illius in manus naſutulorum incurrat, qui talia poſtmodum pro ſuis vendunt, ubique divulgant, demum quilibet ſua dum adiicit, tale monſtrum exſurgit, quod tandem primum inventorem minimè agnoſcit. Aliqui quid pro quo ſubſtituunt, & pro Medici cujuſdam invento quidem exponunt: aſt illorum mixtura Authori plus dedecoris, quam decoris parit.

Simile fatum incurrit ESSENTIA SALIS ARMONIA-

NIACI MARTIALIS à me inventa, ad cujus præparationem Illuſtris quædam Perſona artis medicæ & chymicæ maxime gnara, acerbo fato extincta. Patronus meus poſt cineres quoque honorandus, ante quinquennium Thorunii me inſtigavit. Hanc poſtmodum ante quadriennium chariſſimo amico meo Plurimum Reverendo Patri à Goes Soc. Jeſu, ob ſummam invaſionem mali hypochondriaci, ex intimo cordis affectu Poſnaniæ ſcriptis communicavi. Hic manu famuli PharmacopϾæ Reu. Collegii Soc. Jeſu eſſentiam hanc ſibi præparari curavit. Ex hac Pharmacopœa eſſentia hæc Leſnam, Goldbergam, Bogislaviam &c. tranſgravit, & quidem ſub nomine quintæ eſſentiæ Salis Armoniaci. Sic quoque aliqui fuere, uti à Medicis quibuſdam mihi relatum fuit, qui hoc à me inventum medicamentum deteriorare, coloremque altiorem cupri vel argenti auxilio dare conati ſunt, meique nominis plane obliti, pro proprio invento vendiderunt. Quo vero tales Thraſones à fraudulentia tali abſtineant, atque unuſquiſque parentem hujus inventi agnoſcat, penitus decrevi præparationem Eſſentiæ hujus genuinam & à me inventam publico prælo committere. Quam propterea E. T. tanquam Medico & Chymico expertiſſimo ſubmiſſe adſcribo, ne ab hinc Naſutuli ejuſmodi thraſonicum corpus aliorum plumis ornent, utque ſimul proximo meo ſecundum urgens neceſſe inſerviam.

## ESSENTIA SALIS ARMONIACI MARTIALIS:

*Præparatio Genuina fit modo ſequenti.*

REc. Chalybis puri ſubtiliter limati libram I. Salis Armoniaci puri triti lib. II. vel III. Optime invicem miſceantur in mortario lapideo vel porphyritide. Mixtura hæc vitro imponatur, obturetur vitrum, maneatque in loco ſicco, vel hyeme in calido hypocauſto per 12. ſeptimanas: His elapſis aqua pluvali calida Sal elixivietur, filtretur per chartam, ſic remanebit Crocus martis pulcherrimus, qui tam interne quam externe multa præſtat. Aqua hæc filtrata ſale Armoniaco imprægnata, immittatur

tur

Digitized by Google

tur in cucurbitam vitream; recipiatur poſtea Sal Tartari ex fecibus Vini paratum in hunc modum: Rec. Feces vini, bene exſiccentur, immittantur ſiccæ in vas fictile, cui imponi poſſit concavum ſuperius retortæ cum collo, quod luto forti optime loricetur, calcinentur ſic feces igne aperto, obſervatis ignis gradibus, alias collum retortæ cum recipiente diſſilit; nubeculis prorumpentibus exitus illis exiguus concedatur, ne recipiens frangatur. Oleo fœtido deſtillato, remanentia in figulorum fornace fortiter calcinetur, tunc elixivietur ſal, & ſ. a. tribus vicibus Sal purgetur. Hujus Salis Rec. tantum, quantum fuerit Salis Armoniaci lib. II. vel III. ſolvantur in aqua pluviali calida, quæ ſolutio cum priori miſceatur, ſtatimque in arenam calidam in cucurbita capitello adaptato, atque optimè clauſo ponatur, lentoque deſtilletur igne, ſic prodibit Spiritus Salis Armoniaci urinoſus, qui ſervetur pro uſu. Animadvertendum, ne aqua poſt Spiritum aſſurgat, quod unuſquiſque ſublimationis gnarus cavebit, reſiduum phlegma ſalſum ſeu lixivium exhaletur ſecundum artem pro Sale acquirendo. De Sale hoc fixo Rec. Unciam I. & Spiritus Salis Armoniaci Uncias III. ſuperfundatur Sali Spiritus, ut ſolvatur. Sic recipietur Tinctura cærulea pulcherrima colore Saphirino. Hæc Tinctura per chartam filtretur, & in balneo leniſſimo in Phiola bene obdurata digeratur per 10. vel 12. dies. Sic erit præparata Eſſentia mea ſalis Armoniaci Martialis. Sine marte quoque enchiriſi quadam ſimili modo Tinctura cærulea elici poteſt, doſis à gutt. VI. uſque ad 30. in convenienti vehiculo vel vino. Operationes ſuas feliciter abſolvet in omnibus obſtructionibus lienis, hepatis, pancreatis, meſenterii, menſium, in affectibus catharroſis, in calculo, in Colica. Scorbuto, igne volante, plica. Quartanam præmiſſis præmittendis, uti & alias febres intra breve tempus curat, in Podagra & tumoribus interne & externe levamen promittit, multiſque aliis morbis ſuccurrit, quod prudenti Medico experiri erit facillimum. Quomodo ex Sale volatili Tartari & ſpiritu hoc ſalis Armoniaci (vel Eſſentia hac) conjunctio fieri poterit, ut acquiratur Alexicacon illud; ſal volatile oleoſum Excell. beati Sylvii (ex

qui-

Digitized by Google

quibus conſtitiſſe opinor) poſt hæc in Obſervationibus meis practicis, ſi Deus quietem & ſanitatem mihi conceſſerit. Lucidius proponam.

Agyrtæ quoque ejuſmodi coloratam Tincturam exponunt, hanc impoſturam paucis ut revelem omnibus, neceſſarium duco? Accipiunt crematum commune, hoc ſupra calcem vivam fundunt, illam per tres dies ſtare permittunt, poſtmodum Crematum calcis ſale impraegnatum per chartam filtrant, in quo liquore bonam partem ſalis Armoniaci ſolvunt, atque in aheno ex cupro vel orichalco facto coquunt, ſic liquor pulcherrimum & ſaturatum acquirit colorem cæruleum, quem per chartam filtratum liquorem intitulant: Tinctura ſaphirina Cœleſtis: ſicque defraudant cives, illorumque emungunt pecunias. Omnes vero, quibus minus quam in quarto ſaltem gradu vel nullatenus medicinam exercere competit, fideliter adhortor, ejuſmodi Picæ amplius ſe peregrinis decorare plumis audeant, ne majori ignominia deplumentur, furtoque vero Inventori abſtrahant inventa, proque ſuis venditent.

Hanc genuinam Eſſentiæ meæ ſalis Armoniaci Martialis Præparationem, hac Epiſtola E. T. adſcribere, tuæque cenſuræ tanquam Expertiſſimi Medici & Chymici ſubmittere volui, obnixe rogans Excell. Tuæ ſuper hac ſincerum Judicium: Accipe, Nobiliſſime ac Excellentiſsime Vir, hanc Epiſtolam vultu ſereno, ulteriuſque amare perge.

*Excell. Tui Nominis*

Poſnaniæ d. 12. Nov. Anni 1689.

Cultorem Joann. Chr. Etnerum, D. C. & M. R.

AD

# THESAURUM,

## ET ARMAMENTARIUM

Medico-Chymicum

## HADRIANI A MYNSICHT

Medici Germani Præſtantiſſimi

*MANTISSA*

## R. D. CAROLI MUSITANI

Medicinæ Profeſſoris.

*Quæ locupletiori Penu non adhuc cognita, vulgataque Medicamenta congerit, ſive conquiſita, ſive propria induſtria excogitata & experientia probata, eorumdem uſu, atque operandi rationabili energia.*

VENETIIS, MDCCXVIII.

Apud Jo: Gabrielem Hertz.

*Superiorum Permiſſu, ac Privilegio.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# JOSEPH MUSITANUS
## Phyſiologiæ Profeſſor
## LECTORI.

Cum in manus noſtri Muſitani perveniſſet HADRIANI A MYNSICTH Theſaurus & Armamentarium Medico-Chymicum, nedum egregiè probati Viri ſolertiam, & judicium in medicamentorum, & ſyntaxi adtexenda, atque dirigenda fuit admiratus, verùm præ omnibus maximam illius ingenuitatem, atque, ut cordatum hominem decebat, animi candorem magnoperè laudabit. Siquidem inventa acri ſtudio, obſtinatoque labore conquiſita, quæ per alios revelari nefas, ac veluti Divino quodam Spiritu afflata, Cœloque delapſa cuſtodienda eſſent, communis boni amator, non iniquus, alienivè appetens, humanis uſibus publicavit, ac revelavit. Quare cum in hominem ita moratum, ejuſdemque cum ipſo farinæ incidiſſet noſter Avunculus, continuò in mentem venit, quæ ſua opera, atque ingenio ante annos aliquot fabricatus fuerat medicamenta, illius libro adglutinare, uberioremque theſaurum poſteritati per manus facilè tradere; Quod ſi ad hanc uſque diem in publicum non prodiere, quæſo, id malignitati tribuere nefas erit exiſtimare (ſat namque tibi innotuit hac livoris nota liberum quoquo Terrarum verſus ejus nomen perveniſſe); equidem humano generi potiùs conſulere, tutiuſque publicæ ſaluti ſtudere voluit diutina, atque exactiori ignis, uſuſque cenſura, quæ per ætatem maturiori judicio examinanda uſu venire facilè potuiſſent. Quinimmò paſſim experiri voluit, an Hadrianea medicamenta noſtro quoque Cœlo congruerent: quod non



Digitized by Google

ſine modici temporis ſpatio id fieri, quotuſquiſque erit, qui non videat? Ità & prudentem Virum decebat, ſtudiorum ſuorum otio non abutentem. Et certè qui in ea, quæ A Mynſicht præfatus eſt, animadverterit, talis inſtituti neceſſitatem commendabit; Borealis quippè Cœli hominibus, Saxoniæ præſertim interioris, & Balthici maris accolis teſtatur ſe accommodaſſe praxi tamen feliciſſima. Noſtrum quoque Cœlum, quod ad Hadrianea medicamenta attinet, conſpirare ſecuriori eventu obſervare per tempus ſæpiſſimè licuit. Quare non modicum operæ pretium feciſſe fatendum eſt. His inſuper Mantiſſam adnexit eorum, quæ hactenus incognita erant; Propria namque induſtria ad humanos uſus quàm multa machinatus fuit medicamenta, quæ ut omnibus innoteſcerent, eorundemque ſalutares ſucceſſus quiſque probaret, divulgari voluit, famamque tanti Authoris ſequi, atque candorem. Præterea multa notatu digna, quà in theoria, quà in praxi, quæ per Hadrianum fuere prætermiſſa, acceſſere, ut nedum illius ingenium, verùm ſummam in facienda medicina diligentiam profiteri neceſſe ſit. De *aureo Philoſophorum lapide*, ut morem Authori gereret, temporique inſerviret, nonnulla & ipſe vaticinatus eſt. Attamen non ita ſpernenda ſcriptio hæc erit, ut omninò projicienda eſſet, ac veluti futilis perdenda; Siquidem quamplura aperit myſteria, voces, enygmata, quæ ad inſtar Delphici Oraculi, vel Thebanæ Sphyngis de Chryſologorum grege deploranda Pſeudophyſiologorum ingenia ruſpabant, atque cùm Domitiano ucupabantur. Perlege, & benè his ergo utere lector humaniſſime, illiuſque mentem inſpice. Hic tuæ incolumitati dum totus incumbit, ſuam ætatem inter tot, tantoſque labores terere continuò, tandemque perdere gloriatur. Bene itaque vale, tantiſque ſudoribus tutò fruere.

AQUA

# AQUA ALEXIPHARMACA.

℞. RAd. tormentillæ, bardanæ, enulæ campanæ, angelicæ, gentianæ, pimpinellæ, Zedoariæ ana unc. dimid. fol. betonicæ, ſcabioſæ, hyſſopi, rutæ, centaurii minoris, corticum med. fraxini ana p. dimid. Incidenda inciduntur, & contundantur, & infundantur in vini albi lib. vj. adde theriacæ optimæ Andromachi, Mithridatii Damocratis ana unc. j. dimid. pulv. terræ ſigillatæ, ſantalor. citrinor. ana drach. ij. m. ſtent in loco calido per quinque dies, deinde deſtilla in alembico vitreo lento igne ad remanentiam duarum partium, & uſui ſerva.

Nonnulli in noſtra aqua vini ſpiritum timent, quia igneus eſt: Illum aqua fontana diluant, ut ejus æſtus temperetur: qua de re ſequentem aquam bezoarticam componimus.

---

# AQUA BEZOARTICA.

℞ RAd. Carlinæ exſicc. lib. dimidiam, petaſit. contrayervæ, vincetoxici ana unc. ij. fol. ſcordii, flor. hyperic. abſynth. ana drach. iij. m. f. pulvis, cujus

℞. Unc. xii. aquæ font. lib. ij. ſpiritus vini rectificati lib. i. m. & poſt quatuor, vel quinque digeſtionis dies deſtilla per veſicam ad medietatem, & ſerva.

*Vires, Uſus, Doſis.*

QUantæ efficaciæ, & valoris ſit hæc aqua alexipharmaca, & bezoardica noſtra in febribus malignis & peſtilentialibus, experientia te docebit; nam volatilitate ſua momento in omnes corporis venas ſe inſerit, totumque corpus pervadit, nutrimentum degeneratum in penitioribus partibus deliteſcens à centro ad peripheriam potentiſſimè evocat, putredini reſiſtit, malignitatem cicurat, & utramque ſenſibiliter, vel inſenſibiliter per univerſale corporis emunctorium eliminat. Exanthemata, petechias, morbillos, & variolas ad expulſionem impellit. Partes principales roborat, ſpiritus reficit, cor exhilarat, animi deliquia pellit, ſyncopes delet, & languentem exſuſcitat calorem, valetque plurimum tam in curatione, quàm in præſervatione, ut *libro de Pyretologia* diximus. Doſis pro præſervatione cochlear j. pro curatione ij. reiterando ſemel poſt quinque horas, deſuper ſudando, quouſque ſe meliorari ſentiat æger.

## AQUA ANTI-HECTICA.

♃ R*ad. caryophyll. ſymphyt. maj. tormentillæ, gentianæ ana lib. dimid. bellid. min. tuſſilag. ſedi maj. hederæ terreſtr. vincæ pervincæ, praſſi ana m. dim. veronicæ, liquiritiæ ana m. iv. cancror. fluviatil. num. xxx. ſang. porcelli lib. ij. contunde contundenda, & infunde in lactis vaccini lib. xx. deinde in vaſe vitreo per M. B. deſtilla, & deſtillatum liquorem ad uſum ſerva.*

Vi-

*Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc aqua ſuccum alimentitium, & ſanguinem temperat, corrigit, & ab omni acrimonia, & acore ſalino vindicat; & focus, undè aliquid acre ſucco alimentitio, & ſanguini ſubminiſtretur, extinguitur. Hinc ſanguis in ſuum naturalem redit circulum, & ſuccus alimentitius, qui anteà ob acorem à partibus renuebatur, fit illis gratus, & genialis: qua de re conſumptæ, & extenuatæ corporis partes avidè nutriuntur, reficiuntur, pinguefcunt, humidum primigeneum reſtauratur, & priſtinæ ſanitati hecticus reſtituitur. Doſis unc. iij. vel iv. & ſaccharo perlato edulcorari, & bis in die propinari poſſunt.

## AQUA ANTI-VENEREA.

℞ *Saſſæ parillæ minutim inciſæ unc. ij. ligni viſci quercini unc. j. dimid. limaturæ cornu cervi, raſuræ eboris ana unc. dimid. antimonii crudi minutim inciſi, petræ pumicis contuſ. ana unc. iij. Hæc duo ligentur in petia linea, & ſimul cum aliis infunde in aqua fontis lib. vj. Detineantur per 24 horas in infuſione, demum bulliant lento igne ad tertiæ partis conſumptionem, in fine adde cinnamomi acuti drach. ij. cola, & ad uſum ſerva.*

In hujus aquæ confectione pumex admiſcetur pro antimonii correctivo, aliàs enormes excitaret vomitus, ad quos ſiſtendos tanquam incantamentum valet parum pumicis in pollinem redactum, & in vino propinatum, ut fuſiùs in noſtra *Trutina medica lib. 4. c. 8 de Nauſea & Vomitu* egimus. Verum, ut verum dicamus, pumicis admiſtio fruſtranea eſt; nam experientia nos cum aliis docuit, antimonium decoqui poſſe abſque tali correctivo, & non provocare vomitus, ut videre eſt apud *Zuvelferum*, *Borellum*, *Vvilliſium*, & alios, quos de



Digitized by Google

*Lue Venerea Tomo 4. lib. 3. cap. 19. de Doloribus Venereis* retulimus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

AD dolores Venereos radicitus extirpandos non datur in tota Republica Medica potentius medicamen hac noſtra aqua, & longè ſuperat omnia antidota contra luem, & meritò inter alia primum ſibi vendicat locum & omnibus palmam præripit. Hujus ope inutilia decocta, & æſtuaria ab aula medicorum receſſerunt; & quos ægrotos Mercurii ſuffumigia, & extremæ inunctiones deluſerunt, hæc ad priſtinam evocavit ſanitatem. Adeò in lue infallibilem in dies experti ſumus, ut multos, quos deploratos vulgarium grex poſt decocta, ſuffumigia, & inunctiones omni ſalutis ſpe orbatos deſeruit, hujus aquę beneficio ab orci faucibus revocaverimus. Bibitur hujus aquæ amphora una tribus vicibus partitis, ſ. mane, in prandio, & cœna. Reaffuſio pro potu quotidiano uti poteſt, quia amphora una non eſt ſatis. Poſt decem dies dolores ſedat, imò gonorrhœam curat, bubones tam legitimos quàm ſpurios reſolvit, gummata diſcutit, ulcera & puſtulas, nullo adhibito extrinſeco medicamento, exſiccat, imò plura præſtat, & aliis morbis à Lue Venerea præſtans eſt medicina, ut quotidiana experientia nos docuit. Cibus debet eſſe ex carne aſſata: cruda, acida, & ſalſa vitentur. Corpus debet eſſe purgatum, operaturque per diaphoreſim, ſudores, urinam, & leniter per ſeceſſum. Verùm notandum eſt, quòd ſi diarrhœa ſuperveniat, ceſſare debet aquæ uſus; aliter enim ægrotus in vitæ diſcrimen conjicitur, ut multa teſtantur exempla. Ejus uſus continuari debet per menſem chymicum; nam licet intra decem dies dolores ſedet, tamen aliud eſt dolores ſedare, & aliud radicitus ſanare. Quolibet anni tempore, tam frigido, quàm fervido, ſumi poteſt.



Digitized by Google

# AQUA ARTERIALIS.

℞. Colcothar. alum. uſti, ſacch. cand. ana drach. dimid. urinæ junioris hominis, aqu. roſ. ana unc. dimid. aq. plantag. unc. ij. Diu ſimul omnia agitentur in mortario, poſteà miſtura in phialam vitream injiciatur, & aſſervetur pro uſu, quo tempore per inclinationem liquor erit effundendus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

MAgnum arcanum eſt in ſanguinem ab arteriis re-ſectis ſiſtendo, nec ſimile in toto naturæ orbe reperitur, ſi arteriæ inciſæ linteolum hac aqua madidum applicetur, impoſita manu. Recenti aneuriſmati multum conducit ſpongia madida impoſita, ut in *Phyſico-Chirurgico Tomo 1. cap. de Aneuriſmate* diximus. Eadem quoque energia, & eò magis venalis ſanguinis fluxum ex vulnere in momento ſupprimit, & ſi vulnus fuerit penetrans, ſyringa injici poteſt. In hæmorrhagia ſiſtenda nulli eſt comparanda, ſi linteolum, vel goſſypium aqua udum naribus intrudatur. In mulierum nimio ſanguinis fluxu renibus magno emolumento applicari poteſt. Hæc eadem interiùs ad ſupprimendum ſanguinis ſputum, dyſenteriam, hæmorrhoidalem, & hepaticum fluxum propinari poteſt. Doſis à guttis x. vel xv. in aqua Polygoni, & non ultra, aliàs vomitum excitaret.

Hæc aqua diù aſſervari non poteſt, facilè namque corrumpitur, & graviter olet ob urinæ admiſtionem: pro qua re ſequens noſtra diù incorrupta aſſervatur, & magis mirabilia operatur, ac etiam tutò per os aſſumi poteſt.

ALIA

Digitized by Google

## ALIA AQUA ARTERIALIS.

℞ *AQu. plantag. unc. iv. alum. rocc. uſt. vitrioli rubificat. ana drach. j. ſacch. candi drach. dimid. f. omnium pulvis ſubtiliſſ. m. & in phiala parum agita, deinde adde lacrym. ſang. dracon. corallor. rubr. in pollinem redact. lapid. hæmatis præpar. ana drach. dimid. ſpiritus vitrioli gutt. xx. iterum agita, & una ſtent per duos, vel tres dies, ut ingredientia ſolvantur; poſtmodum filtra, & in vaſe vitreo optimè clauſo ad ſupradictos uſus reſerva.*

*Vires, & Uſus.*

ARteriarum, & venarum inciſarum ſanguinem affatim profluentem ſiſtit; hæmorrhagias, ſanguinis ſputum, & fluxum ex quacumque corporis parte coercet.

---

## ARTERIALIS PULVIS.

PRo aqua arteriali nos ſequentem ejuſdem virtutis, & efficaciæ pulverem paramus; ut

℞. *Alum. rocc. calcinat. vitrioli rubificati, ſacch. candi ana drach. j. laccæ pictorum, lacrym. ſang. drac. corallor. rubr. ceræ Hiſpanicæ rubr. ana drach. dimid. fiat omnium pulvis ſubtiliſſ. in vaſe vitreo aſſervandus.*

*Vires, & Uſus.*

APplicatur ſupra venas, & arterias reſectas, ac omnia vulnera ſanguinem profluentia; & pro nimio ſanguinis profluvio per os cum ſyr. de ſymphyto Fernelii ſumi poteſt.

AQUA

Digitized by Google

## AQUA OPHTHALMICA PRETIOSA.

℞. HErbar. recent. rutæ, euphragiæ, fœniculi, chelidoniæ ana lib. ij. flor. recent. roſ. alb. lib. ß. cichor. lib. dimid. Subtiliter inciſa, & contuſa ſtent in loco calido per quatuor dies, deinde deſtilla in M.B. ad ſiccitatem, cohoba ter, & aquæ ſtillatitiæ inde lapid. hæmatitis præp. drach. ij. ſalis Saturni drach. j. auri ſtridentis unc. dimid. croci metallor. drach. iij. tutiæ præp. drach. ij. dimid. Vas vitreum ſigilla, & per quindecim dies ſtet in loco calido, deinde aperi, & per chartam emporeticam filtra, & tinctum liquorem in vaſe optimè clauſo aſſerva.

*Vires, Uſus, Doſis.*

PRetioſa reverà eſt hæc aqua in omnibus oculorum affectibus: ophthalmiam, & ſugillationem reſolvit, vehementiſſimos dolores lenit, pterygia, & pannos incipientes diſcutit, nebulam & albuginem tollit, lippitudines, & lacrymationes ſiſtit, fiſtulas, & puſtulas ſanat, ſuffuſionem, & cataractam incipientem avertit, guttam ſerenam, & cæcitatem evitat, viſcoſos, & excrementitios eorum humores diſſipat, tunicas roborat, viſus debilitatem corroborat, eumque clarificat, & tandem conſpicilla proſcribit. Doſis gutta una, vel altera in malè affectos oculos ter in die, manè, meridiè, & veſperi inſtillatur; ad viſum verò conſervandum, & clarificandum, ſemel in aurora laventur.

AQUA

Digitized by Google

# AQUA OPHTHALMICA COMPENDIOSIOR.

℞. *AQuar. euphragiæ, fœniculi ana unc. ij. chelidoniæ unc. iv. roſar. albar. unc. ij. dimid. rutæ unc. j. dimid. tutiæ præpar. unc. iij. caryophyllor. integror. drach. ij. dimid. antimonii crudi unc. ij camphoræ drach. j. virid. æris, aloes ſuccotrin. ana drach. ij. vini græci lib. iv. Inde omnia in vas vitreum, quod optimè claude & ad uſus ſerva.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

AD oculorum inflammationes, rubedines, ardores, fluxiones, lacrymationes, lippitudines, & nebulas celeberrima eſt, & omnibus oculorum defectibus ſuccurrit, ſi ter in die gutta una, vel duæ in oculos ita cadant, ut totos internè humectent. Si hac aqua oculi laventur, viſum conſervat, & ab omnibus imminentibus tuetur malis.

Non eſt via tam longa, quæ breviari non poſſit: nos magno tenuioris fortunæ hominum emolumento, paucis impenſis, in oculorum inflammatione, rubore, ſugillatione, fluxione, & cœteris affectibus ſequens receptum præſcribimus: ut ℞. *Aq. roſ. alb. vel chelidoniæ unc. ij. lapid. hæmatitis præp. drach. j. m.* & utere.

---

# AQUA PERLARUM.

℞. *AQuar. quatuor cordial. ana unc. ij. manus Chriſti perlatæ unc. j. magiſt. perlar. drach. dimid. ſuccin. alb. pulveriſati ſcrup. j. aquæ Langii unc. j. m.*

*Vires,*

*Vires, Uſus, Doſis.*

INſigne cordiale eſt in lipothymia, & ſyncope; cor enim, & vitales facultates imbecilles refocillat; exhilarat, ſpiritus vitales revocat, ferè fugientes coercet: Præterea hæcticis ſolemne eſt medicamentum.

---

## AQUA SOMNIFERA.

℞ *SUccor. depurator. ſolani, lactucæ, hyoſciami, papav. alb. ana lib. i. pone in vaſe vitreo, & infundantur ſemin. lactucæ, papav alb. ſolani ſomniferi, lolii ana unc. i. cortic. rad. mandragoræ, cynogloſſ. ana unc. ii. croci Orient. drach. ii. dimid. Terantur omnia, & digerantur per tres, vel quatuor dies (vigorari poſſunt ſpiritus vini lib. i.) poſteà deſtilla per alembicum, juncturis optimè clauſis, lento igne, ad tertium cohobium, & cautè ſerventur ad uſum.*

His ingredientibus vindemiarum tempore muſto infuſis fieri poteſt vinum ſomniferum.

*Vires, Uſus, Doſis.*

OMnes humanæ vitæ cruciatus ſedat, & pacat, id non per moleſtantis cauſæ ablationem, ſed quia obſtupefacit, ſomnum inducendo; undè in omnibus capitis doloribus, colicis, nephriticis, podagricis, & innumeris aliis dolorificis affectibus ſimile medicamen non reperitur, & non ſolùm dolores ſopit, ſed omnes corporis partes præcipuas tuetur, potiſſimùm cor, & uterum, ac interdum ſulphureos ſpiritus fixando, & occaſionalem materiam mitigando, febrium ſolatur ardores. Eapropter epilepſiæ, melancholiæ, maniæ, vulvæ ſtrangulationi, delirio, hæmorrhagiæ, & omnibus

nibus alvi fluoribus, ut diarrhœæ, lienteriæ, cœliacæ, fluxui hepatico, dyſenteriæ, teneſmo, & hæmorrhoidum cruciatibus auxiliatur. Hinc omnes morbos ab Archeali Idea partos, ut varios uteri furores, aſthmaticos affectus, & alia ſimilia mala ab Idea tantùm in vita concepta producta, narcoticis administratis medelis profligari quotidiè experimur: Doſis drach. dimid. poſt paſtum: ſed ſi plus dederis, in profundo, & perenni veterno infirmum ſepelies.

---

## AQUA AD STRANGURIAM.

℞ L*Actis caprini lib. iv. cortic. fabar. flor. roſ. albar. ana m. ii. rad. alth. malvar. ana lib. dimid. fruct. alKeKengi unc. i. ſebeſt. jujubar. ana unc. ii. quatuor ſem. frigid. maj. unc. dimid. ſem. papav. albi, cydonior. ana drach. iv. lactucæ drach. iii macis unc. dimid. boli Armen. unc. ii. Contundenda contundantur, miſceantur, digeranturque, poſtmodum in M. B. ſ. a. deſtilla, deſtillatumque liquorem ad uſum ſerva.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

AD urinæ ardorem efficaciſſima eſt hæc noſtra aqua, quæ acidum ſalem non tantum in urina obtundit, & immutat, ſed etiam primariò in ſtomacho, undè ſuam ſcaturiginem agnoſcit, corrigit, ac proinde ardorem in mingendo abigit. Renum, ureterum, & veſicæ mucilagines abſtergit, & aſperitates complanat. Doſis unc. i. ad unc. iii. quibus admiſceri poteſt *ocul. cancr. fluviatil. drach. i.* vel *Balſami Peruviani liquidi gutt. aliquot*, & per plures auroras ſumi.

AN-

## ANTIDOTUM BEZOARTICUM.

℞ *THeriacæ Venetæ, Mithridatii, confect. alKerm. ligni aloes raſpati ana drach. i. corn. cervi ſpagyricè præp. ſemin. citri ſine cortice ana drach. dimid. bezoar. Or. gr. xl. bacc. hederæ num. xxx. rad. ſerpentariæ drach. i. dimid. contrayervæ drach. i. ſtibii diaph. ſcrup. iv. ſacch. perlati unc. dimid. ſyr. de ruta capraria q. ſ. ut f. antidotum, quod in vaſe argenteo, vel ſtanneo conſerva.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

MIrandæ virtutis eſt hæc noſtra antidotus, potiſſimùm contra febres malignas, petechiales, variolas, morbillos, ipſam peſtem, & venena: à centro enim ad corporis circumferentiam humores noxios evocat, cor ipſum à venenata aura tuetur, humorum virulentiæ reſiſtit, & omnibus ſymptomatibus indè ortis occurrit. Doſis drach. i. ad ii.

---

## BALSAMUS ANTI-NEPHRITICUS.

℞ *AQuæ reſinæ lib. i. flor. ſulphuris unc. dimid. Pone in aludele, & optimè claude, ſuade lento arenæ igni, donec ſulphuris flores ſolvantur, amove, & in vitro benè clauſo ſervabis ad uſum.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

LIthontripticon famoſum eſt, & nulli ſecundum; renum namque ſabulum, & calculum educit, vel in arenulas atterit, veſicæ lapidem tantùm incipientem diſſolvit, & propellit: confirmatus verò, ad aliquam magnitudinem auctus, vix alia ratione, quàm ſectione

ne

Digitized by Google

ne curari poteſt. Calculorum concretionem inhibet, renes roborat, tàm proximam, quàm remotam ſabuli, calculi, arenarum, vel lapidis materiam emendat, & ſine moleſtia educit; ſpiritum namq; acido volatilem, & mucilaginem tartaream (hic namque ſpiritus, & tartarea mucilago attactu calculos producit) obtundit, invertit, & unà cum lotio eliminat, ac à calculoſa renum diſpoſitione præſervat. Renum exulcerationi curandæ valdè efficax eſt remedium, ac proindè gonorrhϾæ medetur. Omnibus pectoris affectibus, tuſſi, aſthmati, empyemati, & pulmonis vomicæ ſubvenit. Doſis ſcrup. dimid. in ſyr. vel aqua morbum reſpiciente, vel in jure. Præterea dolores colicos, & flatus ſola ejus innunctio pacat, & diſſipat. Optimus tandèm pro vulneribus curandis eſt balſamus, nulli cedens.

## BALSAMUS CATHOLICUS.

℞ *Thuris unc. dimid. ſtyracis unc. ii. benzoini unc. ii. myrrh. elect. unc. dimid. balſam. Peruvian. ſolid. unc. i. aloes ſuccotrin. unc. dimid. ſemin. & flor. hyperic. unc. i. moſch. Or. ambræ griſeæ ana ſcrup. dimid. Semina, & flores hyperici inde in vas vitreum cum ſpiritus vini alKobolizati lib. iii. quod optimè obſera per 24. horas, deindè decanta, & decantato ſpiritui rubore imbuto inde ſupradicta ingredientia ſubtiliter in pulverem redacta, ſtent in infuſione per xx. dies ad Solem, vel in ventre equino, vel in cineribus calidis, & hoc exacto tempore, ſèpone à fæcibus ſpiritum, decantando per inclinationem, & in vaſe vitreo optimè clauſo tanquàm theſaurum cuſtodi.*

*Vires,*

*Vires, Uſus, Doſis.*

CAtholicus dicitur hic balſamus ob univerſales, & mirabiles effectus, & omnibus morbis tàm externis, quàm internis congruit; carnes namque mortuas à corruptione præſervat, & perennat, undè ſi vitulinæ fruſtum, vel hoc genus aliud, ter vel quater hoc balſamo irrores, incorruptibile evadet, & in mumiam abibit, quanto magis carnes vivas à corruptela præſervabit? omnia vulnera, tàm cæſim, quàm punctim inflicta, etiam ſclopetorum in qualibet corporis parte, tàm cum contuſione, oſſium fractura, quàm carnis deperditione, etiam capitis cum cranii, meningum, & cerebri læſione, abſque Trepani uſu feliciter, & tutò curat: hunc balſamum in vulnus inſtillando, parteſque adjacentes inungendo, cum goſſypii imbuti applicatione, & decenti ſ. a. ligatura. Si verò vulnus ſit penetrans, ſyringa hunc balſamum intrude, nec turundis opus eſt; nam ſunt ad curationem impedimenta phyſica, nec vulneribus emplaſtra, cerata, vel unguenta ſuperponas. Hic balſamus ſanguinem effuſum, vel grumatum volatilitate ſua, ſubtilitate, & ſpiritualitate penetrat; attenuat, diſcutit, & ad inſenſilem tranſpirationem ſollicitat, vel in naturalem fluiditatem, & è quiete ad motum adeo adigit, ut à venis reſorbeatur, & in vitę gratiam redeat. Si ſuppurari incipit, ſuppurationem inhibet, & ſuppuratum in halitus reſolvit. Oſſium fracturas ferruminat, ſolutam unit carnem, deperditam redintegrat, inflammationes prohibet, eaſque exſtinguit, affectas, & circumſitas roborat partes, ſanguinis fluxus impedit, tumores diſcutit, & dolores demulcet. Felix erit ille Chirurgus in vulnerum curatione, qui tali potitur balſamo, ſed unà infelix, quia digeſtivo non utens, vulnerati crumenam digerere non poterit: Sed de his fuſius in noſtra *Trutina Chirurgico-Phyſica Tomo 3. de Vulneribus*. In omnibus ulceribus, in qua-



Digitized by Google

cumque corporis parte cum materiæ affluxu, intemperie, carnis excreſcentia, oſſis carie, eryſipelate, ſordidis, verminoſis, ſinuoſis, in ipſa gangræna, & cancro præſentaneum, & ſalutare eſt medicamentum. In aurium ulceribus non habet ſimile; tumoribus adapertis præſens eſt medela. Dentium dolorem ſolo attactu tollit, ſtuporem abigit, & mobiles firmat. Gingivis exeſis, exulceratis, laxis, & putridis medetur. Fauces & uvulam exulceratas curat. In omnibus oculorum affectibus promptum eſt medicamentum; nam ſi in oculos gutta una inſtilletur, inflammationem, & ruborem reſolvit, fluxiones inhibet, lacrymas exſtinguit, vulnera, ulcera, & puſtulas conſolidat, carcinomata ſanat; maculas, nebulas, pterygia, & ungues delet, imbecillitatem roborat, viſum clarificat, & cataractam prohibet. Dolorem iſchiadicum, podagricum, cœteroſque articulares frequenti inunctione ſi non tollit, ſaltem demulcet. Penis carunculam mediante ſyringa abſumit. Solo olfactu capite dolentibus, vertiginoſis, & apoplecticis ſuccurrit. Flatus diſſipat, & dolores colicos ſola externa inunctione ſedat. Catarrhalibus fluxionibus, tuſſi, aſthmati, empyemati, phthiſi, pulmonum vomicæ, & aliis pectoris affectibus præſentaneũ eſt remedium, tàm ore ſumptus, quàm pectore inunctus. Specificus eſt ſtomachicus, tàm in ejus regione illitus, quàm ore propinatus; ſtomachum enim confortat, digeſtionem promovet, appetentiam excitat, & omnibus morbis indè ortum ducentibus, ut inteſtinorum affectibus, lienteriæ, cœliacæ, diarrhœæ, &c. ſubvenit. Inſigne eſt cardiacum in cordis tremore, palpitatione, lipothymia, & ſyncope. Alexipharmacum eſt in vulneribus venenato telo inflictis, morſu canis rabidi, viperæ, aſpidis, & ſcorpionis ictu. A veneno præſervat, ac proindè febribus malignis, & peſtilentialibus ſummum eſt bezoar. Doſis cochlear dimidium ad unum in vehiculis propriè morbum reſpicientibus.

BAL-

Digitized by Google

## BALSAMUS SANGUINIS HUMANI.

℞ *SAng. humani ſani lib. i. alKobol. vini opt. unc. ii. poſt debitam digeſtionem deſtilla ex retorta, repete toties digeſtionem in ventre equino per ſeſquimenſem, aut per plures ſeptimanas, donec videlicet aqua appareat gemina, inferior rubra, ſuperior alba, quas ambas ſeparatim ſerva.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

VTraque in caduco, inveteratis capitis doloribus, aliiſque cerebri affectibus, inſignem præſtat uſum. Memoriam confortat, ſpiritus recreat animales, loquelam vel impeditam, vel amiſſam reſtituit, venena expellit, pectoris anguſtiam ampliat, pulmones impuritatibus infarctos expedit, proximè morituris ſuccurrit, & quaſi ad vitam revocat ſanguinem purificat, convulſioni mirificè opitulatur, alioſque uſus in tota medicina, obſervatis ubique cæteris ad benè medendum neceſſariis, exhibet. Datur in vehiculis appropriatis, vel in vino, utriuſque ana guttæ vi. ad xii. uſque.

---

## CERATUM AD CALLOS.

℞ *GUmmi ammoniaci, galbani cum ſpiritu vini ſolut. & inſpiſſat. ana unc. i. euphorbii drach i. alum. uſti drach. i. dimid. virid. æris drach. ii. dimid. Merc. dulc. unius ſublimationis drach. ii. olei euphorbii, ceræ citrinæ ana q. ſ. m. f. ceratum ſ. a.*



Digitized by Google

*Vires, & Uſus.*

Mirabile eſt hoc ceratum in manuum, & pedum callis, & clavis percurandis; abſque enim tumore, inflammatione, & dolore illos conterit, & id quod remanet, ſenſim ſecernitur.

---

## DECOCTUM ANTI-PHTHISICUM.

*℞. Rad. ſymphyt. mai. ariſtoloch. rotundæ ana unc. dimid. fol. hederæ terreſtr. unc. i. dimid. plantag. ſcabioſæ, cynogloſſ. ana m. i. ſaniculæ, hyperic. ana m. ii. rad. chinæ in taleolas unc. i. Infunde in aquæ ſtillatitiæ ſaniculæ ſ. q. & poſt 24. horas bulliant, & de hac colatura ℞. unc. xii. quibus diſſ. ſucc. purificati perſicariæ, pyrolæ ana unc. i. dimid. edulcoretur manus Chriſti perlatæ ſ. q. vel balſamo Peruviano liquido fortificetur pro uſu.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

Prodigioſum eſt hoc decoctum in phthiſi imminente, & inchoata, cum nunquam confirmata curetur phthiſis; phthiſin namque imminentem avertit, quia acidum acre, vel ſalſum in ſanguine, & latice corrigit, temperatque; inchoatam phthiſin, & pulmonum ulcus, ex quo pus toti ſanguinis maſſæ communicatur, undè non tantùm lenta, & habitualis febris ſuam cognoſcit geneſin, eliminatur, tabes lethalis profligatur, mundificat, conſolidat, ſanat, & ſanguinem pure conſpurcatum repurgat, & abſtergit. Doſis unc. ii. ad unc. iii. manè, & veſperi.

DE-

## DECOCTUM AD HÆMORRHOIDUM DOLORES.

℞ *Fol. hyoſcyami, malvæ, althææ, violariæ ana m. i. dimid. meliloti, flor. chamomillæ, ſemin. lini, fœnugræci ana m. i. tapſi barbati m. ii. fiat decoctum clauſo vaſe in aquæ, & vini rubri pari portione, & amove ab igne:* excipiat fumum calentem in ani orificio, quantum ferre poteſt, æger.

*Vires, & Uſus.*

PRæſtigioſum ferè eſt hoc decoctum in atrociſſimis ſedandis hæmorrhoidum doloribus, ut pluries, & ultra nos experientia docuit; ſunt reverà hæmorrhoides tumentes exquiſito præditæ ſenſu, undè illis in partibus intenſiſſimi ſentiuntur dolores, & profectò cruciatus Averni, & qui tali corripiuntur morbo, opprobrio obſignantur.

---

## DECOCTUM AD SIMULANDAM AMISSAM VIRGINITATEM.

℞ *Nuc. cupreſſ. n. iv. ſummit. rub. n. vi. cort. mali punici num. i. fol. myrtill. p. i. gall. n. xii. rad. ſymphyt. mai. unc. iii. alchimill. unc. i. dimid. Contundantur omnia, & infundantur in vini rubr. auſteri lib. iii. per duos dies, tum adde alum. rocc. unc. dimid. maſtich. gummi ceraſor. ſang. drac. ana drach. iii. ſucc. acaciæ drach. ii. vitri ſubtiliter pulveriſati drach. ii. dimid. ſarcocoll. drach. iv. Bulliant omnia ad tertiam partis vini conſumptionem, fiat fortis expreſſio, & expreſſum ſervetur.* Tunc ℞. fruſtum ſpongiæ oblongæ, & in expreſſum immerge, & filo obligatum cura, ut in-



Digitized by Google

tra uteri vaginam à muliere intrudatur, teneatur per 12. horas, poſt quas extrahatur, & aliud infundatur, immittaturque, & ita per duos aſſiduos dies reiteretur.

### *Vires, & Uſus.*

PRæſentaneum eſt remedium pro putatitia virgine, quæ devirginata fuit, & hanc ob cauſam nequit ſe ſolemni jungere hymenæo; adſtringit enim vulvam, eſto plures ediderit fœtus, & ita coarctat, ut laborioſus ſit ſponſi conatus in penem intra uteri vaginam intrudendo: Nec hoc noſtrum medicamen utramque complet paginam, nam in primo coitu ſanguis egredi debet, qui eſt certum, & indubitatum incorruptæ virginitatis teſtimonium; verùm nec quia cruentatio non ſuccedit, per hoc virginitatem non teſtatur: ad cruentationem ergo inducendam, ut nullus de virginitate ambigendi locus relinquatur, & omnes virginitatis notæ concurrant, aliqui ita procedunt: ℞. *Colcotharis drach. ij. calcis vivæ drach. j. fiat amborum pulvis ſubtiliſſimus, & miſceatur, deinde cum aqua gummi fiat maſſa, quam in pineolos divide*, quorum unus 24. horarum ſpatio ante congreſſum ſupponatur. Verùm hoc medicamenti genus neceſſariò ſanguinem excitat, attamen periculo non vacat, nam dolorem, & eſcharam inducit, poſt cujus caſum ulcus curandum relinquit. Ad hoc itaque declinandum malum, tutius erit quatuor hirundines colli uterini initio applicare, ita ut venæ intumeſcant, magis aſtringant, ſanguiſque fundatur, quem bolo Armena inhibe, & hoc ante congreſſum, ſimulata virginis depilatione, aliquot horis fiat, & habebis certum, & infallibile utrumque virginitatis ſignum, quod pluries expertum eſt.

Multa huic medicamini adnectenda, & notanda forent, quæ meritò ob juſtas cauſas omittenda cenſemus, ne tantummodo in abuſum trahatur; ſed ut facti tantùm

ſit

Digitized by Google

ſit remedium, & honori conſulatur, recenſemus, item ne interneciones eveniant, & perennes opprobrii notæ ſpectatis inurantur familiis, & tandem nemo ſe infamare tenetur.

# ELECTUARIUM AD MENSTRUORUM PROFLUVIUM.

℞ *Balauſt. & lapid. hæmatit. præp. ana drach. j. ſem. plantag. & granor. Kermes ana ſcrup. ij. terræ ſigillat. ſang. dracon. veri, ſucc. acaciæ, terræ exanimatæ vitrioli ana ſcrup. iv. piloſell. & tormentill. ana ſcrup. dim. f. omnium pulvis ſubtiliſſ. m. cum diacydon. drach. iij. laudani opiati n. d. ſcrup. j. conſ. roſ. antiq. unc. ij. & cum ſyr. de plantag. q. ſ. f. elect.*

## *Vires, Uſus, Doſis.*

PRobatiſſimum, & expertiſſimum eſt hoc noſtrum electuarium in nimio menſium fluxu, etiam diuturno tempore fluente, & omnibus aliis medicamentis incaſſum tentatis: ſed quæsò, ne te nimium decipiat; nimium enim æſtimandum eſt, quando mulieres eo debilitantur, quia nimium eſt illud, quod debitam excedit quantitatem, quæ in fœminis eſt incerta, nec adeò ſemper determinata: nimium ergo ex virium proſternatione cenſendum eſt; evacuantur namque menſes, ut fœmina levetur, non verò gravetur, & proſternatur. Siſtit uterinas hæmorrhagias, ut pluries experti ſumus; ſanguinem namque fluxilem, tenuiorem, ſeroſum, aquoſum, & carnium loturæ ſimilem inſpiſſat, & quodammodò incraſſat; acriorem corrigit, & edulcorat; vaſorum apertiones, vel per anaſtomoſin, aut diæreſin obſtruit, adſtringit, & conſolidat; ſpiritus uterini orgaſmum, ideſt ſanguinem nimium



Digitized by Google

turgeſcentem compeſcit, & refrænat; lochia nimium, vel diù profluentia hoc noſtrum electuarium debito fluori reſtituit, vel ſiſtit. Doſis eſt caſtaneæ quantitas, bis, vel forſan ter in die. Nos polline pro ſuperfluis menſibus ſiſtendis utimur, qui nunquam nos fefellit, & tribus vicibus optatum conſequimur effectum. Eſt hic cortex granatorum acidorum, quem hucuſque pro arcano habuimus, ac proindè propria manu paravimus, & tenuioris fortunæ mulieribus dono dedimus, at nunc è latebris educimus, & ingenuè impertimur. Cujus doſis ſcrup. j. ad ij. & tandem drach. j. in vinò auſtero, quem, ut videntes non agnoſcant, terra exanimata vitrioli abſtruimus.

---

## ELIXIR SANITATIS.

*℞ Corall. rubr. ſubtiliter pulveriſat. unc. iv pone in aludele, & ſuperfunde coralliis ſucc. limon. depurat. ſ. q. & obturato vaſe repone in ventre equino, vel inſola per menſem chymicum. Deinde ℞. Perlar. Or. pulv. unc. j. inde alii vaſi vitreo, & affunde ſpiritum vini rectificatum ad trium digitorum tranſverſorum eminentiam. Tum ℞. flor. roriſmarini, borraginis, ſalviæ, meliſſæ, carlinæ, angelic. betonic. rutæ ana m. i. Contuſa pone in alio vaſe vitreo cum ſpiritu vini, qui ad tres digitos emineat: poſtmodum ℞. Cinnamom. acut unc. j. caryophyllor. unc. dimid. aloes unc j. dimid. aniſor. unc. j. baccar. juniperi unc. viij. myrrhæ unc. ij. croci drach. ii. dimid. ſantal. unc. dimid. ambræ griſ. drach. ii. Optimè contuſa in alio vaſe vitreo unà ponantur cum ſpiritu vini ad quatuor digitorum eminentiam. Hæc vaſa vitrea benè clauſa per quindecim dies inſolentur, tum demum in unum vas vitreum omnia vaſa depleantur, cui recipiens, juncturis optimè clauſis, ne quid expiret, adapta, & per M. B. deſtilla, & elicitum liquorem inde Pellicano, cui immitte fol. auri num. 60. ſigilla, & per quinquaginta dies in ventre*

equi-

*equino circula, & tandem circulatum elixir in vitro optime ſigillato tanquam Attalicum aſſerva.*

## *Vires, Uſus, Doſis.*

SIcut Sol omnes planetas ſupereminet, ità hoc noſtrũ elixir omnia elixiria, & medicamina exſuperat; inſigne namque, & mirabile confortativum eſt, & eximium cardiacum in omnibus cordis affectibus, totam naturam corroborat, vigorem intendit, perfractas reficit vires, calidum innatum adauget, canitiem retardat, vitam producit, libitinam ante fores retardat, omnem triſtitiam abigit, ſenſus acuit, membra principalia firmat, ſanguinis maſſam purificat, omnes humores ad ſymmetriam redigit, & malignitatem per inſenſilem tranſpirationem eliminat. Doſis cochlear dimidium, vel unum in julepo, ſyrupo appropriato, vel in jure: pro præſervatione ſemel, vel bis in hebdomada ſumitur juxta exigentiam.

---

# EMPLASTRUM BENEDICTUM.

*℞ OL. comm. lib. iii. rad. arund. unc ii. lilior. cœleſt. unc. iii. althææ unc i. dimid. Dum oleum ebullire incipit, affunde radices mundatas, & in taleolas ſubtiliter inciſas. Coque ad nigredinem uſque, quas aufer, & pedetentim injice ceruſſæ unc. iij. tutiæ præp. unc. j. dimid. ceræ citrinæ unc. iii. ſemper agitando ſpatula. Coque ad nigredinem uſque, ad emplaſtri conſiſtentiam, tandem adde balſami Peruviani nigri drach. ii. aufer ab igne, & ſerva.*

## *Vires, & Uſus.*

CRedibile non eſt quantum hoc emplaſtrum ad maturanda, rumpenda, & ſananda valeat omnium

apo-

apoſtematum genera, tam calida, quàm frigida, imò tophos podagricos matureſcere facit, & ſanat. In ſtrumis perſanandis eſt veluti Dei benedictio. In ulceribus utere, & admiraberis effectum. In mammarum apoſtematibus non habet par, & ità verbis eſt experientia major, ut æger ſui ipſius ſit Chirurgus, ſi adhibetur illis conditionibus, quas alibi deſcripſimus. Silentio involvendum putavimus hoc emplaſtrum, ne margaritas ante porcos proiiceremus, & benedictum non dandum canibus, quia apud vulgares Chirurgos, qui à tonſoribus parum, vel nihil differunt, vileſceret: ſed utut eorum ilia crepent, in proximi charitatem ejus deſcriptionem imprimendam curavimus.

---

## EMPLASTRUM DE LADANO.

℞ *OL. olivar. lib. ij. lithargy. aur. unc. xx. ceræ flavæ lib. dimid. colophoniæ, reſinæ pini, gummi ammoniaci in aceto diſſoluti, ladani puri, gummi elemi, ſtyracis calamitæ ana unc. j. pulv. rad. ireos Florent. flor. chamomill. & meliloti ana unc. ij. fol. ſabinæ pulv. unc. dimid. thymi drach. ij. ol. chamomelini, lilior. anethini, & laurini ana unc. j. axungiæ anſeris, capon. ſuillæ, & medull. cervi ana unc. j. f. empl. ſ. a.*

### *Vires, & Uſus.*

EMplaſtrum hoc non eſt n. d. ſed quia ejus receptum multum expetitur, & deſideratur, ob innumeras, quas habet dotes, depromendum curamus; vulneribus namque recentibus & antiquis inſigniter medetur, ſymptomata, & fluxiones ſupervenire ſolitas præcavet, ab inflammatione vindicat, carnem bonam producit, & cicatrice obducit. Ulcera annoſa, & etiam maligna potenter curat; callos, & carnium excreſcentias attenuat & abſu-

& abſumit; manantia, & ædematoſa exſiccat, & humorum fluxus avertit; ſanioſa, & putrida mirabiliter abſtergit; depaſcentia, phagedænica, gangrænoſa, & canceroſa ſiſtit, & ad incolumitatem reducit. Ruptorum abſceſſuum ſaniem tergit, ſiccat, eoſque cicatrizat. Abſceſſus duros, & rebelles à materia craſſa exortos calefacit, incidit, emollit, attenuat, diſcutit, & inſenſibiliter reſolvit. Vel fermentat juxta materiæ diſpoſitionem, maturat, concoquit, ad ſuppurationem diſponit, aperit, digerit, mundificat, exſiccat, carne replet, & cicatrice obſtruit.

---

## EMPLASTRUM MAGISTRALE.

℞ *SUcc. herb. Reginæ unc. vj. ceræ citrinæ unc. iv. reſinæ pini unc. iij terebinth. unc. ij. ſucc. ſedi mai. ſolani, plantag. ana unc. ij. plumbi uſti & loti, ceruſſæ Venet. tutiæ præpar. lithargyr. aur. minii ana unc. dimid. Mercurii ſaliva exſtincti unc. ii. ol. roſ. myrtill. q. ſ. f. empl. ſ. a.*

### *Vires, & Uſus.*

DEſunt verba in efficacia hujus emplaſtri extollenda, ubi experientia illuceſcit; mirè namque, & potenter omnia ulcera, cujuſcumque ſint conditionis, tam ſimplicia, quàm compoſita, tam maligna, quàm benigna, tam recentia, quàm annoſa, feliciſſimè abſtergit, exſiccat, & ad cicatricem perducit. Ulceribus Venereis, gummatibus, & bubonibus ſpuriis unicè prodeſt. Tumores adapertos breviter ad ſanitatem ducit. Tumores ad ſuppurationem pervicaces, vel reſolvit, vel juxta materiæ contentæ conditionem ſuppurat.

EM-

## EMPLASTRUM RUPTORIUM.

℞ *OL. roſ. chamomill. amygd. dulc. ana unc. iij. terebinth. Venet. unc. ii. reſinæ pini unc. iii. ceræ citrinæ unc. i. dimid. ſarcocoll. euphorb. ana unc. i. Cantharidum drach. i. Merc. præcipit. rubr. drach. i. dimid. ſemin. ſinapi drach. i. m. f. empl. ſ. a.*

### *Vires, & Uſus.*

MIrandum eſt emplaſtrum ad quemcumque tumorem durum maturandum, & brevi temporis intervallo aperiendum, quantumvis maturationi reluctetur, & præſertim ad bubones Venereos aperiendos, & præſentaneum eſt remedium pro his, quibus cauſticum, vel ferrum timorem incutit.

---

## EMPLASTRUM AD RUPTURAS.

℞ *RAd. conſolidæ mai. recent. mundat. & conſciſſ. lib. i. ſaniculæ lib. dimid. polygoni unc. iii. nuc. cupreſſ. conſciſ. num. x. Coquantur in ſufficienti aquæ ferrariorum quantitate repetitis vicibus affuſæ, quouſque tota virtus, & mucilago extracta ſit. Colaturæ omnes ad remanentiam circiter lib. iii. & conſiſtentiam mucilagineam evaporent. Tunc. ℞. Picis navalis, colophoniæ ana unc. iii reſinæ pini unc. iv. His leniter calore liquatis, & miſtis adde ſupradictæ mucilag. lib. iii. & coquantur lento igne continuò agitando, ac ſenſim ſequentes immiſce pulveres : ſang. drac. maſtich. ſarcocollæ, alum. uſti, boli Armenæ ana unc. dimid. ſucc. acaciæ, hypociſtid. in vino auſtero ſolut. ana. drach. iij. olibani, myrrhæ ana drach. ij. dimid. roſ. rubr. balauſt. ariſtoloch. rotundæ ana drach. iv. lapid. hæmatitis præp. Croci Martis adſtring. ana drach. iii. mumiæ drach.*

*ii.*

Digitized by Google

ij. *Tandem inde bdell. in acet. deſtill. ſolut. & inſpiſſ. unc. j. Coque ad emplaſtri conſiſtentiam.*

*Vires, & Uſus.*

CRedibile non eſt, quantum hoc noſtrum emplaſtrum mirificè ad bubonocelen, epiplocelen, & enterocelen perſanandas valeat, quo ſiquis ad prædictos utatur tumores tam pro junioribus, quàm adultis, mirabilia præſtabit, ut centies nos experti ſumus, & nunc, eſto pro arcano habuerimus, ad hernioſorum utilitatem in lucem ingenuè edimus. Emplaſtrum hoc alutæ superinducendum eſt, & ſuo ſubligaculo debitè alligandum, & ante ſeptimum diem non renovandum, quo tempore præterlapſo novum admoveatur, & ſic procedatur ad ſanationem uſque: ſed de his herniis, & aliis vide in noſtra *Trutina Chirurgico-phyſica Tomo* 1. *de Tumoribus*.

## EMPLASTRUM AD RUPTURAS.

℞. *CEræ virgineæ, olei abietini ana unc. iv. picis navalis, myrrhæ, thuris, maſtich. ana unc. ii. ſtyracis calamitæ, benzoini, ſang. dracon. ana unc. iv. balſam. Peruvian. unc. i. funde oleum, & ceram, & ſenſim cætera infunde, ultimò balſamum Peruvianum, & f. empl. ſ. a.*

*Vires, & Uſus.*

EFficaciſſimum experti ſumus hoc emplaſtrum in rupturis perſanandis, tam in pueris, quàm in junioribus, ſi ſuper alutam emplaſtri portio extendatur, & loco affecto applicetur, quinto quoque die renovando, & continuetur per duos menſes, ſuperponendo optimam ligaturam, & habebis intentum.



Digitized by Google

## EMPLASTRUM ALIUD PRO RUPTURA.

℞ R*Eſinæ pini, gummi Arabici ana unc. vj. maſtich. elect. colophoniæ ana unc. ij. ſang. dracon. unc. j. thuris unc. ij. glutinis piſcium unc. j. fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, quem miſce cum ſufficiente quantitate carnium limacum adempto cortice, ut fiat emplaſtrum ſine igne.*

*Vires, & Uſus.*

CEnties emplaſtrum hoc rupturis applicuimus magno cum patientis juvamine, & ſalute: extenditur ſuper alutam, & parti affectæ imponitur cum ſua arcta ligatura, & tertio quoque die renovatur, & admiraberis effectum.

---

## EXTRACTUM FEBRIFUGUM.

℞ F*Lor. Centaur. min. fol. abſynth. card. ſancti, ſcordii ana m. i. rad. gentianæ, chinæ de china ana unc. j. imperatoriæ, ariſtoloch. rotundæ ana drach. j. dimid. cortic. cupreſſ. median. radic. fraxini ana unc. ij. aurantior. exterior. exſicc. unc. dimid. ligni viſci querc. unc. ij. nuces moſch. num. iij. caſſ. lign. drach. ij. dimid. Contundenda, & incidenda contundantur, & incidantur, affundanturque in vini ſpiritum rectificatum ad trium digitorum eminentiam, ſtent in loco tepido, extrahatur tinctura, & novus ſpiritus reaffundatur, & iterùm extrahatur quod tinctum eſt, & toties fiat infuſio, & extractio, donec ſpiritus non amplius tingatur. Tincturas omnes filtra, & ex cucurbita vitrea lento igne extrahatur ſpiritus ad extracti liquidi remanentiam, cui poſtmodum admiſceantur ſequentes pulveres tenuiſſimi: ut*

℞. Mi-

Digitized by Google

*℞. Mirrhæ rubr. drach. ii. caſtorei drach. i. Croci Orient. ſcrup. ii. ſalis ammoniaci volatilis drach. j. miſc. & lentiſſimo igne reduc. ad extracti conſiſtentiam, & ad ſequentes uſus ſerva.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

OMnes febres abigit, potiſſimùm quotidianam, tertianam, quartanam, hemitritæum, & febres omnes cum rigore, & partium extremarum perfrigeratione invadentes. Ante paroxyſmum, vel inſtante drach. j. in pilulas iij. redacta exhibetur, & tribus vicibus has exterminat febres.

## HIPPOCRAS EMETICUM.

℞ *MErc. vitæ drach. ij. dimid. cinnam. acuti, caryophy. ana drach. j. dimid. vini græci generoſi lib. ij. m. & in vaſe vitreo clauſo, in igne arenæ poſt levem ebullitionem cum omnibus ingredientibus ſervatur ad uſum, & in exhibitione decantatur.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

TAnta eſt hujus noſtri Hippocras emetici inexhauſta virtus, ut philoſophorum lapidem æmuletur; nam quo magis de emetico exhauries, & magis reaffundes, in infinitum, & ultra emetica virtus exhauritur. Nobiliſſimum, tutiſſimum & blandiſſimum emeticum eſt, adeò ut puerulis felici cum ſucceſſu frequenter exhibemus. In apoplexia, & epilepſia magnum eſt medicamentum. In capitis dolore, ut in noſtra *Trutina* diximus, à ſtomacho per conſenſum, excellens eſt: in cardialgia, aliiſque ſtomachi defectibus ſalutare experti ſumus; leviter namque omnem ſaburram in ſtomacho, & duode-

no

Digitized by Google

no ſtagnantem per vomitum rejectat, & lenes movet ſeceſſus. In febribus, ut quotidiana, tertiana, quartana, ex aeris mutatione, maligna, & ipſa peſte ſingulare eſt medicamentum, & quaſi Dei manus. Doſis puerulis ad cochlear j. adultioribus ij. robuſtis iij. ut fuſiùs in noſtra *Pyretologia*.

---

## LAUDANUM OPIATUM.

*℞ Ad. aſclepiad. contrayervæ, imperator. angelic. carlinæ, ſcorzoner. zedoar. biſtortæ, tormentillæ ana drach. j. dimid. Carnis viperin. drach. iij. ſanguinis Dracon. drach. j. dimid. Camphoræ drach. j. cortic. chinæ de china, ligni viſci querc. ana unc. dimid. Pulveriſatis affunde in vaſe vitreo AlKohol vini ad quatuor digitorum eminentiam; claude vas cum capitello cæco, digere in M. B ſpiritum tinctum decanta, novum affunde, & ita reitera, donec omnis tinctura extracta ſit, confunde has omnes tincturas, & filtra quibus adjunges extracti ſimpl. opii unc. j. extracti croci drac. j. magiſt. corallior. rubr. magiſt. perlar. ana ſcrup. iv. ambræ griſ. drach. dimid. ol. macis per expreſſ. ſcrup. ii miſce omnia ſimul, & adde ſacch. pulveriſati unc. j. pone omnia in cucurbita ad Balneum vaporoſum, connectendo vas recipiens, juncturis optimè clauſis, extrahe ſpiritum ſudorificum, cardiacum, & alexiterium, cui non eſt ſimilis alter. Reduc totum ſenſim in maſſam, quam aſſerva in veſica ol. caryophyll. imbuta.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

HOc laudanum eſt immenſus theſaurus contra dyſenterias, diarrhœas, & omnes alvi fluxus epidemicè graſſantes. Item inſigne cardiacum, & alexipharmacum contra omnes febres malignas. In delirio,

ma-

Digitized by Google

mania, epilepſia, capitis dolore, vigiliis immoderatis, præſentaneum medicamentum. In colica, lithiaſi, doloribus articularibus, omnibus deſperatiſſimis matricis ſuffocationibus, omnibuſque morbis ab utero enatis ultimum eſt aſylum. In ſiſtendis catarrhorum defluxionibus, menſtruorum profluviis, & hæmorrhagiis ſtupendum eſt medicamentum, cui nullum ſimile invenitur. In omnibus atrociſſimis ſedandis doloribus eſt ipſiſſimum divinum auxilium. Eſt laudanum, ideſt laudatum medicamentum, quod in tota medicaminum ſuppelleſtili vix tutius, & præſentius ſimile reperiri, & excogitari poteſt. Eapropter tu hoc unico utere pharmaco in depellendis morborum angoribus, quos obſignavimus; & Deum, & homines teſtamur, ipſamque experientiam teſtem advocamus, languentes tibi creditos à faucibus orci fore erupturum: Interim nobiſcum Deo gratias age, qui tantum munus ad proximi incolumitatem nobis contulit, quod ingenuè communicamus: nam medicina eſt peculiare Dei donum non omnibus conceſſum, ſed tantum illis, quibus datum eſt intelligere. Doſis à g. ii. uſque ad iii. & iv.

---

## LIQUOR AD URINÆ RETENTIONEM.

℞. *Succ. limon. cæpæ. ana unc. dimid. pulv. borrac. mineral. gr. x. m.* & propina.

### *Vires, & Uſus.*

PRæſentaneum, & compendiarium eſt remedium pro iſchuria, & dyſuria; quamcumque enim urinam per quodvis tempus, vel totaliter impeditam, vel guttatim exſtillantem, mirum in modum intra unius horæ ſpatium propellit, & ægrum à faucibus orci liberat.



Digitized by Google

## OLEUM FOETIDUM.

♃. *OL. lini lib. v. pone in olla capaciſſima, quam colloca in igne carbonum, & dùm ebullit, ſenſim projice ſulphuris ſubtiliter pulveriſati lib. ii. ſedulitate in ſulphuris projectione utere, ne dùm ſpumeſcit, extra vas oleum exſiliat; aufer ab igne, vas tege ut frigeſcat, tum per infundibulum in retortam, cui recipiens adapta, lutatis juncturis, immitte: deſtilla ſervatis ignis gradibus, tandem ultimum ignis gradum adbibe, quouſque nihil exſtillet deſtillatum oleum in vaſe vitreo optimè ſerva. Fœtentiſſimum ut ſtercus Diaboli, ſed pretioſiſſimum reddes hoc oleum, ſi aſæ fœtidæ unciam unam, vel duas in retortam immittes.*

### *Vires, & Uſus.*

HOc oleum pro hyſtericæ paſſionis paroxyſmo pretioſum eſt, quo in ampulla vitrea odoretenus naribus applicitum dicto citiùs, & ictu oculi mulieres ſuffocatas, & vitali aura quaſi orbatas, & penè extinctas ad vitæ munia revocat: eſt velut alter Orpheus, qui extinctam Euridicem ab inferis reduxit, & ſicut odorata multas exanimant mulieres, ità fœtida illas ſanent oportet. Sunt mulieres velut Harpyæ, quæ colluviarum fœtidis gaudent: Eapropter, ſi oleo naribus admoto ſuffocatio uterina protinùs non ceſſabit, poſtmodùm umbilicum inunge, vel recto tramite ampullam juxta vulvam colloca, vel eam imbue, ut olei putor exhalet, & mortuam magno cum adſtantium ſtupore revocabis ad vitam. Hoc oleum odoretenus halitus auſteros, & ponticos abſorbet, præcipitat, corrigit, uteri Monarchiam tumultuantem compeſcit, & omnium partium convulſiva contractio ceſſat, & tandem halitus auſteri per uberes ructus terminari ſolent.



Digitized by Google

## OLEUM VERBENÆ.

℞. *Verbenæ rubr. m. i. radic. cappar. & utriuſque lilii ana unc. i. ſaxifragiæ unc. dimid. radic. cyclaminis, & bryoniæ ana drach. vii. ſemin. agni caſti drach. iii. Contunde omnia, & infunde in vini generoſi lib. ii. dimid. ol. antiq. opt. lib. i. dimid. Digere ſuper calidos cineres per duos dies, deinde bulliant ad vini conſumptionem, & facta colatura, ſervetur oleum ad uſum.*

### *Vires, & Uſus.*

EXimium eſt hoc oleum ad rebelles lienis obſtructiones delendas; nam ejus canales, ac glandularum poros, craſſo, viſcido, & tenaci limo obductos, aut particulis terreſtribus infarctos, vel ſale auſtero, & rigido imbutos, ſola per plures auroras inunctione, incidit, attenuat, immutat, & diſſolvit: Eapropter meatus, & glandularum poros obſtructos reſerat, aperit, ac per diureticam ſemitam obſtruentem materiam exturbat.

---

## PANCHYMAGOGON.

℞. *PUlv. colocynth. rad. ellebor. nigr. ana unc. ii. ſcammon. turbith. gummoſi, hermodactylor. agaric. alb. aloes ſuccotrin. ana drach. iv. fol. ſen. Or. rhabarb. ana unc. iv. ſpec. diarrhod. Abb. unc. i. Terenda terantur, & incidantur incidenda, & cum vini ſpiritu ſ. a. fiat extractio.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

APpellatur Panchymagogon, ſeu extractum Catholicum; quia omnia humorum genera, ex quibus omnes materiales foventur morbi, feliciter evacuat, mino-



Digitized by Google

ri cum moleſtia aſſumitur, & leniter optatas exequitur operationes. Doſis à ſcrup. j. ad ij. & ad drach. j.

## PILULÆ FAMILIARES.

℞. *Ammoniaci unc. iv. aloes hepaticæ unc. ii. rhabarb. elect. unc. i. ſpec. diarrhod. Abb. trium ſantalor. ana drach. ii. magiſt. perlar. corall. tart. vitriolat. ana drach. i. dimid. Ammoniacum diſſ. & extrahe cum aceto ſcillitico, aloen cum ſucco endiviæ, rhabarbarum & ſpecies cum ſucco citri. Reduc ammoniacum in optimam conſiſtentiam, cui adde alia extracta, & evapora ad extracti conſiſtentiam, & ad uſum repone pro pilulis efformandis.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

Familiariter pro melancholicorum, & hypochondriacorum obſtructionibus reſerandis utimur; alvum namque lubricam reddunt, omneſque craſſos, & tartareos humores ſenſim, & quidem radicitùs ſubducunt, omnibuſque ægritudinibus à pituitoſa materia pronatis ſingulariter medentur. Omnes viſcerum, ut ſtomachi, lienis, hepatis, meſenterii, &c. obſtructiones aperit, & affectiones indè exortas, ut icterum, hydropem, lienis & hepatis tumores, reſolvit, uteri obſtructiones reſerat, & ſuppreſſos menſes provocat. Harum uſum quibuſdam podagricis multùm profuiſſe experti ſumus, & inſtantes dolores adeò imminuiſſe, ut mitiùs afflixerint, vel tardiùs redierint, aut citiùs deſierint. Doſis ſcrup. j. & in duas redigitur pilulas, una ante prandium, altera verò ante cœnam ſumitur: leniter alvum ſtypticam lubricam reddunt, & quotidiè aſſumi debent.

PILU-

## PILULÆ DYSENTERICÆ.

℞. *OPii Thebaici, pone in patina ſupra carbones, parum effuma, ut digitis teri poſſit, drach. dimid. diſſ. in ſpiritu vini calido, exprimatur leniter, deindè lento cinerum igne ad extracti conſiſtentiam redigatur, tùm adde dulcedinis Martis ſcrup. ii. terræ exanimatæ vitrioli ſcrup. ii. dimid. pulv. nuc. moſch. lacrymæ ſang. drac. ana drach. dimid. ſucc. acaciæ ſcrup. ii. olei nucis moſch. eſſentialis, cinnam. ana gutt. iv. m. cum ſyrup. de cydoniis, formetur maſſa pilularis, quæ cautè ſervetur ad uſum.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

OMnem ventris fluxum compeſcit, potiſſimùm dyſenteriam, deinde diarrhœam, fluxum hepaticum, teneſmum, choleram, cœliacam, &c. hæ namque dolorem ſedant, fluxum cohibent, ſomnum conciliant, vires reficiunt; ſimiliter dolores colicos, & nephriticos momento ſedant. Doſis ſcrup. dimid. ad ſcrup. j.

---

## PILULÆ AD GONORRHOEAM.

℞. *COlophoniæ unc. i. Merc. dulc. gummi guaiac. ana drach. ii. dimid. balſ. Peruviani drach. iii. Pulveriſa, & cum ſyr. de Althea, vel Nymphæa formentur pilulæ xxx. & deaurentur.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

QUàm efficaciſſimæ ſint ad purulentam gonorrhœam perſanandam experientia te docebit; has

enim nos hucuſque pro arcanis habuimus, & propria manu paratas tantùm amicis cum totali gonorrhϾ exterminatione exhibuimus: Nunc fraterna acti charitate fideliter communicamus, nec qui talibus utuntur pilulis, medicamento indigent purgante, & tuti de luis Venereæ ſymptomatibus aliis impoſterùm eſſe poſſunt; Statim, vel quocumque tempore poſt à contracta gonorrhœa exhiberi debent, & in decem dies curata eſt quælibet quantumvis virulenta gonorrhœa, Doſis pilulæ ij. vel iij. in aurora, & exacta diætæ ratio obſervari debet. Pro infimæ ſortis hominibus ex colophonia tantùm pilulæ parari poſſunt, pro hujus fluxus ſanioſi curatione, & admiraberis effectum.

Potimur nos quibuſdam pilulis, quibus quarto, vel quinto tandem die omnem virulentam perſanamus gonorrhœam; ſed has propria manu paramus pro amicis tantùm, ſed in lucem venire ambigimus, ne ſcortationem repetendi ganionibus anſam præbeamus, & nos libidinum fautores videamur.

## PILULÆ PRO MENSIUM RETENTIONE.

℞. *Dictamn. alb. ſcrup. ii. ſabinæ drach. iii. borracis Venet. fœculæ bryoniæ ana drach. i. myrrh. elect. aſæ fœtidæ, gummi ſagapeni ana drach. ii. fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, & cum ſyrupo de artemiſiâ fiat maſſa pilularis, quæ in aluta oleo ſabinæ imbuta ſervetùr pro uſu.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

TAm efficaces ſunt hæ pilulæ in tarditate, vel menſtruorum ſuppreſſione, ut nunquàm ad quatuor vices deveniendum ſit, & propinandæ ſunt tertia, vel tandem quarta aurora ante tempus, quo fluere ſolebant;



Digitized by Google

bant; humores namque viſcidos, ſanguinemque in venarum oſcillis obſtructis congrumatum incidunt, attenuant, fluxilem reddunt, & per mulierum emunctorium expellunt, & impoſterùm ſtatis periodis, menſtrua recurrunt, ac mulieres ab omnibus angoribus, qui ex menſium tarditate, vel ex omnimoda ſuppreſſione geneſim ſumunt, eripiunt, & incolumes præſervant. Nullo modo propinandæ ſunt, niſi in extrema neceſſitate, quando omnia vulgaria medicamina incaſſum adhibita nullam præſtiterint opem. Partum facilitant; fœtum vivum, & mortuum educunt; puerperis, quibus diminuta ſunt lochia, vel prorsùs intermiſſa, vel ſecundinæ retentæ, vel aliqua earum pars relicta, divino ſunt auxilio. Doſis ſcrup. ij. ad drach. j.

---

## PULVIS ANTI-NEPHRITICUS.

*℞. Sang. hirci nephritici drach. iv. lapid. Judaici drach. i. dimid. lapid. in capite cochlear. ſine cortice repert. drac. i. dimid. ſemin. milii ſolis, apii ſylveſtr. urticæ, petroſelini, dauci ana drach. i. cynosbati drach. iii. aſell. ſcrup. ii. oſſ. dactylor. rad. reſtæ bovis, ligni nephritici, nucis moſch. ana drach. ii. borracis mineralis drach. i. ſacch. albiſſ. unc. ii. m. fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

OCulariter ſabulum, calculos renum, & veſicæ non tantùm deturbat, verùm etiam in arenulas conterit & per urethram unà cum lotio expellit. Humorum viſciditatem, & tartarum tam renibus, quàm veſicæ hærentem incidit, attenuat, & propulſat. Urinæ guttatim egredienti, vel ſuppreſſæ præſentialiter opem præſtat. Tandem à calculoſa diſpoſitione præ-



Digitized by Google

ſervat. Doſis drach. j. ad drach. ij. dimid. in ſyrupis, aquis appropriatis, & ſpecificis. Ad præſervationem ſufficit drach. j. ſi ſemel in hebdomada prehendatur. Pro hominibus tenuioris fortunæ nos multoties expertum habemus remedium, quod dolorem nephriticum totaliter abigit, calculos extrudit, remoratam exturbat urinam, & à calculoſa præſervat diſpoſitione, & ità ſe habet: ℞. *Stercoris muris, ſem. fœniculi ana drach. dimid.* fiat pulvis, & in vino albo propinetur. Ne mireris nos tàm vili remediorum genere pro infimæ ſortis hominibus uti; nam quod vile putatur, carum eſt, & natura de ſtercore erigit pauperem.

## PULVIS CONTRA LUMBRICOS.

℞. *SEmin. ſantonici drach. ii. tanaceti, citri mund. ana drach. i. corallinæ drach. i dimid. pulv. bryoniæ drach. i. ſem. hyperici ſcrup. ii. Merc. dulcis ſcrup. iv. rhabarb. drach. ii. m. f. pulvis ſubtiliſſ.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

VAldè eximius eſt in enecandis omnium lumbricorum generibus, non tantùm in inteſtinis, ſed in quocumque corporis latibulo, quos per ſedem potius mortuos, quàm vivos expellit: imò vermium ovula extinguit, ac proindè ab omni verminoſa progenie ſumentes præſervat. Doſis ſcrup. j. ad ij. vel drach. j. in conſerva florum borraginis, vel in alio vehiculo.

## PULVIS DYSENTERICUS.

℞. *TErræ exanimatæ vitrioli drach. ii. dulced. Martis drach. i. piloſellæ drach. i. dimid. terræ ſigilla-*

*gillatæ drach. j. cryſtall. montan. præp. ocul. cancr. fluv. ana ſcrup. ij. oſſ. human. calcinat. gr. vj. ſemin. plantag. ſcrup. j. ſucci acaciæ inſpiſſat. unc. dimid. nuc. moſch. gr. xv. miſce, fiat pulvis ſubtiliſſ.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

SPecificus eſt in omnibus alvi fluxibus, & nulli alii medicamento comparandus, ut in cœliaca, lienteria, diarrhœa, fluxu hepatico dicto, præſertim dyſenteria, & teneſmo. Doſis drach. j. ad drach. j. dimid. in ſyr. de plantagine, de ſucco myrtillorum, de ſymphyt. & aquis appropriatis, qui manè, & veſperè propinandus eſt.

## PULVIS EPILEPTICUS.

℞. *MAgiſt. corallior. drach. j. ſtercoris Pavonis drach. iij. cinnab. nativ. vel ejus loco cinnab. antimonii drach. j. ſalis volatil. ſucc. ſcrup. j. flor. pœoniæ ſcrup. iv. radicis angelicæ drach. j. dimid. laudani opiati ſcrup. dimid. ſacch. perlati unc. dimid. fiat pulvis ſubtiliſſ. m. & pro uſu ſerva.*

## ALIUS PULVIS EPILEPTICUS.

℞. *LIgni viſci querc. drach. ij. magiſt. cranii microcoſmi ſcrup. ij. raſur. ung. alcis drach. j. dimid. magiſt. perlar. drach. j. flor. anthos, tiliæ ana drach. ij. ſulph. antimon. ſalis nitroſi ſtercoris pavonis ana ſcrup. ij. ſacc. pœonati unc. dimid. miſc. f. pulvis ſubtiliſſ. pro uſu.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

UTerque noſter hic pulvis ſpecificus eſt in epilepſia ob admirandas, & arcanas virtutes, quibus in hoc

Digitized by Google

hoc morbo Herculeo potitur, & reverà omnia medicamenta anti-epileptica prætergreditur: imò in vertigine; ſpaſmo & paſſionibus hyſtericis eſt verum prophylacticon; acidum namque vitioſum nervos infeſtans abſorbet, undè ſpirituum animalium accenſionem, & exploſionem, nervorumque, ac fibrillarum irritationem compeſcit, ac proindè ſpiritibus animalibus efferis, & volatilibus fixatis, nec non eorum motibus exploſivis ſuppreſſis, malum tolerabilius reddit, & interdùm planè abigit. Doſis drach. j. ad drach. j. dimid. cum ſyrup. de pœonia, aqua flor. tiliæ, lilior. convall. lavendulæ, &c. Pro curatione continuari debet per novem dies, & æger ab hujus pulveris abſumptione per tres horas jejunet.

---

## PULVIS PLEURITICUS.

℞. *Sang. hirci drach. ij. dimid. pulv. de virga cervi drach. j. ocul. cancror. drach. j. dimid. lapid. prunell. ſcrup. iv. ſulphur. citrini drach. dimid. flor. papav. rhœad. drach. j. ſtibii diaphoretici ſcrup. ij: f. pulvis ſubtiliſſ. m. & aſſervetur pro uſu.*

## *ALIUS PULVIS PLEURITICUS.*

℞. *Salis volatil. cruoris hirci, cornu cervi ana ſcrup. ij. lapidis carpionis, mandib. lucii piſcis ana drach. ij. flor. ſulph. ſcrup. j. dentis apri ugni drach. ij. ſem. card. Mariæ ſcrup. iv. f. omnium pulvis ſubtiliſſ. m. & uſui ſerva.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

MAgnum arcanum uterque hic pulvis eſt contra pleuritidem, peripneumoniam, & omnes internas

ternas inflammationes; ſanguinem enim effuſum, vel coagulatum reſolvit, fluxilem reddit in naturæ gratiam, & vertiginoſum motum reſtituit, acorem corrigit, & exanimantem compeſcit dolorem. Eſt tantæ n pleuritide efficaciæ, ut efficacior non detur. Doſis drach. j. ad drach. j. dimid. bis, vel ter per diem exhibetur in *ſyr. de papav. errat. in aqua cardui ſancti, cardui Mariæ, vel in jure ſaccharo albo edulcorato.*

---

## SYRUPUS MULIERUM.

*℞. SUccor. depurator. hederæ corymbi, petroſelini, artemiſiæ ana lib. j. diptamni Cretici, pulegii, meliſſæ, origani, ſabinæ recenter exſicc. ana m. j. caſſiæ ligneæ unc. dimid. fiat horum infuſio in aqua capillorum Veneris ad libras quatuor, quæ ter repetatur, poſtmodùm hujus infuſionis libras tres miſce cum ſuccis depuratis, & cum ſacchari albiſſimi libris quatuor coque ad ſyrupi conſiſtentiam, & ſerva.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

PRodigioſus eſt hic ſyrupus, & velut divinum elixir; nàm humorum viſcidorum copiam, & ſanguinem concretum, & veluti cadavericum in uteri venis proſcriptum incidit, attenuat, ſubtiliat, infarctos meatus aperit, & venarum obſtructiones reſerat. Eapropter menſtruorum tarditatem ſollicitat, intermiſſa, & ſuppreſſa provocat, vapores ex utero elevatos capiti, cordi, & ſtomacho impertitos unà cum ſanguine per mulierum emunctorium educit; Morbis, qui ex utero geneſim ſuam cognoſcunt, ut chloroſi, ſeu pallidis virginum coloribus, cachexiæ, hyſtericis paſſionibus, & aliis prodeſt. Item partum accelerat, & facilitat, lochia ſuppreſſa promovet, ſecundinas retardantes educit,

Digitized by Google

educit, fœtum mortuum expellit, molas exterminat. Sed ne mulierculæ utero gerentes te decipiant menſium defectus ſpecioſo pallio, cave ſub divinæ ultionis pœna. In menſium tarditate, vel ſuppreſſione propinandus eſt ante tres, vel quatuor auroras, tempus recenſendo, quo menſtrua recurrere ſolebant. Doſis unc. ij. cum aquis appropriatis.

Infimæ fortunæ mulieribus ad provocanda menſtrua retenta nos *pulegii ſabinæ*, *meliſſæ*, *origani*, *&* *capillorum Veneris decoctum*, quod neminem, quam ſcimus, feſellit, maximo emolumento præſcribere ſolemus.

---

## SYRUPUS PRO LITHIASI.

℞. *Ad. ononidis, ſaxifragiæ ana lib. ij. granor. alKeKengi unc. j. ſemin. dauci, petroſelini, geniſtæ, urticæ ana unc. dimid. baec. lauri num. 60. rad aſparagi, cortic. exterior. apii ſylveſtris ana lib. dimid. Cicer. rubr. lib. j. Inciſa, & contuſa affunde aquæ comm. lib. ix. Digere in loco calido per viginti quatuor horas, deindè bulliant, deſpumando, ad ſex librarum remanentiam, colaturæ inde ſacchari albi lib. iv. & fiat ſyrupus, quem optimè ſerva.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

HIc noſter ſyrupus arcanum eſt in dolore nephritico, & in omni calculorum genere probatiſſimum producta experientia; calculos enim renum præſentaneè expellit, vel in arenulas atterit: renum, & veſicæ mucilagines, & tartarum incidit, ſubtiliat, & unà cum urina educit, & his, qui difficulter mingunt, mirabiliter opitulatur. Calculoſam renum diſpoſitionem ità emendat, & corrigit, ut calculi, & arenulæ impoſte-

rùm

Digitized by Google

rùm non generentur. Doſis unc. j. dimid. cum *aqu. hederæ terreſtris unc. ij.* pro actuali morbi cruciatu; pro præſervatione verò aliquot cochlearia ſemel, vel bis in hebdomada ſumantur.

## TINCTURA ALKERMES.

℞. *Confect. alKermes unc. j. aquæ ardentis, pomorum redolent. ana lib. dimid. ſpiritus vitrioli drach. j. digere, & decanta.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

INſigne eſt cordiale in lipothymia, ſyncope, & cordis palpitatione; cor namque roborat, ab omni aura venenata præſervat, animi robur auget, collapſas reficit vires, aufugientes ad cordis arcem revocat, ſubitò hominem vivificat, & hilariorem vitam ſpirare facit, Melancholicis, convaleſcentibus ſummum eſt medicamentum, & triſtitiam ſine cauſa manifeſta ortam abigit. Doſis unc. dimid. ad j. cochleatim ſumpta per intervalla.

Eadem ferè methodo parantur tincturæ ex aliis officinalibus confectionibus, ut de *Hyacintho*, *de Cinnamomo*, *&c.*

## TINCTURA CAPILLORUM.

℞. *Gallar. comm. num. xx. ponantur in tigillo cum Ol. comm. & pauca cera ad frigendum, donec nigerrimæ deveniant, tunc eximantur, & cum panno exſiccentur, pulveriſa ſubtiliſſimè, & per ſetam trajice, tunc ℞. Aluminis parum, Veneris uſtæ cum ſulphure* (vulgò ferretto di Spagna) *drach. iij. caryophyllor. num.*

*viij.*

*viij. pulv. cort. granator. drach. ij. dimid. adde parum Merc. meteorizati. Horum omnium f. pulvis ſubtiliſſ. traice per ſetam, & opt. m. cum pulvere gallarum. Tunc ℞. Ollam novam, quam igni colloca cum Vini nigri lib. i. & dùm ebullit, injice pulveres, & aliquantiſper clauſo vaſe bulliant, remove ab igne, & decanta.*

## *Vires, & Uſus,*

HÆc noſtra capillorum Tinctura non inſervit pro hominibus canis; hi enim adſcititia coma utentes, juventam ſimulant, & eſtò decrepiti, juvenes videntur antiqui; ſed in mulierum tantùm antiquarum gratiam, quæ niveos habent capillos, deſcribimus. Quantum præjudiciales mulierum venuſtati, & vanitati ſint hujuſmodi capilli, eas interroga, quæ malunt mori, quàm hanc pudendam naturæ injuriam tolerare; Ad hanc itaque fucandam quot impoſturas, quot technas, quot artes comptorias adhibent, comprehendere facile non eſt. Paucis hujus tincturæ ſumptibus hanc temporis injuriam redimere poſſunt, ſi lotos lixivio communi capillos albos hac tinctura calida penicillo paſſim optimè irrigent, & panno calido per ſex horas involvant; poſt quas iterùm lixivio lavent, & nigerrimi, ac nitidi evadent: ſi bis repetatur hæc tinctura, durat ad annum.

---

## TINCTURA PURGANS.

℞. *Jalappæ reſinoſæ, ghittæ jemou, ſcammonii ana unç. j. Seorſim pulveriſata miſce, & inde aludeli, ſuperfunde ſpiritum vini rectificatum ad quatuor digitorum tranſverſorum ſupereminentiam, optimè claude, ne quid expiret, digere in igne arenæ per quatuor dies, ſed cave, ne bulliat, agita vas aliquoties quotidiè, demùm vas auſer*

Digitized by Google

*ſer ab igne, & poſt refrigerationem tincturam rubicundiſſimam per inclinationem decanta, quam in vaſe vitreo optimè clauſo repone.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc Tinctura adeò blanda, & tuta eſt, ut ſit purgans medicamentum Principe dignum: conducit namque omni ætati, ſexui, & complexioni, omnes humores ſine moleſtia, & torminibus à diſſitis corporis partibus educit, coctionem juvat, ſtomachum roborat, & appetentiam excitat. Eapropter in omnibus ferè capitis affectibus, ut dolore, vertigine, apoplexia, epilepſia, ſummum eſt medicamen. Cachexiæ, & omnibus hydropis ſpeciebus mirificè opitulatur. Præterea rheaumatiſmo, podagræ, chiragræ, iſchiadi, &c. confert. Item ventriculum, hepar, lienem, & meſenterium ab omni humorum infarctu liberat. Eſt tandem veluti Catholicum, quod omnibus morbis ab humorum colluvie ortis unicè prodeſt. Doſis drach. j. ad ij. vel iij. in aliquo ſyrupo, vel julepo.

---

## UNGUENTUM PRO DOLORE HÆMORRHOIDUM.

℞. *OL. roſac. q. ſ. agita cum piſtillo in mortario plumbeo, donec inſpiſſeſcat, & tunc adde lactis muliebris q. ſ. ſucci ſedi minoris, viridis æris, opii Thebaici parum, & iterùm agita in mortario plumbeo, donec unguenti ſpiſſitudinem adipiſcatur.*

*Vires, & Uſus.*

HOc unguento dolentes inunge hæmorrhoides, & incantamenti inſtar dolore vacabunt. Quando-

que

que quidam medicaſtri pro hæmorrhoidibus, præſertim in pueris, & meretricibus, accipiunt quaſdam excreſcentias Venereas in ani circulo ex præpoſtero concubitu genitas, quibus à noſtro unguento nullum afferri poteſt ſolatium; hoc enim unguentum nullatenus pro his excreſcentiis inſervit, ſed ſolummodò pro tuberantium hæmorrhoidum dolore ſolemne eſt lenimen.

## UNGUENTUM PRO AMBUSTIS.

*♃. COrt. median. ſambuci m. iii. ſevi hircini caſtrati lib. i. pulv. thuris, colophoniæ ana unc. ii. dimid. ol. roſ. lib. iii. ſucc. barb. hirci q. ſ. rad. ireos recent. in taleolas redact. m. ii. bulliant in dicto oleo cortices, radices, & ſuccus ad humiditatis conſumptionem, deindè adde dictos pulveres, & ceræ q. ſ. fiat unguentum.*

### *Vires, & Uſus.*

PRetioſum eſt contra omnia ambuſtionum genera; pars namque ambuſta hoc unguento linitur, & ſi ſuppeditant ſambuci folia, ea ſuperpone cum faſciis.

## UNGUENTUM MIRABILE.

*♃. OL. comm. veteris lib. v. cum ſequentibus abſynthii, ruthæ, ſalviæ, roriſmarini, betonicæ ana m. i. capitum papav. alb. num. vi. bulliat q. ſ. deindè cola oleum, cui inde reſinæ pini unc. iv. colophoniæ unc. ix. picis navalis unc. viii. ceræ citrinæ unc. vi. Bulliant lento igne, ſpatula ligneа ſemper agitando, poſtmodùm aufer ab igne, frigeſcat, & pro uſu ſervetur.*

*Vires,*

Digitized by Google

*Vires, & Uſus.*

MIrabile reverà eſt unguentum hoc pro ſvulneribus, contuſionibus, ulceribus recentibus, antiquis, malignis, dyſepuloticis, Thelephiis, depaſcentibus, noli me tangere, canceroſis, &c. Ante hujus unguenti uſum, locum affectum vino calido, vel ſublimato lavamus, & exſiccamus, deindè manè, & ſerò applicando, citò, tutò & jucundè curationem complemus: hoc enim mundificat, abſtergit, fluxiones inhibet, ſanguinis fluxum prohibet, carnem pravam excreſcere non ſinit, callos avertit, incarnat, cicatrizat, & plus facit una hebdomada quàm aliud integro anno.

## UNGUENTUM PUSILLUM.

℞. *OL. roſar. lib. dimid. ceræ alb. unc. j. dimid. tutiæ præp. & ceruſſæ ana drach. j. camphoræ drach. ij. dimid. m. f. ung. ſ. a.*

*Vires, & Uſus.*

AMabò, ne unguentum hoc puſillum contemnatis ob ingredientium paucitatem, nam plus valet adamantis calculus, quàm ingens mola aſinaria: puſillum namque eſt, & paucis gaudet componentibus, ac longa, & aſſidua experientia comprobatum eſt in perſanandis omnibus puſtulis, ulcuſculis, ulceribus emanantibus, etiam Venereis, & cujuſcumque progeniei in partibus tenui epidermide obductis, & ſecretioribus naturalibus utriuſque ſexus, & tandem in quacumque corporis parte, & pro puſilla pecunia magnum, & pretioſum, licèt puſillum, emitur unguentum, quo quiſque ſui ipſius æger, & chirurgus eſſe poteſt.



Digitized by Google

## UNGUENTUM AD TINEAM.

*℞. SUcc. ſcabioſæ, olei laurini ana unc. iij. bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, tùm adde ſulphuris ignem nòn experti drach. iij. ſalis ammoniaci drach. j. virid. æris drach. dimid. ſemper ſpatula agita, donec perfectè incorporentur, & in fine adde camphoræ ſcrup. ij. & ſtatim aufer ab igne, ſemper movendo, & optimè immiſce ol. tart. p. d. unc. dimid. f. ſ. a. unguentum.*

*Vires, & Uſus.*

EFficaciſſimum, & felici ſemper eventu à nobis expertum eſt hoc unguentum ad percurandam tineam; nutrimentum enim degeneratum, & in fibris cutis capitis à diuturna mora corruptum, & nutrimenti ſal in acido-ſalſum degeneratum, & in corroſivum exaltatum quod pilorum radices corrumpit, facilè in cutis meditullio corrigit, acido-ſalſum nutrimenti ſal obtundit, fermentum corruptivum exſtinguit, partem affectam in priſtinum reſtituit ſtatum, & conſolidationem promovet. Nullis internis hoc unguentum indiget medicamentis, cùm ſolius partis ſit vitium; omnes itàque capillos (ſi omnes hoc ſpurco laborent morbo) novacula abrade, deindè ℞. *Aq. hord. q. ſ. in qua bulliant fol. ſcabioſæ, adianti, roris marini, althææ, ſalviæ, lavendulæ ana m. j. flor. roſ. incomplet. p. j. bulliant, & decoctum decanta*. Hoc decocto calido quicquid furfuraceum, vel purulentum eſt, abſterge, & exſicca, deindè totum caput hoc noſtro unguento ſemel in die inunge, & viginti dierum curſu curationem expecta. Sed de hoc fœdo malo fuſiùs in noſtra *Trutina Chirurgico-phyſica Tom. 2. de Ulcerib. c. 25.* egimus. Præterea pro ſcabiei curatione infallibile eſt medicamentum.

DE

# DE LAPIDE PHILOSOPHORUM,

## SIVE

# TINCTURA PHYSICA

*Proceſſus Philoſophicus inauditus.*

Fiat vini ſpiritus rectificatiſſimus, qui per repetitas ſublimationes ita phlegma deponat, ut totus cremabilis, ſulphureus, & volatilis evadat verum alKohol, & ità fugax, ut ejus guttula effuſa terram non attingat, ſed evaneſcat in auras, & hoc erit primum noſtrum menſtruum.

Tunc recipe Mercurium ex cinnabri redivivum more ſolito per cornutam, & habebis Mercurium puriſ-

ſimum, omni labe, impuritate, & ſophiſticatione expertem.

Accipe dictum Mercurium redivivum, quem adhuc ſale, & aceto deſtillato expia, in vaſe vitreo perpetuò diſturba, & fortiter concute, ut acetum atra imbuatur larva, quod decanta, & recens affunde, & hoc toties reitera, donec non ampliùs nigreſcat. Tunc advertes Mercurium valdè coruſcum, ut fulgur, quod optimi Mercurii erit pro opere noſtro argumentum.

Tum recipe hujus Mercurii reſuſcitati partes quatuor, Mercurii meteorizati propria manu parati partes octo, in mortario ligneo, & piſtillo ligneo unà miſce, quouſque nullum Mercurii vivi granulum amplius appareat, quod non ægrè terendo, miſcendo aſſequeris.

Poſtmodùm hanc miſturam aludeli inde, & igni arenæ committe, & temperatum ſublimationis adhibe ignem, quem ſenſim, ſenſimque intende, donec materia tota meteorizetur, hanc dextrè collige, & iteratò, ut priùs operatus fuiſti, quinquies meteoriza. Tunc ſublimatum ſummopere nectareum, & cryſtallinum poſſidebis. Hoc eſt ſal noſtrum, ſal ſapientum, quod mira operatur. Hoc tere in mortario ligneo, & in pollinem redige, pone in cucurbita vitrea, ſuperfunde ad duorum, vel trium digitorum eminentiam ſpiritum noſtrum igneum ſuprà præparatum, & Hermeticè claude, & in lentiſſimo igne digere per horas 74. aliquoties in die movendo, & agitando: hoc exacto tempore, deſtilla lento igne, & eructabit vini ſpiritum unà cum ſpiritu Mercuriali: hunc in vaſe benè clauſo, ne exhalet, aſſerva. Reſiduo ſali reaffunde ſpiritum noſtrum igneum, ut ſupra claude, digere, deſtilla, & cuſtodi, & toties repete, donec ſal noſtrum ſit totaliter ſolutum, & per alembicum aſcenderit cum ſpiritu noſtro igneo. Magnum jam opus perfeciſti, jam Mercurius

Digitized by Google

rius noſter partialiter factus eſt volatilis, jam ſenſim aptus erit ad ſolis, vel lunæ recipiendam tincturam. Verùm magnum perfeciſti opus: immenſas ergò Deo redde grates, qui hucuſque hoc opus mirabile produxit. Iam vides, quod hoc opus totaliter ſit naturale, & partial ter artificiale. Nec hoc magnum opus tibi cimmeriis obvolutum tenebris deſcripſimus, ſed ſole clarius, ut noſtri Priſci nobis ſemper parabolis, hieroglyphicis, fabulis, & enigmatibus impoſuerunt.

His ergò omnibus numeris abſolutis, accipe ſpiritum noſtrum Mercurialem, ſpiritum igneum, qui in ventre ſuo chalybem noſtrum magicum occultat, & inde retortæ vitreæ, cui recipiens connecte, juncturis optimè clauſis, & lentiſſimo igne ſpiritum vini igneum abſtrahe, & remanebit in vaſis fundo Quinta eſſentia Mercurialis, ſive Anima Mercurii; quam fortiori igne propelle per retortam, ut planè volatilis fiat, ut omnes loquuntur Philoſophi.

*Si fixum ſolvas, facieſque volare ſolutum,*
*Et volucrem figas, faciet te vivere tutum.*

Hæc eſt luna noſtra, fons noſter, in quo ſe lavet Rex, & Regina: Serva hanc pretioſam Quintam eſſentiam Mercurialem iam ſummè volatilem in vaſe bene clauſo ad ulteriorem uſum.

Nunc progrediamur ad auri vulgi operationem, quam ſine fuco, verborum ambagibus, & invidia communicamus, ut ex auro vulgi aurum noſtrum philoſophicum habeamus, ſicut ex vulgi Mercurio philoſophorum Mercurium mediante noſtra operatione philoſophica paravimus.

In nomine ergò Domini accipe aurum vulgi, purifica illud vulgari more per Antimonium, & in granula converte, quæ ſale, & aceto laventur, & ſatis purum erit: Hujus ergò auri recipe partem unam, cui ſuper-



Digitized by Google

funde eſſentiam noſtram Quintam, ſeu Mercurii animam, partes tres, ut numerant Philoſophi, à ſeptem nempè uſque ad decem, ita etiam & nos numeramus, eſt itaque numerus noſter philoſophicus, igitur à tribus, & uno exordimur: maritentur ſimul, ut ſponſus cum ſponſa ad procreandos ſui generis fœtus, & mediante calore noſtro philoſophico videbis aurum vulgi ſubmerſum & planè in deliquium coiviſſe, quoniam eſt ſui generis, & aurum ex hoc fonte originem ſumit; propterea matris inſtar eſt ipſi, & ratione hujus mirabilis fontis convertitur aurum vulgi in aurum noſtrum, quod Philoſophorum nullus hucuſque detexit.

Iam conſummatum eſt matrimonium, jam de duobus factum eſt unum, ita ſulphur philoſophicum inpromptu eſt, & ut ajunt Philoſophi, *Sulphure ſoluto, lapis in promptu eſt*. Gaude, & exulta, quia Attalicum theſaurum poſſides, & interim roga Deum, ut cæpta tua ulteriùs ſecundet, ut hucuſq; propitius fuit: Accipe ergò in Dei nomine vas noſtrum philoſophicum, in quo Rex, & Regina tanquàm in thalamo amplectuntur, & colloca in Balneo noſtro philoſophico, & euſque relinque, donec aqua terra facta fuerit, tunc facta eſt pax inter aquam & ignem, jam elementa nullam amplius contrarietatem habent, quia cum elementa converſa fuerint in terram, non amplius contrariantur, quoniam in terra cuncta elementa quieſcunt; inquiunt enim Philoſophi: *Cùm videris aquam coagulare ſeipſam, ratus es ſcientiam eſſe veram, & operationes tuas eſſe verè philoſophicas*.

Aurum vulgi jam non eſt amplius vulgi, at noſtrum .s. philoſophicum ob operationes noſtras, primò ſummè fixum, deindè ſummè volatile, denique ſummè fixum, & in elementorum converſione tota ſcientia pendet. Primùm aurum erat metallum, nunc ſul-

ſulphur cuncta metalla in ſuum ſulphur convertere potens. Jam tinctura noſtra facta eſt totum ſulphur, quod energiam habet omnes morbos in priſtinam vertendi ſalutem. Hęc eſt noſtra medicina univerſaliſſima contra omnes humani corporis etiam deploratiſſimos morbos. Infinitas ergo Omnipotenti redde Deo grates pro omnibus his, quæ nobis contulit, & tu, cùm adeptus fueris, amabò ne inopum oblîviſcaris, ne Deus tui obliviſcatur.

In hoc noſtro opere magno duo fermentandi, & projiciendi modi deſiderantur, quibus ſuppreſſis, non facilè qui hos non callent, operis artificium aſſequuntur; ac proindè fermentandi modus talis eſt: Accipe ſulphuris noſtri prædicti partem unam, & projice ſuper tres partes auri puriſſimi in crucibulo fuſi, & in momento videbis aurum, vi ſulphuris, converſum in ſulphur auri rubeum inferioris qualitatis, ut primum ſulphur, cujus accipe iterum partem unam, & denuò projice ſuper tres partes auri fuſi, & iterùm convertetur in ſulphur, ſeu maſſam frangibilem, cujus iterum accipe partem unam ſuper tręs auri partes, & habebis metallum malleabile, & extenſibile: ſi ſic invenies, bonum, aliter adde aliud ſulphur, & iterum abibit in ſulphur; tunc ſatis fermentatum erit ſulphur, ſive medicina noſtra ad naturam metallicam.

Projicendi modus talis erit: Recipe hujus ſulphuris fermentati partem unam, & projice ſuper decem partes Mercurii vivi in crucibulo calefacti, & habebis metallum perfectum: ſi non ſatis coloratum eſſet, funde iterum, & adde aliud ſulphur fermentatum, & ità coloratur; ſi frangibile evaderet, adde Mercurii vivi ſufficientem portionem, & erit omnibus numeris abſolutum.

Jam habes hìc, amice, deſcriptam univerſalem medicinam, tàm pro ſalute ad quoſcumq; humani corporis morbos profligandos, & ad vitam producendam, quam



Digitized by Google

ad tranſmutanda in aurum perfectiſſimum cuncta metalla. Redde itaque Omnipotenti Deo infinitas gratias, qui humanarum calamitatum miſertus, tandem hoc noſtro ævo inexhauſtum theſaurum nobis revelavit, & nos ad commune commodum patefecimus: præ omnibus pro tanti muneris largitate, ne delinquas in conſpectum ejus: oramus, aliter ſi feceris, ſine auro evadas Midas auritus.

IN-

Digitized by Google

# INDEX.

AQua Alexipharmaca. 5
Aqua Bezoartica. 5
Aqua Anti-hectica. 6
Aqua Anti-Venerea. 7
Aqua Arterialis. 9
Aqua alia Arterialis. 10
Arterialis Pulvis. 10
Aqua ophtalmica pretioſa. 11
Aqua ophtalmica compendioſior. 12
Aqua Perlarum. 12
Aqua ſomnifera. 13
Aqua ad ſtranguriam. 14
Antidotum Bezoarticum. 15
Balſamus Anti-nephriticus. 15
Balſamus Catholicus. 16
Balſamus ſanguinis humani. 19
Ceratum ad Callos. 19
Decoctum Anti-phthiſicum. 20
Decoctum ad Hæmorrhoidum dolores. 21
Decoctum ad ſimulandam amiſſam Virginitatem. 21
Electuarium ad menſtruorum profluvium. 23
Elixir Sanitatis. 24
Emplaſtrum Benedictum. 25
Emplaſtrum de Ladano. 26
Emplaſtrum Magiſtrale. 27
Emplaſtrum Ruptorium. 28
Emplaſtrum ad Rupturas. 30
Emplaſtrum aliud pro Ruptura. 30
Extractum febrifugum. 30
Hippocras Emeticum. 31
Laudanum opiatum. 32
Liquor ad Urinæ retentionem. 33
Oleum fœtidum. 34

Oleum

Digitized by Google

Oleum Verbenæ. 35
Panchymagogon. 35
Pilulæ familiares. 36
Pilulæ Dyſentericæ. 37
Pilulæ ad Gonorrhæam. 37
Pilulæ pro menſium retentione. 38
Pulvis Anti-nephriticus. 39
Pulvis contra lumbricos. 40
Pulvis Dyſentericus. 40
Pulvis Epilepticus. 41
Pulvis Epilepticus alius. 42
Pulvis Pleuriticus. 42
Pulvis Pleuriticus alius. 42
Syrupus Mulierum. 43
Syrupus pro lithiaſi. 44
Tinctura alKermes. 45
Tinctura Capillorum. 45
Tinctura Purgans. 46
Unguentum pro dolore hæmorrhoidum. 47
Unguentum pro Ambuſtis. 48
Unguentum Mirabile. 48
Unguentum Puſillum. 49
Unguentum ad Tineam. 50
De Lapide Philoſophorum. 51


FINIS.

Digitized by Google

# IN HADRIANI A MYNSICHT
## THESAURUM ET ARMAMENTARIUM Medico-Chymicum

*D. ANDREÆ BATTIMELLI*

Spagyrici Celeberrimi

## AUCTARIUM.

*Ex ejuſdem Chymiatrica Officina opulentiſſimum, Atque ſui ipſius ſudore ad ignis examen, ad hanc uſque diem ignoto, probatoque medicamentorum genere nobilitatum uſu, & doſi.*

VENETIIS, MDCCXVIII.

Apud Jo: Gabrielem Hertz.

*Superiorum Permiſſu, ac Privilegio.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# JOSEPH MUSITANUS
## Phyſiatros Profeſſor
## *LECTORI.*

SI quis in hæc, quæ ad HADRIANUM A MYNSICHT adjecit egregius Spagyricorum Princeps Andreas Battimelli, animum adverterit, facilè concipiet inexhauſtos eſſe Naturæ theſauros, atque hominum ingeniis, quæ in nobilitanda mente ſe addixerunt, factitanda proponi. En præter opes, in quas diviti vena theſaurus Hadrianæus erumpitur, præter illas, in quas nobiliori copia Muſitanus noſter effunditur, largiori Auctario qua pretio, qua novitate cunctis ſpectandus aperitur præſens Battimelli libellus. Hic enim liberali genio natus & enutritus, ad bonæ Philoſophiæ exemplar animum formavit, non vilem quæſtum, neque mercenariam operam ex ſuo opere quæſivit, ſed commune bonum, ſuamque famam amavit; Quapropter veterum Philoſophantium more ad ea, quæ vulgus negligit, & per naturam paſſim omnium oculis ſpectanda proponuntur, animum audacter adjecit, ut aliquid novi ſibi quoque eveniret, quamquam propemodum ſexcenta ab aliis in hominum uſum eſſe noviter detecta, & adinventa, ſola illa ingenuorum Virorum cogitatione ductus, nimirum Naturam ut matrem habendam eſſe, & nil ipſa fœcundius hoc in Univerſo à Deo fuiſſe genitum. Nec præconcepta ſpes eum fefellit; tot, tantaque in ſui conſpectum prodiere, ut facile eſſet, nedum pauca

hæc

Digitized by Google

hæc in libellum contexere, verùm in Spagyrica ſua Officina, veluti in Theatro quodam rerum mirandarum, infinita propemodum ſpectanda proponere, atque naturam de ſublimi miniſtrantem oſtentare. Huc ratio ſuorum ſtudiorum ſpectavit, queque animo tacitus ab ineunte adoleſcentia meditatus fuerat, hac in Officina ad incudem revocavit, & periculum facere fuit aggreſſus, non, ut reliquorum mos eſt, vel impoſturis captando, mercimoniam eorum, quæ factitaret, exercere. Sunt equidem multi florentiſſima in hac Civitate populari celebritate inſignes, ſed vel alienis laboribus invigilant, nec plagii nota inuri, damnarique curant, dum prædiviti pretio redimant, vel ſpecioſam ſuoptè ingenio exquirunt, redduntque impoſturam, nil penſi habentes, ſi cum ægrotantium hominum fortunis vitam quoque negotientur. Ab his quàm longè diſtet Andreas Battimelli, ſi non adhuc Lector Amice noſti, vel prima ipſius pagina dicet meliùs, quàm per me, hæc, quæ tibi veluti Oracula enodata habebuntur, & ſub cortina, nemini quàm ſibi revelanda, ſacra eſſe, tibi aperuit, atque in omnium uſus vulgavit. Itaque talem Virum mirare, dum amas, & lege, dum miraris. Vale.

AQUA

# AQUA CORDIALIS.

℞. *Aquar. meliſſ. baſilic. pomor. redolent. ana unc. i. cardiacæ unc. ii. Julep. Cinnam. unc. i. ſpec. de gem. calid. ſcrup. i. lign. aloes limat. oſſ. de cord. cerv. ana gr. vi. confect. alKerm. drach. i. dimid. tinct. corallior. drach. dimid. eſſentiæ meliſſ. citri ana gutt. v. manus Chriſti perlatæ unc. i. dimid. m.*

## *Vires, Uſus, Doſis:*

PRetioſa eſt hæc noſtra aqua contra cordis palpitationem; acre enim in ſanguine peccans, dum per cordis ventriculos tranſit, eoſque ſpaſmodicè convellens, corrigit, præcipitat, emendat, & eliminat; viſcidum attenuat, fluidum facit, & volatiliſat, halituoſum, & flatulentum diſcutit. Animi deliquio, lipothymiæ, & ſyncopi mirabiliter auxiliatur; ſanguinem namque in cordis ventriculis coagulatum reſolvit, & priſtinæ fluiditati reddit: nimis diſſoluto ſanguini conſiſtentiam reſtituit, & in æquabilem fermentationen reducit; fatiſcentes ſpiritus ſuſcitat, & ægrotos cadaverica forma amictos, & penè vita defunctos à faucibus orci revocat, & vitæ lux iterùm eluceſcit. In febribus ſyncopalibus, malignis, & peſtilentialibus eſt magnum remedium, quia cor, cœteraſque partes principes à malignis vaporibus in corpore natis, vel forinſecus allatis tuetur, illoſque ad corporis ambitum propellit, ſpiritus diſſipatos reſtaurat, vivificat, vegetos reddit, vires reficit, & in omni cordis pathemate irrita cordialia ephithemata Galeniſtarum facit. Hujus aquæ cordialis Doſis eſt unum, vel alterum cochlear per epicraſim reiterando.

BAL-

Digitized by Google

## BALSAMUS SATURNI.

*℞. Salis Saturni cryſtalliſati lib.* I. *tere ſubtiliter, & diſſ. in ol. roſac. hyperic. ſaniculæ, chamomill. Appericis, Scorpion. Juniperi, lavendulæ ana unc. iii. m. & fortiter agita, donec perfectè coierint, circula per dimidium menſem chymicum: quem ſerva in vaſe vitreo optimè obturato.*

*Vires, & Uſus.*

Singulare arcanum eſt hic Saturni balſamus pro vulneribus, cujuſcumque conditionis ſint, etiam telo venenato inflictis; venenoſitatem namque arcet, purgat, & purificat, omnemque putredinem inhibet, & à ſymptomatibus, quæ ſupervenire ſolent, vindicat, & brevi temporis curſu perfectæ ſanitati reſtituit. Pro ulceribus unicum eſt, & expertum remedium, præſertim corroſivis, quæ à ſale nimis exaltatum ortum ſumunt, ut inflammationibus, ambuſtis, puſtulis faciei rubris, impetigine, ſerpigine, herpete, cancro, lupo, & ſimilibus ulceribus malignis, corroſivis, & Saturninis, quia ſicut vulgare ſaccharum acrimoniam, & amaritiem corrigit, & temperat, ita Sal Saturni, quod pro baſi balſamum ingreditur, ſalia corroſiva, & realgarina in ulceribus mitigat, & dulcificat. Renibus inunctus balſamus iſte libidinem extinguit, & caſtitatem inducit.

BAL-

Digitized by Google

# BALSAMUS VULNERARIUS.

℞. *FOl. ſanicul. ſummitat. hyperici, & botrios, fol. hederæ terreſtr. ana m. ii. ſalviæ utriuſque, chamæpit. ana m. dimid. Macerentur per tres dies in vaſe fictili cum vini albi generoſi lib. iii. adde olei veteris lib. iv. bulliant lento igne ad vini conſumptionem, in colatura miſce terebinth. lib. ii. thuris opt. unc. iv. myrrh. unc. iii. maſtich. ſang. dracon. ana unc. ii. ſtyrac. calamit. unc. i. ferveſiant parum lento igne, deindè inſolentur per decem dies, & in vaſe vitreo ad uſus ſerva.*

## *Vires, & Uſus.*

NUnquam ſatis laudatus eſt hic balſamus in cujuſcumque generis vulneribus percurandis, in quacumque corporis parte inflictis, etiam penetrantibus, & cum oſſium fractura; nam vulnera citò, & tutò ſanat, pus generari non ſinit, & dolorem arcet, & ſi adſit, pacat, inflammationem impedit, & ſi circumjacentes partes illinantur, habet defenſivi rationem. In nervorum vulneribus mira præſtat.

---

# CATHARTICUM CATHOLICUM.

℞. *Rad. Apii, aſparagi, petroſelini ana unc. dimid. enulæ camp. drach. vi. herb. abſynth. Card. bened. Centaureæ min. ana m. i. flor. roris marini, lavendulæ, pæoniæ, primulæ veris ana p. 1. fol. ſampſuci, betonicæ, ſalviæ ana m. dimid. ſem. carthami unc. i. aniſor. fæniculi, ebuli ana drach. ii. polyp. querc. unc. vi. Inciſa, & contuſa groſſo modo infundantur in ſ. q. vini albi ſpatio 72. hor. Deindè bulliant lento igne, vitro bene clauſo, per horam, poſteà colentur, ac exprimantur fortiter, reſiduo iterùm ſuperfun-*

*datur vini alb. generoſi q. ſ. & bulliant, ut priùs per mediam horam, & iterùm colentur: tuas omnes colaturas albumine ovi clarifica, & tandem ad extracti conſiſtentiam evapora, & ſerva.*

*Tunc ℞. fol. ſen. Or. jalap. mecboacan. ana unc. iii. rhabarb. elect. unc. ii. epithymi, flor. cord. ana m. dimid. galang. nuc. moſch. Zingib. alb. ana drach. ii. macis ſcrup. ii. caryophyll. piper. long. lign. aloes ana drach. ii. Inciſa, & contuſa infundantur in ſ. q. ſpiritus vini, per tres dies digerantur, ut illorum vis totaliter extrahatur, tum decanta tincturam, & novum ſpiritum deſuper funde, digere, decanta, & ſerva, donec nulla tinctura extrahatur, & redige in extractum. Conjunge hæc duo extracta, denuò diſſ. cum ſ. q. ſpiritus vini, & lege artis tincturas filtra, & lento igne ad formam extracti evapora.*

*Tum ℞. Reſinæ Jalap. ſcammon. ana unc. i. mecboacan. unc. dimid. gummi gutt. drach. vi. Reduc in pulverem, & in ſpiritu vini exactè diſſ. filtra, & in hac tinctura ambo extracta diſſolve, tunc iterùm filtra; quod filtratum eſt, evapora ad extracti conſiſtentiam, quod irrora ol. cinnam. ac caryophyll. aliquot guttis, & ad uſum ſerva.*

## *Vires, Uſus, Doſis.*

HOc noſtrum catharticum dicitur Catholicum, ideſt univerſale, quia omni ætati, ſexui, & tempori eſt appropriatum; tam enim in genere, quàm in ſpecie omnes humores ſuperfluos, & degeneres in quibuſcumque penitioribus corporis partibus latitantes leniter, ſine moleſtia, nauſea, & torminibus purgat: Eapropter nobilius, ut hoc noſtrum catharticum, in tota rerum natura inveniri non poteſt. Doſis ſcrup. dimid. ad ſcrup. i. & ad drach. dimid.

CERA-

Digitized by Google

## CERATUM AD VULNERA.

℞. OL. roſac. violar. chamomel. ana unc. i. axungiæ gallinæ, medull. crurum vituli ana drach. dimid. lumbricor. terreſtr. vino lotor. unc. i. butyri recent. drach. vi. mucilag. althææ lib. i. dimid Bulliant omnia ad conſumptionem mucilaginis, deinde colentur, & colaturæ adde lithargyr. aur. unc. ii. dimid. minii unc. iii. ceræ albæ q. ſ. f. ceratum, addendo terebinth. unc. i. maſtich. lavendulæ ana unc. dimid.

*Vires, & Uſus.*

EXcellens eſt hoc noſtrum Ceratum ad vulnera in locis nervoſis, & etiam tendinoſis, vel diſſectis, vel punctis; hæ enim partes exquiſitiſſimo gaudent ſenſu, & præter intenſiſſimum dolorem alia prava acceſſunt ſymptomata, & præſertim putredinem: eapropter hoc ceratum dolores demulcet, à putredine præſervat, & nervorum vulnera ſanat, ut pluries nos experientia docuit. Applicatur calidum ſupra partem vulneratam.

---

## CROCUS MARTIS APERITIVUS.

℞. MArtis limati q. ſ. & cum æquo ſalis ammoniaci pondere miſce, tere, & ſublima, ſublimatum collige, tere, & ſuperfunde aquam calidam, & decanta, hoc reitera quouſque omnis acrimonia ſalis ſublata fuerit, tum demùm exſicca, & ſerva.



Digitized by Google

### *Vires, Uſus, Doſis.*

HIc Crocus Martis ex noſtra inventione eſt affectus hypochondriaci unicum, & ſummum remedium; nam non ſolùm acidum vitiatum in ventriculo, abdomine, primis viis inhærens, ſed etiam ſuccum pancreaticum nimis aciditatum, felleum torpidum, viſcera labefactata, & humores depravatos corrigit, emendat, abſorbet, infringit, obtundit, immutat, & omnium viſcerum obſtructiones reſerat. Imò ſpiritus ſaturnina energia fixos, torpidos, ſopitos, & quaſi defunctos erigit, reſtaurat, & ſuſcitat; quandoque inordinatos, perturbatos, & ferocientes ab acido ſylveſtri, unde tota corporis machina concutitur, corrigit, emendat, & pacat. Sanguinem ab acido conſpurcatum, unde fædus, luridus & teter oritur color, purgat, emendat, abſtergit. Eapropter ſcorbuto, leucophlegmatiæ, cachexiæ jamjam ad hydropem ruenti, febri albæ, lienis, hepatis, & meſenterii tumoribus medetur. Menſtrua ſuppreſſa movet, pigra ſollicitat, & diminuta auget. Doſis ſcrup. dimid. cum julepo, vel ſyrupo appropriato, per menſem continuari debet, præmiſſa tamen catharſi.

---

## ELIXIR CORDIALE.

℞. *SAlis perlarum unc. i. dimid. ſalis corallior. matris perlar. ocul. cancr. ana unc. i. m. & ſerva. Tum* ℞. *lapid. bezoar. unc. i. cui ſuperfunde ſucc. citri unc. iii. ſtent ſimul per tres dies, deindè cola, & ſerva Tunc* ℞. *Galang. caryophyll. piper. long. cubebar. nuc moſch. ana unc. dimid. cinnam. unc. iii. lign. aloes unc. dimid. Inciſa, & contuſa infundantur in ſ. q. ſpiritus vini ſpatio 72. hor. tum adde flor. cord. & roſ. ana p. i. Deſtillentur denique omnia per alembicum roſtratum, igne mediocri, quod deſtillatum eſt, ſerva. Tunc.* ℞. *Confect. alKermes,*

Digitized by Google

*[illegible] ...thi, diambræ ana unc.ii. quibus ſuperfunde, quod ſupra deſtillatum eſt, & ſervatum. Stent in infuſione per tres dies in loco calido, deindè colentur, & colaturam ſerva. Tunc accipe ſalia ſupradicta, quibus ſuperfunde totam quantitatem tincturæ alKermes, &c. ſupra ſervatas claude vas., & calore lentiſſimo digere per dies octo, poſtea adde ſolutionem lapidis Bezoar, & iterum digere, & circula, denique filtra, & habebis elixir cordiale, cui adde aquæ cinnamomi unc. vi. m. & ſerva ad uſum.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

INſigne eſt medicamentum in omnibus cordis affectibus; nam magnanimitatem adauget, morbis melancholicis, & ſine ratione mæſtis mirificè ſuccurrit. Eſt ſpecifica cordis medicina in animi deliquio, tremore, palpitatione, lipothymia, & ſyncope, ac illud ab omni aura venenata, & aere maligno tuetur, & roborat, ſpiritus omnes reficit, & pene aufugientes evocat, unde proximè morituros, & agonizantes ad vitam quaſi revocat. Chronico morbo extenuatos, vel imbecillitate deficientes roborat. Partes principes munit, & præſertim caput, vertiginem abigit, epilepſiæ medetur, viſum clarificat, omnes ſenſus acuit, à multis morbis ejus uſus præſervat, & canitiem moratur. Tum ventriculum diminutè, vel depravatè concoquentem corrigit, & bonam digeſtionem promovet. Summum tandem remedium eſt contra febres ſyncopales, malignas, & peſtilentes. Doſis cochlear unum, aliquoties repetendo.



Digitized by Google

## ELIXIR SENECTUTIS.

*℞. Cinnam. elect. unc. i. dimid. zingiber. drach. i. piperis albi drach. dimid. granor. Paradiſi, nuc. moſch. caryophyll. ana drach. i. ſquinant. ſcrup. dimid. ſpic. nardi gr. viii. Omnia craſſo modo contuſa infundantur in ſpiritus vini lib. ii. per decem dies, & ſingulis diebus bis agitentur, tandem colentur, & ſi libet, adde ſaccharum ad libitum.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

HOc noſtræ inventionis elixir, Regium planè medicamentum eſt, vivificum Nectar, & maximus humanæ Vitæ Theſaurus; humiditates namque in toto corpore excrementitias abſumit, putredinem arcet, omnibus morbis à ſanguine depravato, & nutrimento degenerato geneſim ducentibus, reſiſtit, cor corroborat, vires viribus firmat, ſpiritus quoſcumque reficit, ſanguinem mundificat, calorem nativum adauget, humidum primigeneum ſuſtentat, ſenſus omnes tum internos tum externos acuit, memoriam fœcundat, intellectum excitat, Veneris defectus reparat, & tandem, cujus proprium eſt, ſanitatem conſervat, vitam prolongat, juventutem producit, canitiem, & ſenectutem retardat, undè meritò lac ſenum nominatur, & hujus uſu juvenes repueraſcunt, & ſenes juveneſcunt, ac propterea mortale, & caducum animæ humanæ domicilium hujus crebriori uſu, interim moderato, ſi ad immortalitatem aſpirare non poteſt, ſaltem ad vitam longam aſpirare facit, quod Dei donum eſt. Doſis drach. dimid. ad drach. i. alternis diebus jejuno ſtomacho in aurora cum decenti liquore.

EM-

Digitized by Google

## EMPLASTRUM MATRICALE.

℞. *Galbani opt. drach. i. dimid. aſæ fœtidæ unc. i. myrrhæ rubræ drach. ii. dimid. bdellii, & carannæ ana drac. ii. pulv. matricariæ, artemiſiæ ana drach. dimid. ſemin. agn. caſti ſcrup. i. ol. ſuccini ſcrup. ii. caſtorei ſcrup. dimid. Gummata diſſolvantur in aceto, & l. a. f. empl.*

*Vires & Uſus.*

EXimium eſt hoc emplaſtrum in acerrimis, & diuturnis uteri cruciatibus, præſertim utero gerentibus, & puerperis, quibus hic affectus periculoſus eſſe, & in epilepſiam degenerare ſolet. Maximum remedium eſt in uteri dolore ab impedito menſtruorum fluxu, vel ſi inſtanti menſium fluxui dolor accedat, vel menſtruis maximo cum dolore fluentibus dolor copuletur; ſanguinis enim acrimoniam corrigit, vel ejus thrombos fluidos reddit, vel ſi dolor à ſemine in utero corrupto ortum ſumat, illud abſumit. Uterinæ ſuffocationis materiam in ructus, & flatus reſolvit & abſumit. Uteri aſcenſum, ut bardè autumant aliqui, in propria ſede obfirmat. Fluorem uteri compeſcit, & abortum præcavet. Calidum uteri regioni applicatur.

---

## ESSENTIA EPILEPTICA.

℞. *DUo, vel tria crania microcoſmica, ex violenta morte, recentia, hæc in mortario marmoreo craſſo modo terantur: hanc materiam tritam inde phiala vitrea capaci, deſuper affundendo ſpiritum vini vulgarem, ut quatuor, vel quinque digitis ſupernatet. Vas accuratiſſimè claude, ne quid exhalet, fiat digeſtio in Balneo vaporoſo ſaltem per duodecim dies. Poſtmodum coletur, & exprimatur materia*

teria per torcular perquàm fortiſſimè, & prodibit liquor rubicundus ſanguinis inſtar, qui oleoſus eſt, & ſeroſus, iterùm affundatur fœcibus novum menſtruum, digerendo per quatuor, vel quinque dies, colando, & exprimendo per torcular, ut omnis eſſentia ſubſtantifica exactiſſimè extrahatur. Omnes hi liquores, & expreſſiones invicem commiſtæ alembico indantur, deſtillentur per Balneum vaporoſum, donec remaneat extractum in forma ſapæ, imprægnatum tum ſulphure, tum ſale, quo potiſſimum cranium abundat, imo totum ferè ſalinum eſt. Tandem huic extracto denuò ſuperfunde vini ſpiritum, digere per viginti dies, & habebis puram eſſentiam cranii humani. Hanc eſſentiam digeſtam, & perfectè depuratam tanquam pretioſiſſimum theſaurum adverſus morbum Herculeum religioſiſſimè ſerva. Doſis ſcrup. dimid. ad ſcrup. j. in liquore convenienti.

---

## MAGISTERIUM CORDIALE.

℞. Magiſt. perlar. ocul. cancr. corn. cerv. ſpagyricè præp. magiſt. corall. rubr. & alb. ana unc. i. lapidis Bezoar. Or. Occ. ana unc. dimid. radic. tormentill. contrayervæ, petaſit. ana unc. i. lign. aloes unc. dimid. His omnibus ritè præparatis, ac in pollinem redactis adde ſalis perlar. & corallior. ana unc. i. omnia exactè miſce in mortario lapideo, & adde ſacchari albiſſimi unc. vi. iterùm miſce diligenter, & tandem irrora olei cinnamomi, citri, aniſor. & caryophyllor. aliquot guttis, quibus etiam addi poteſt ambræ griſ. ſcrup. i. & ſerva in vaſe vitreo bene clauſo ad uſum.

Vi-

Digitized by Google

### *Vires, Uſus, Doſis.*

MAgnam habet efficaciam in percurandis omnibus cordis affectibus, febribus ſyncopalibus, & malignis; ſed minimè cum noſtro Elixire cordiali eſt comparandum. Doſis drac.ii. ad iij. in vehiculis propriè morbum reſpicientibus.

Noſtrates Medici magno cum uſufructu circumferunt *magiſterium* quoddam quod *cordiale* (ſed neſcimus, quomodo cordiale ſit) appellant, & magnifaciunt, imo ad illud, tanquam ad ſacram anchoram, in febribus malignis confugiunt: componitur ex *Antimonio diaphoretico*, *perlis præparatis*, *oculis cancrorum*, & *cornu cervi præparato ana.*

---

## MAGISTERIUM PERLARUM.

℞. *PErlar. craſſiuſcule contuſar. lib. i. cui ſuperfunde ſpiritus nitri unc. vi. Stent in infuſione per duos dies in calido, tum infunde aquæ calidæ lib. ij. & in digeſtione relinque per plures horas, poſteà filtra, & denique præcipita opt. ſpiritu vitrioli, cujus opera perlæ ſolutæ ictu oculi ſummè albicantes, nivis inſtar fundum petent, à quibus poſteà prædictum ſolvens per inclinationem decanta, & materiam aliquoties aqua calida perfectè edulcora. Quod ſi quid indiſſolutum in fundo remaneat, iterum ſuperfunde ſpiritus nitri portionem, & ut ſupra procede ad plenariam uſque perlarum diſſolutionem.* Hac methodo alia parantur magiſteria, ut *oculi cancror. matris perlarum*, *coralliorum*, & hoc genus alia.



Digitized by Google

## MAGISTERIUM HYACINTHI, SMARAGDI, ET RUBINI.

HÆc magiſteria eadem quoque methodo, & opificio parantur, ſed illorum calcinatio antecedere debet; ut

℞. *Hyacinth. vel Smaragd. vel Rubin. q. v. contundantur ſubtiliter, & cum pari florum ſulphuris pondere calcina, tum aqua calida aliquoties lava, & deniquè ſuperfunde ſpiritus nitri uni horum libræ unc. v. digere, & ut ſupra procede, ut diximus in Magiſterii Perlarum præparatione*. Et ita ex omnibus lapidibus pretioſis perfectum magiſterium habebis, hucuſque nunquam detectum.

## MANNA, SEU SACCHARUM ALUMINIS.

℞. *ALuminis recc. q. v. ſolve in ſ. q. aquæ fontis, filtra, & ſerva; tunc fac lixivium ex cineribus ligni querni, & tartaro calcinato, ita ut lixivium forte evadat, & ſedulo filtra: tunc ℞. Alumen filtratum, & lixivium, & ambo unà confunde; & magiſterium aluminis ictu oculi præcipitari, & fundum petere videbis, relinque per horam, ut ſubſideat, & ſupernatantem liquorem decanta, & aquam dulcem deſuper funde, & decanta, & tandiù repete donec alumen manna, vel ſacchari inſtar dulceſcat*. Cœterum compendioſiori methodo ità Mannam, ſeu ſaccharum Aluminis efficies, ſi recipies, *Alum. recc. q. v. & projicies in ſ. q. lixivii ſaponariorum, & momento alumen præcipitatur, poſt ſubſidentiam decanta lixivium, & reaffunde aquam communem, & decanta, & ita reitera, donec alumen dulceſcat, & ſiccatum ſerva*.

*Vi-*

Digitized by Google

## Vires, Uſus, Doſis.

MAgnum arcanum eſt in febre hectica; hæc enim conſiſtit in ſubtili partium ſolidarum aciditate, quæ effervescens in iſtis partibus, lenem & blandum inducit calorem, præternaturalem tamen, ſenſim ſenſimque depaſcentem partium nutrimentum, & eaſdem ad ariduram ducentem: hæc aluminis dulcedo aciditatem in partibus ſolidis hærentem concentrat; & nutrimentum, ac ſanguinem aciditate conſpurcatum temperat, obtundit, & abſtergit: Hoc aluminis ſaccharum eſt *Petri Poterii* decantatum illud *Antihecticum*: & ſicut dulcedo aluminis ſaccharina in Dyſenteria promptiſſimè abſorbet acidum inteſtina exulcerans, & corrodens; ità etiam in hectica promptè arripit, & imbibit iſtud ſubtile acidum, quo obſidentur partes hecticæ, quo acido correcto, & abluto, vel ſpontè poſtmodum hectica ceſſat.

---

## MENSTRUUM AD EXTRAHENDAS ESSENTIAS RESINOSAS.

℞. *Nitri purificatiſſimi, & omni humiditate privati q. ſ. Saturni lib. 1. dimid. funde in patina ferrea, cui ſenſim ſuperfunde nitrum, quod olei inſtar liqueſcet, & tandiù ſpatula agita, donec fumum non edat. Frigefactam maſſam exime, & invenies Saturnum coagulatum, & nitrum deſuper fixum reſtabit. Tunc ℞. Nitrum fixum, & calidè ſubtiliter pulveriſa, & pone in cornuta, ac ſingulis nitri fixi libris ſuperfunde ſpiritus ex nitro abſolutè deſtillati lib. ij. Deſtilla, & prodibit ſpiritus inſipidus, ter cohoba, & ſemper inſipidus exſtillabit, & in tertio cohobio ita da ignem, ut nitrum fixum intra cornutam exſiccetur, quam frange,*

&

Digitized by Google

*& nitrum in fundo repertum calidè pulveriſa in mortario lapideo cum piſtillo etiam lapideo, pulveriſatum* pone *in vaſe vitreo, in loco humido, ut fiat oleum p. d. quod per chartam emporeticam filtra, & ſingulis dicti olei libris miſce ſpiritus vini rectificatiſſimi lib. ij. & in retorta lentiſſimo igne deſtilla, donec totus vini ſpiritus exierit, & ter coboba ſpiritum vini ſupra dictum oleum. Hoc peracto, ol. nitri p. d. in fundo retortæ relictum lentiſſimo igne exſicca, ut ejus ſal remaneat, quod tere calidè in mortario cum piſtillo lapideo, & pone in vaſe vitreo, ut in cella vinaria ſolvatur in ol. p. d. & per chartam emporeticam filtra, & denuo cum vini ſpiritus rectificatiſſimi libr. ij. per retortam coboba*, & habebis menſtruum pro omnibus eſſentiis reſinoſis eliciendis immortale, quod cuncta corpora reſinoſa penetrat, & ſolvit, cuſtodit craſes incorruptas, & per balneum non aſcendit: eſt liquor immortalis, agit, ſolvit, abſque eo quòd debilitetur, vel patiatur: eſt parvum tandem AlKaheſt, quod ingenuè, & ſine invidia communicamus; & hac methodo ſternitur iter ad celebre illud Magni Theophraſti Paracelſi AlKaheſt, ſi ulterius progredieris, ſed præſtat hoc potiùs alto ſilentio involvere, quàm muri foramen oſtendere, ut vulgo fertur.

Si vis v. g. ex ſuccino eſſentiam ſub forma olei extrahere, ita procede. ♃. *Hujus menſtrui lib. i. ſuccini pulveriſati unc. ij. pone in matracio, vel aludele, & per 24. horas trade digeſtioni in igne arenæ, deinde adde ſpiritus vini rectificati lib. ij. & per alias 24. horas circula, & videbis ſupra ſpiritum vini oleum ſuccini ſupernatans, aureum colorem referens. Frigefacto vaſe ſepara, & ſerva*. Menſtruum à vini ſpiritu ſepara, ut artis eſt, quod ad inexhauſtos uſus religioſè cuſtodi..

MEN-

Digitized by Google

## MENSTRUUM AD EXTRAHENDAS VEGETABILIUM TINCTURAS.

℞. R*Oris majalis per munda linteamina in pratis collecti q. v. deindè per chartam emporeticam filtra, circula in matracio capaciſſimo cum capitello cæcò in ventre equino per 40. dies, deindè deſtilla in B. M. ad quartam uſque partem; quod remanet, abjice. Recipe, quod deſtillatum eſt, iterùm pone in ventre equino cum eodem matracio per alios 40. dies, poſt quos deſtilla in eodem B. donec quarta pars remaneat, quam abjice, & deſtillatum pone in eodem matracio, in ventre equino per 15. dies, & poſtmodùm deſtilla, & quartam partem projice, & hoc quater repete, & habebis ſpiritum roris nitidiſſimum, ſummoperè penetrantem, & ſolventem, quem circula ad libitum, & factum eſt menſtruum, cujus ope folia metallorum volatilia efficiuntur, & in aquam, ſeu ſpiritum volatilem abeunt, ſi optimè Pyrotechnicam artem calles. Ad extrahendas aromatum, florum, & herbarum eſſentias recipe ſpiritus roris lib. iij. ſpiritus Vini alKoholiſati lib. ij. m. & convenientis menſtrui quantitate utere ſecundùm extractionum exigentias.*

---

## MERCURIUS EX ANTIMONIO.

℞. A*Ntimonii partem puriorem, quæ juxta noſtram ſententiam eſt Regulus ipſius antimonii, hunc ſubtiliter pulveriſa, cui admiſce ſalis ammoniaci, tartari, & nitri partes æquales, tere omnia ſimul, & inde retortæ optimè lutatæ, & per decem dies igne lento digere, tandem ſuperfunde ſpiritum urinæ puerorum ad ſupereminentiam duorum, vel quatuor digitorum, ac iterùm digere calore leni, tùm tandem deſtilla igne*

*lento,*

Digitized by Google

*lento, deinde fortiori, & denique fortiſſimo, & hoc igne Mercurius Antimonii ſuaviter, & ſenſim deſtillabit, quem ab omnibus partibus ſepara, & ſerva.*

### *Vires, & Uſus.*

HIc Antimonii Mercurius ardenter expetitur ab Alchymiſtis pro metallorum metamorphoſi. Hic Mercurius, quem ex noſtra inventione ex antimonio elicimus ( ut ſulphur; & ſal taceamus ) eſt ex Mercurio metallico, Saturni naturam participante, indigeſto attamen, coagulato, magiſque coacto, quàm ipſe Mercurius, quem noſtra inventione fluidum reddimus.

---

## MERCURIUS DIAPHORETICUS.

℞. *Mercurium, quem ſolve in ſpiritu nitri, ſolutum filtra, & aqua maris, vel aqua in qua ſolutum ſit ſal marinum, præcipita, præcipitatum edulcora, & ſicca, & denuò ſolve in ſuff. q. ſpiritus nitri, præcipita, edulcora, & ſicca: hunc proceſſum ſepties repete, & tùm in aludele ſepties ſublima more ſolito; ſic enim Mercurii partes per repetitas ſolutiones, & ſublimationes externæ intravertuntur, & internæ extravertuntur, & fixus, ac diaphoreticus evadet. Huic Mercurio, ſi vis, adde ad libitum Mercurium Vitæ fixum, & fortiter tere. Tùm tandèm ſepties, & ultra ſpiritum vini vulgarem ſemper recentem affunde, & deſtilla, ut, velut ſaccharum, dulcis evadat, & ſerva.* Si experiri vis, an fixus ſit, trade igni fortiſſimo, donec candeſcat, & omnem Vulcani activitatem ſpernet.

*Vi-*

Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

MUltæ Mercurii diaphoretici deſcriptiones circumferuntur; ſed hæ ſunt meræ Mercurii præparationes, & ob hunc Mercurium pluries præcipitatum quidam medici, & pharmacopolæ gloriantur, & veluti bulla intumeſcunt, tanquam magnum arcanum comperiiſſent, & magno pretio, cariùs auro venditant: ſed decantatos ab auctoribus effectus non patrat, imò potius imponunt, cùm quandoque horrendas vomitiones, & ſeceſſus, imò ſi pluries propinetur, ptyaliſmum excitat. Hic noſter Mercurius diaphoreticus tantùm indolem diaphoreticam nactus eſt; eapropter in omnibus morbis, qui curationem admittunt, erit efficacia præditus, & quicquid Phyſicus, vel Chirurgus in ſanando optat, complebit. In lue Venerea & in quacumque ejus ſpecie, ut gummatibus, doloribus, ulceribus, puſtulis, gonorrhœa, etiam in tabe ſummum, et catholicum remedium eſt. Item in quacunque hydropis ſpecie, quibuſcumque febribus, etiam malignis, epidemicis, peſtilentialibus, et omnibus ferè aliis morbis, qui ex materiali aliqua cauſa producuntur, & foventur, nam corpus humanum quantumvis ſordidum per diaphoreſin purgat, ſi prudenter exhibeatur. Doſis gr. ij. ad ſummum iij. in pilulæ aggregativæ gr. vi. vel vii. vel in confectione de Hyacintho, vel alKermes, mane jejuno ſtomacho, vel veſperi ante cœnam, ut videbitur.

---

## PANACÆA MERCURII.

℞. *MErcurii currentis unc. iv. Mercurii ſublimati unc. viij. m. & ſublima ter, vel quater ex aludele, ut artis eſt, & habebis ſublimatum dulcem, hunc diſſolve*

*in*

*in ſpiritu vini, ſolutionem filtra, & ſpiritu vitrioli præcipita, & Mercurius vaſis fundum petet nive candidior, quem aliquoties aqua fontis calida dulcifica, ut in ſaccharinum abeat præcipitatum, tum demum huic ſuperfunde ſpiritus vini optimi unc. viii. deſtilla, & hoc ter reitera, & ad uſus ſerva.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc noſtra Mercurii Panacæa omnibus luis Venereæ ſpeciebus oppoſita eſt, nec ſymptoma, quod huic non cedat; doloribus namque, gummatibus, ulceribus, puſtulis, bubonibus, gonorrhœæ quantumvis antiquæ, renum ulceribus, &c. ſi internè ſumatur, medetur, & tandem tabem Veneream, ſi dextrè adminiſtretur, optimè curat. Externè oſſium eroſioni, ulceribus, puſtulis, cariebus, & bubonum ſpuriorum glandulis adapertis mirificè ſuccurrit. Oris, faucium, & columellæ ulcera in gargariſmate perfectè ſanat. In pectoris hydrope, empyemate, ſingulare eſt medicamentum. Multis aliis morbis accommodari poteſt, ut nos comperimus, quos uſus te docebit.

## SAL AMMONIACUM APERITIVUM.

℞. *MArtis limati lib. dimid. ſalis ammoniaci lib. i. optimè miſce, & in aludele ſublima, ſublimatum collige, & denuo huic adde Martis limati unc. viii. & iterùm ſublima, ſublimatum collige, cui denuò miſce Martis limati unc. iii. & tertia vice ſublima, & ita ſufficienter ſal erit imprægnatum ſulphure, & in vaſe vitreo conſerva hoc ſal pretioſum.*

*Vires,*

Digitized by Google

### *Vires, Uſus, Doſis.*

MIraculoſum, & probatiſſimum eſt hoc noſtrum ſal in cujuſcumque viſceris reſerandis obſtructionibus citò, & ſine patientis moleſtia; ſummum eſt aperitivum, quia ſublimè ſubtiliores ſulphureas Martis particulas rapit, ideoque penetrat, & omnia obſtructa viſcera aperit. Doſis gr.v. ad viij. in ſyrupo appropriato, vel juſculo bis in hebdomada ſumitur matutino tempore.

---

## SAL TARTARI FIXUM.

℞. *Salis Tartari ex calcinato tartaro extracti lib. i. cui admiſce exactè ſulphuris unc. i. dimid. & in vaſe fictili moderato igne calcina ad ſulphuris deflagrationem uſque, denique diſſolve in aqua fontis, filtra, evapora uſq; ad cuticulam, & habebis ſal tartari cryſtallinum, quod in deliquium abire non poteſt.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

SIngulare eſt remedium in ſtomachi, inteſtinorum, meſenterii, hepatis, lienis obſtructione, & ipſiſſima melancholia hypochondriaca; humores namque viſcidos, & tartareos incidit, attenuat, ſubducit, in febribus intermittentibus putredini reſiſtit, & ſanguinis maſſam corrigit, alvum leniter ſolvit, purgatque, ſi aliquot diagrydij granis roboretur. Doſis drach. dimid. ad drach. j. in juſculo, vel alio liquore appropriato.

# SAL TARTARI VOLATILE.

℞. *Salis tartari ſummè purificati lib. i. quod ſit per iteratas ſolutiones, & coagulationes, uſquequò ſal tartari ſummè purificatum, ac lucidum fuerit; tunc veniat pluvia ſuper hanc terram aridam ad eam reſtaurandam, & impinguandam, hoc eſt ſuperfunde ſpiritus vini optimè rectificati unc. i. dimid. ita tamen ne pelagus fiat, jam neceſſe eſt, ut ſol ſuper hanc terram radios ſuos expandat, & ſic mediante rore, ac radiis ſolaribus terra habilis fiat ad ſublimandum, quod pluries reiteretur oportet, & ſulphur, & Mercurius perfectè una maritantur, & coeunt, & facilius ad altiorem gradum extolluntur,* quæ ſublimatio peritum, & patientem requirit ſpagyricum, qui maximam ſolertiam adhibere debet, ut ſal tartari ſublimetur ceu fit Mercurius ſublimatus.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HOc noſtrum ſal volatile tartari nulli cognitum eſt, magnum arcanum, & glorioſum remedium in melancholia hypochondriaca etiam antiquata; momento enim omnia viſcera obſtructa volatilitate ſua penetrat, irrepit, & reſerat, ac omnia acida in quacumque penitiori corporis parte immutat, abſorbet, & dulcificat, ac tandem omnia hujus Dæmoniaci morbi ſymptomata aufert: Nolumus mirabilis hujus ſalis volatilis vires nimium verbis extollere, nam non opus eſt hedera, & ſatis per ſe ſibi laudes ex effectibus acquirit. Doſis gr. v. ad ſcrup. dimid. in vehiculo appropriato.

SCU-

Digitized by Google

## SCUTUM STOMACHICUM.

℞. *Cinnamomi electi, caryophyllor. ana drach. i. galangæ, macis ana drach. dimid. nuc. moſch. ſcrup. ij. calami aromatici drach. i. dimid. lign. aloes ſcrup. i. gall. moſch. balauſt. ana drach. dimid. roſar. rubr. drach. ij. maſtich. ladani ana drach. i. balſ. Peruviani nigri drach. dimid. ol. maſtichis, & menthæ ana unc. i. dimid. roſ. unc. ii. ceræ unc. i. reſinæ terebinth. q. ſ. f. l. a. ceratum.*

### *Vires, & Uſus.*

Celeberrimum eſt hoc noſtrum Scutum ſtomachale in omnibus ſtomachi defectibus, ideòque in frequenti habemus uſu propter mirabiles, & ſalutares effectus; omnibus enim vitiis à materia cruda ortis ſuccurrit, coctionem juvat, ventriculum debilem roborat, ciborum appetentiam excitat, cibum in cœliaca retinet, ventris fluxus compeſcit, dolores à frigiditate genitos ſedat, flatus diſſipat, vomitum cohibet. Applicatur ſtomachi regioni calidum ſuper alutam extenſum, & ad caſum uſque geſtatur.

---

## SPECIFICUM CONTRA GONORRHOEAM.

℞. *Veneris purificatæ unc. iij. Mercurii vivi unc. vj. f. amalgama, ut artis eſt, in crucibulo. Hoc facto pulveriſa hanc miſturam, & cum pari ſalis nitri pondere calcina, & habebis Veneris calcem, quam aqua calida lava tandiu, donec dulcis totaliter evadat, tandem ſuper hanc aliquoties vini ſpiritus accendatur, & ad uſum repone in vaſe vitreo.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

EST peculiare ſpecificum contra gonorrhœam quamtumvis virulentam, & antiquatam, jamiam omnia luis Venereæ ſymptomata minitantem, & eſto gonorrhœa ceſſare videatur, redit tamen, exhibito hoc ſpecifico; movet namque hoc ſpecificum gonorrhœam ſimul, & eandem exſtinguit, & Venereum contagium radicitus à corpore vellit, ac ab omni impoſterum ſuſpicione vindicat. Doſis gr. ij. ad iij. in aliqua maſſa pilulari, & tamdiù reiterari debet, quouſque omnis ſanioſus fluxus ſublatus fuerit, quod breviter evenit.

---

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI ACIDUS.

℞. *Salis ammoniaci lib. i. furfuris lib. ij. m. opt. & ex retorta bene loricata, igne mediocri, ſpiritum elice. Hunc ſpiritum rectifica, & habebis ſpiritum ſalis ammoniaci acidum, quem in vaſe vitreo opt. clauſo ad uſum ſerva,*

*Vires, Uſus, Doſis.*

MAgnum Arcanum eſt in malo hypochondriaco, & vocatur ſpiritus Anti-hypochondriacus; item in cachexia, hydrope, calculo renum, & ciendis menſibus, imò lochiis retentis: vocatur ſpiritus antiquartius, quia febrem curat quartanam. Doſis gutt. v. ad ſcrup. dimid. in vehiculo convenienti.

SPI-

Digitized by Google

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI SALINUS.

℞. *Salis ammoniaci lib. i. ſalis tartari unc. iij. pulveriſa & m. opt. pone in retorta, & ſuperfunde ſpiritus vini opt. lib. ii. deſtilla igne medioeri, & elicies ſp. ſalinum ſummè volatilem.* Dicitur ſalinus, quia ex duobus ſalibus componitur, & tàm internè ſumi, quàm externè applicari poteſt, ob innumeras virtutes, quibus potitur.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

EAſdem habet dotes, ac ſpiritus ſalinus, imò ob ſummam volatilitatem ocyſſimè viſcera malè affecta penetrat, eaque rectificat, & hypochondriaco malo deſperato, ac omnibus ejus ſymptomatib s, & morbis indè ortis ſuccurrit. Doſis ſcrup. dimid. ad ſcup. j. in liquore appropriato. Externè in doloribus podagricis vix habetur ſimile remedium: externè etiam naribus admotus propter fragrantem & penetrantem ſubtilitatem valdè commendatur; & veluti divinum medicamentum experimur in apoplexia, lethargo, comate, caro & ſimilibus capitis affectibus, item in ſuffocatione uterina; ſi enim in hiſce perniciosiſſimis morbis vita intercepta fuerit, vel patiens de naulo cum Charonte pactus fuerit, extemplò revocatur ad vitam.

Maleficus, & vitæ infenſus eſt ſpiritus ſalis armoniaci à pharmacopolis ex calce viva, & ſale armoniaco deſtillatus, quem vulgarium medicorum grex internè uſurpant, externè odoretenùs tantùm, & non aliter uſurpari debet.



Digitized by Google

## TINCTURA ANTI-EPILEPTICA.

*℞. SAlis ammoniaci, ſalis tartari ana unc. iv. m. & ſuperfunde ſpiritus vini optimi lib. i. deſtilla per retortam cum recipiente optimè clauſo, igne moderato adhibito, & exibit ſpiritus potentiſſimus, & ſummè volatilis, quem ſerva in vaſe vitreo bene clauſo, ne effugiat. Hoc peracto. ℞. Lunæ cupellatæ unc. i. reduc in laminulas, & in crucibulo cum floribus ſulphuris fac ſ. ſ. ſ. & igne mediocri calcina, cave ne luna fundatur, ſed tantummodo ſulphuris flores comburantur, & reperies lunam calcinatam cærulei coloris, cui ſuperfunde ſpiritus volatilis ſupra ſervat. unc. iv. Claude vas Hermeticè, & digere in loco calido, & videbis tincturam cæruleam pulchram*, quam tanquam inæſtimabilem theſaurum ſerva.

*Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc tinctura noſtræ inventionis producto uſu comprobata eſt epilepſiæ prophylacticon, & verum arcanum, & tam recentem, quàm antiquatam, tam idiopathicam, quàm ſympatheticam curat, morbi ſentinam exhauriendo; particulas nitro-ſulphureas retundit, hebetat, & reſolvit; ſpiritus animales ab his particulis irritatos furioſos redditos, impetuosè, & inordinatè motos pacat, reprimit, conſtipat, & figit, undè motus contractivus, & concuſſivus ex fibrillis nerveis feriat. Cerebrum conſolidat, memoriam excitat, & ſenſus omnes acuit. Apoplexiæ, & vertigini ſolo olfactu medetur. Item maximum remedium eſt in caro, lethargo, comate, catalepſi, ecſtaſi, mania, melancholia, catarrho, cæteriſque periculoſiſſimis capitis morbis ſalutare eſt medicamentum. Doſis guttæ vi. ad x. in paroxyſmo, & vix bis repetitur

tur cum liquore, vel ſyrupo ſpecifico, & morbum reſpiciente, quem extemplo reſolvit; pro præſervatione ter in hebdomada matutino tempore ſumi debet.

## TINCTURA ANTIMONII.

℞. *Sulphuris aurati ex ſcoriis Reguli Antimonii optimè dulcificati lib. dimid. cui admiſce ſalis ammoniaci tantumdem, & ex aludele ſublima, ſublimatum iteratò tere, ſublima, & hanc operationem ter repete, ut ſi qua virtus emetica ſuperſit, per iteratas ſublimationes evaneſcat, & diaphoretica tantùm remaneat. Accipe tum hoc ſulphur auratum, & aliquoties ſublimatum, tere, & toties aqua calida ablue, donec ſale ſpoliatum ſit, tum tandem huic ſulphuri ſuperfunde ſpiritum vini vulgarem, ut ſupereminear ad quatuor digitos. Claude vas, digere, & circula trium, vel quatuor dierum ſpatio, & rubicundiſſimus vini ſpiritus evadet, quem decanta, & reiterato vini ſpiritum ſuperfunde, digere, circula, & decanta, quouſque vini ſpiritus nullatenus ſulphure coloretur; has omnes decantationes deſtilla in B. M. ad tincturæ rubicundiſſimæ conſiſtentiam, & in vaſe optimè clauſo repone.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc noſtræ deſcriptionis tinctura præſtantiſſima eſt in febribus putridis, epidemicis, malignis, petechialibus, peſtilentialibus, variolis, & morbillis; omnes enim febris mineram à centro ad corporis ambitum ſenſibiliter per ſudorem, vel inſenſibiliter propellit. Item morbis cutaneis, ut prurituì, ſcabiei, elephanthiaſi, morphϾ, puſtulis etiam Venereis, per univerſam cutem inſperſis ſummum eſt au-

 xilium;

xilium; ſanguinem enim, nutrimentum, totumque laticem ab omnibus ſcoriis ſalinis, ſulphureis, vitriolatis, aluminoſis; &c. purificat, & ad intemeratum ſtatum reducit, quaſi de novo progeneratum. Doſis guttæ v. ad viii. vel x. in vehiculo appropriato.

---

## TINCTURA CORALLIORUM.

℞. *Corall. rubr. pulveriſator. lib. i. cui ſuperfunde acetum deſtillatum ad trium, vel quatuor digitorum eminentiam, digere in loco calido, quandoque movendo, & poſt octo dies, quod ſolutum eſt, decanta, & aliud acetum ſuperfunde, digere, & decanta, & hoc repete ad totalem coralliorum ſolutionem, omnes ſolutiones filtra, & igne moderato evapora, & in vaſis fundo remanebit ſal coralliorum, quod exime, & in aqua pluviali aliquoties diſſolve, & coagula, ut acetoſa ſalia removeantur, & purum & nitidum ſal evadat. Tùm ℞. hoc ſal coralliorum, & impone illud in phialam vitream oblongam, & ſuperfunde ſpiritum vini ad eminentiam trium, vel quatuor digitorum, claude vas opt. & per dies octo digere, & habebis ſpiritum vini tinctum colore ſubrubro decanta tincturam, & alium ſpiritum ſuperfunde, claude, & digere per alios octo dies, & iterùm tingetur ſpiritus, & tincturam decanta, & hoc toties repete, donec ſpiritus non ampliùs tingatur. Omnes tincturas filtra, & retorta non lutata immitte, ac lento igne ſpiritum vini evoca quouſque tinctura in fundo rubicunda appareat, quam in vaſe vitreo benè clauſam ad uſum ſerva.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc coralliorum tinctura tota eſt eſſentialis, ut ex effectu quiſquam conjicere poteſt; nonnulli

ru-

Digitized by Google

rubicundiſſimum colorem venari conantur, & poſt varias & inanes coralliorum torturas ad granorum chermes, vel ſantali rubri fucum confugiunt, & quid pro quo piſcantur. Sufficit in hac tinctura aliqualis rubedo, & eſſentialis coralliorum pars, quæ ſub ſalina ludit forma.

Efficaciſſima eſt hæc tinctura ad ſanguinem ab omnibus ſcoriis tam in arteriis, quàm venis purgandum; eapropter omnes morbos à ſanguinis impuritate, putredine, & corruptione natos radicitus tollit. Sanguinem grumatum ſolvit, illumque renovat. Menſtruis ſuperfluis, & matricis ſuffocationi mirificè prodeſt. Dyſenteriæ, fluxui hepatico dicto, & teneſmo unicè auxiliatur. Inflammationes ſedat, & febrium æſtum temperat. Partes principes, & præſertim cor contra omnes pravos humores munit, & ſpiritus vitales roborat. Obſtructiones reſerat, & maximum medicamentum eſt contra phantaſias, melancholias, epilepſias, paralyſes, & felici cum eventu in diabete, & gonorrhœa exhibetur. Doſis à drach.i.uſque ad ii. in vehiculo propriè morbum reſpiciente.

---

## TINCTURA DIAPHORETICA PESTILENTIALIS.

*℞. SPiritus vini lib.i.Theriacæ unc.i.dimid.myrrhæ rubræ unc.dimid. rad c.petaſit.modò exſic. unc.i.ſpermatis Ceti, terræ lemniæ ana drach. i. radic. vincetoxici drach.ii. dictamini alb.valerianæ ana drach.i.dimid.camphoræ gr.xx. Craſſiuſcul pulveriſata infundantur in vitro probè clauſo, & in loco calido per octiduum, vel plures dies macerentur, poſtmodum decanta, & ſerva.*

Vires,

*Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc tinctura pluries à nobis peſte graſſante proficua experta eſt, & eximiæ virtutis, & efficaciæ in omni febrium genere, quæ per ſudorem, & inſenſilem tranſpirationem eliminari poſſunt, ut in febribus, malignis, Hungaricis, epidemicis, putridis, variolis morbillis, & petechiis; inſuper in omni veneno tam ex vegetantium, quàm animalium regno; omnes enim noxios humores, malignos, & venenatos vitæ infenſos à centro ad corporis ambitum relegat, putredini reſiſtit, venenoſitati reluctatur, infectionem, & aerem peſtilentem arcet, partes principales roborat, ſymptomata indè orta avertit, ſanguinis maſſam purificat, cor tuetur, & tutum hominem reddit tam in curatione, quàm præſervatione. Doſis drach. ii. dimid. in appropriato vehiculo.

## TINCTURA DIAPHORETICA
### ex tribus principiis Chymicis.

℞. *Salis volatilis viperarum, ſalis volatilis cornu cervi ana unc. i. m. & ſerva. Deinde ℞. ſpiritus Viperarum, & ſpiritus cornu cervi ana unc. ii. m. & ſerva. Poſtmodum ℞. Olei Viperarum, & olei cornu cervi ana unc. iii. m. & bis miſtis ſuperfunde ſpiritus vini optimi unc. vi. & ſtatim ſolventur. Hoc peracto, accipe ſpiritum Viperarum, & cornu cervi, & conjunge cum ſolutione oleorum, & per retortam deſtilla, & habebis ſulphur cum Mercurio maritatum. His peractis, accipe ſalia volatilia ſuperiùs ſervata, quibus ſuperfunde ſulphur, & Mercurium, & claude vas Hermeticè, & digere per menſem chymicum, & jam facta eſt trium principiorum, ſcilicet ſalis, ſulphuris, & Mercurii unio, & noſtra Tinctura diaphoretica completa eſt.*

Vi-

## *Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc noſtra Tinctura diaphoretica ſummum alexiterium eſt in febre maligna, epidemica, petechiali, omnibus morbis epidemicè graſſantibus; & omnes alios ex dictis malis enaſcentes, & omnia prava ſymptomata ex illis promanantia reſtinguit; variolas & morbillos cum ſymptomatum lenimine deturbat. Omnes peſtiferas infectiones, auras venenatas, & cujuſcumque generis venena, maximè cordi infeſtas per ſudorem, vel per inſenſilem tranſpirationem eliminat, & principes munit partes. Tandem in omnibus morbis, qui per diaphoreſin ſunt ſanabiles, eſt ſpecificum medicamentum. Omnes fœdas cutis infectiones, ut pruritum, ſcabiem, impetiginem, lichenes, alphum, leucen, ſeu vitiliginem albam, morphæam, porriginem, herpetem, ſerpiginem, lepram, elephanthiaſin, ejuſque ſpecies, ipſamque luem Veneream radicitus curat: omnes enim in cutis glandulis miliaribus, vel profundiùs particulas acidas, acres, volatiles, vel acidoſalinas fixas, vel terreſtres, lympham his particulis refertam, vel nutrimentum, & ſanguinem his quoque conſpurcatum mirè temperat, diluit, ſubtiliat, reſolvit, & per cutis poros educit, ac denique ductuum obſtructiones tollit; undè lympha diluitur, nutrimentum abſtergitur, & ſanguis purificatur renovaturque. Eadem quoque energia puſtulas, maculas epaticas, & ulcera, quæ per vulgares medicos Epatis inſolentia eveniunt, curat. Doſis ſcrup. dimid. ad ſcrup. i. in liquore appropriato.

---

## TINCTURA HYSTERICA.

℞. *Jovis in Anglia nati q. v. & igne vehementi in ſartagine ferrea calcina, ſemper piſtillo ferreo agitando, & mo-*

*& movendo, donec Juppiter in pulverem redigatur impalpabilem, & tunc recipe Jovem in pulverem redactum, cum æquis partibus nitri calcina, & habebis calcem ſubgryſeam, ſuper quam affunde acetum acerrimum ad trium digitorum eminentiam, digere in loco calido 72. horarum ſpatio, aliquoties movendo. deindè tinctum acetum decanta, & novum ſuperfunde, hoc repete quater, vel quinquies, tum accipe omnes ſolutiones, quas igne moderato evapora ad ſalis remanentiam. Hoc ſal ſolve aliquoties aqua fontis, & coagula, ut ſal aceti deponatur. Tunc huic ſali ſuperfunde ſpiritum Vini, & poſt tres dies filtra, & ad tincturæ conſiſtentiam evapora, & habebis tincturam hyſtericam noſtræ inventionis, quam ſerva.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

Singularis, & ſpecifica eſt hæc tinctura in hyſterica paſſione, ſeu uterina ſuffocatione; acidum namque auſterum, ſeu ponticum, undè hoc malum ſuam cognoſcit geneſin corrigit, abſorbet, illiuſque efferveſcèntiam compeſcit, motus convulſivos, & ſpaſmodicam contractionem corrigit, & ſuffocatio tollitur. Diaphragmatis & thoracis impeditum motum redintegrat, & naturalis reſpiratio redit. Acidum auſterum in ructus reſolvit, & mulieres, quæ pro mortuis habebantur, revocantur ad vitam. Doſis gutt. iii. ad ſex in aqua artemiſiæ, vel aquis cordialibus. Vel calida hæc tinctura umbilico, vel partibus naturalibus inuncta; matrix enim ubi ſentit hujus tincturæ calorem, confeſtim omnes vitæ ſeditiones pacat.

TIN-

Digitized by Google

## TINCTURA MARTIS APERITIVA.

♃. *Limaturæ Martis lib. i. cui affunde roris majalis per ſenas reiteratas deſtillationes vigorati cum optimo Vino græco unc. vi. expone Soli percurrenti ſignum Leonis, aliquoties move, ut ad ſiccitatem redigatur: hoc facto, tere limaturam martis, & re ffunde roris majalis vigorati tantumdem, move, exſicca, & tere: hoc ſepties, vel octies reitera, tum demum in vaſe vitreo ſuperfunde vini ſpiritum q. ſ. digere in lento igne cinerum, & ſenſim videbis ſpiritum roſeo colore infici, decanta, ſerva, & novum Vini ſpiritum ſuperaffunde, & ita procede, donec nullatenùs tingatur: hos omnes decantatos ſpiritus deſtilla ad tincturæ remanentiam, quam in vaſe vitreo obſerato ſerva,* & habebis Martis tincturam abſque ullo corroſivo elaboratam.

### *Vires, Uſus, Doſis.*

PRæſtantiſſima eſt hæc Martis Tinctura noſtræ deſcriptionis in reſerandis obſtructionibus, etiam chronicis, quæ altas fixerint radices, & aliis generoſis reſtiterint remediis, & plus valet hæc una hebdomada deſumpta, quàm aliud medicamentum integro menſe; hujus namque attactu tincturæ, quæ omnia irrepit viſcera, omnia acida emoriuntur, ſanguinis, & ſpirituum dyſcraſia emendatur. Doſis ſcrup. dimid. ad ſcrup. i. in convenienti liquore.

---

## TINCTURA TARTARI.

♃. *Salis tartari per iteratas ſolutiones, & coagulationes q. u. inde vaſi fictili, & in furno figuli, vel vitriariorum fornace calcina, quouſque ſal cæruleum nanciſcatur*

*colo-*

Digitized by Google

*colorem, hoc pulveriſa, & in phiala vitrea oblonga pone, & ſuperfunde vini ſpiritum vulgarem ad trium, vel quatuor digitorum ſupereminentiam. Vas claude optimè, digere, & circula per menſem chymicum, interdum aliquoties agita, donec rubedo in extrahente ſpiritu appareat; hunc decanta, & novum reaffunde, claude, digere, & circula, rubicundum ſpiritum decanta; hoc repete quousque Vini ſpiritus non amplius tingatur. Has omnes tincturas conjunctas in B. M. diſtilla ad juſtæ tincturæ conſiſtentiam, quam ſtudioſè cuſtodi.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc noſtra Tinctura in morbo hypochondriaco, ſeu Dœmoniaco eſt velut divinum alexipharmacum, eſtò morbus iſte altas, & productas egerit radices, vel ægrum in maraſmum adegerit præcipitem, paucos intra dies ejus uſu funditus exſtirpatur, & corpus optimè nutritur; volatilitate namque ſua omnes obſtructas perluſtrat regiones, & alkalica energia omne acidum ſylveſtre obtundit, abſorbet, & per diureticas ſemitas exturbat: intra venas ſe ingerit, & ſanguinis maſſæ jam effœti, & languentis ſpirituale fermentum imprimit, à quo ſanguis Saturnina indole denudatur, reſtauratur, & ſpiritus in ſanguine veluti ſopore languentes ad ſolita excitantur munia. In hydrope ſummum eſt remedium, & ſcorbuto maximum affert ſolamen. Doſis à ſcrup. dimid. ad ſcrup. i. in appropriato liquore, ad plures auroras.

## UNGUENTUM MUNDIFICATIVUM.

℞. *ABſinth. h. centaur. min. agrimon. veronicæ, plantagin. ſaniculæ ana m. i. maceren. u in aquæ lib. ii. & coquantur lento igne, donec relaxentur, ſit expreſſio, & in litram dimidiam injice mellis roſ. ſimp. lib. dimid. Bulliant iterum ad aquæ ferè conſumptionem, tunc adde ol. roſ. lib. i. cera*

*ræ in eadem liquat. unc. iii pulv. cancr. uſtor. drach. i i farinæ lupinorum, pulv. radic. gent an. ana drach. i. myrrhæ drach. i. d.m d. aloes drach. ii. ireos Florent. viridis æris ana drach. i. fiat unguentum, ut artis eſt.*

### *Vires, & Vſus.*

LOnga experientia hoc noſtrum unguentum in ulceribus ſordidis ſaluberrimum perpetuò experti ſumus; eorum namque ſordes tenues ſiccat, craſſas concoquit, & detergit. Succos peccantes corrigit, acres temperat, corruptionem inhibet, & ſi verminoſa fuerint ulcera, vermes enecat, aciditatem, & ſalſedinem obtundit; undè in lupo, noli me tangere, & cancro non inſalubre eſt remedium. Carnem pravam abſumit, bonam generari facit, & ad perfectam cicatricem conducit. Præterea vulneribus à canis rabidi morſu inflictis ſpecifica proprietate ſuccurrit.

FINIS.

IN-

# INDEX.

AQua Cordialis. pag. 63
Balſamus Saturni. 64
Balſamus Vulnerarius. 65
Catharticum Catholicum. 65
Ceratum ad Vulnera. 67
Crocus Martis aperitivus. 67
Elixir Cordiale. 68
Elixir Senectutis. 70
Emplaſtrum Matricale. 71
Eſſentia Epileptica. 71
Magiſterium Cordiale. 72
Magiſterium Perlarum. 73
Magiſterium Hyacinthi, Smaragdi, & Rubini. 74
Manna ſeu Saccharum aluminis. 74
Menſtruum ad extrahendas eſſentias reſinoſas. 75
Menſtruum ad extrahendas vegetabilium tincturas. 77
Mercurius ex Antimonio. 77
Mercurius Diaphoreticus. 78
Panacaa Mercurii. 79
Sal Ammoniacum aperitivum. 80
Sal Tartari fixum. 81
Sal Tartari volatile. 82
Scutum Stomachicum. 83
Specificum contra Gonorrhœam. 83
Spiritus Salis Ammoniaci acidus. 84
Spiritus Salis Ammoniaci ſalinus. 85
Tinctura Antiepileptica. 86
Tinctura Antimonii. 87
Tinctura Coralliorum. 88
Tinctura diaphoretica peſtilentialis. 89
Tinctura Diaphoretica ex tribus principiis Chymicis. 90
Tinctura Hyſterica. 91
Tinctura Martis aperitiva. 93
Tinctura Tartari. 93
Vnguentum mundificativum. 94

FINIS.

Digitized by Google

# AD HADRIANI A MYNSICHT

Medici Germanici præſtantiſſimi

THESAURUM ET ARMAMENTARIUM

Medico-Chymicum

HIERONYMI PIPERI

Jatrias Profeſſoris

# COROLLARIUM,

*SIVE*

Parvus communis valetudinis tuendæ, amiſſæque inſtaurandæ

# THESAURUS,

IN QUO

*Non pauca Selectiora medicamina hucuſque ignota proprio Marte excogitata, ſive conquiſita, & longo comprobata experimento Spagyricè fabrefiunt; arcanæ Virtutes, uſus, & doſis preſcribuntur: Tandem pro Coronide Maximum Arcanum ex duobus Planetis, Marte, puta, & Venere, tam pro Medicina Univerſali, quàm pro Chryſopæja deſcribitur.*

VENETIIS, MDCCXVIII.

Apud Jo: Gabrielem Hertz.

*Superiorum Permiſſu, ac Privilegio.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ILluſtriſſimo, ac Ampliſſimo Viro
D. D. NICOLAO GASCON, & ALTAVAS,
Ordinis de Alcantara Equiti,
Sacræ Catholicæ Majeſtatis Status Conſiliario,
Supremi Regiâ latere Senatus
Regiam Cancellariam Regenti Decano,
Atque Civitatis Acerni Marchioni;
Munus hoc
Pro beneficiorum in nos largitate
Leve,
Pro ſingulari Virtute
Leviſſimum:
Hieronymus Piperi à Tabernis
Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor
D. D. D.
Quid? niſi Parva Magno?
Erunt in pretio, ſi tua feceris,
Nec alio egent niſi te ipſo.
Sit noſtræ obſervantiæ pignus
Oblatio,
Sit Magnitudinis tuæ
Acceptio;
Solis æmulus
Viliſſima quæque non deſpicis,
Sed illuſtras.
Vultu Sereno,
Nulli, quàm TIBI, debitum
Obſequii munus
Excipe.
Vale diù fœlix.



Digitized by Google

# V.I.D. ANDREAS PERRUCCI

## Ad Benevolum Lectorem.

HAdriani à Mynſicht *pretioſum Armamentarium Medico-Chymicum*, *Mantiſſa* D. Caroli Muſitani, & Andreæ Battimelli *Auctario ditatum*, *tot divitiis ad humanam conferentibus ſalutem ſcatens*, *tantum cujuſcumque ſequelæ ſectatoribus dilectum*, *acceptumque*, *pluries lucem ex prælis vidit*: *præcipueque ubi excellentiora præſtantiſſimæ artis medicæ ingenia floreſcunt*, *nitent*. *Novis nunc noviter locupletatum margaritis tibi offert Typographus*: *enim verò Clariſſimi Doctoris* Hieronymi Piperi *Jatrias Profeſſoris inventione*, *labore*, *ope*, *induſtria*, *adauctum*, *quod ad hominum ſalutem*, *incolumitateſque tuendas*, *recuperandaſve conferre poſſit*, *non deeſt*: *Ipſe nam quicquid exaratum*, *diſperſum*, *reconditum*, *præcipuum tot voluminibus*, *magna ob diſpendia difficiliter ab Aromatariis*, *Rizotomis*, *Spagyricis*, *Pharmacologis*, *Chymiatriſque præ manibus habendis*: *quod rarum*, *quod peregrinum*, *quod exquiſitum ad ægrorum medicamina*, *Sophorumque curioſitatem compeſcendam*; *Quod melius*, *citius*, *ſecurius*, *&* *magiſtraliter malis occurrere*, *naturæque defectibus ſuccurrere poſſit*, *compendioſè hic epilogare*,

re,

*re, exprimereque, etiam faciliori ad Vulgi inſtructionem planiorique ſermone curavit. Hiſce namque peculiariter Partenopæis curandis languoribus Noſtrates utuntur, habita climatis, & complexionum ratione. Maximè igitur ejus ingenio, curæ, vigiliiſque teneris, qui totis viribus ſalutis indemnitati affabrè conſulens, nullis parcens ſudoribus, multa propriis Marte, & Minerva adinvenit, multaque ex tenebris confuſionum; tot, ex tantiſque libris meliora ſeligendo, certiora in lucem edendo, ad inſtar Apis ex diverſis clariſſimorum utique Auctorum (quorum brevitatis gratia nomina conticeſcit,) miſcellaneis floribus mel ſugens; Hoc ſuaviſſimum favum artis Profeſſoribus exhibet, præbet. Nec vanæ ambitionis tumor ad hoc agendum cum duxit; ſat enim ſuum fulget nomen, nec meliori indiget Jubare, cujus majora expectamus, magnis laboribus ad volumina edenda incumbens. Amicorum ergo ſuaſio, vim legis habens, proximi amoris cura, & neceſſitas ad operam manum traxit. Et quamquam ditiſſimus a Mynſicht Theſaurus auctionibus ingeniorum perfectus appareat, eaque de cauſa pluribus impreſſionibus editus; attamen cui aliquod ad perfectiſſimum ornatum non deerit, pulchritudo non datur. Excipe ergo libenter (*Candide Lector*) opus, quod tuo non poſſe complacere ingenio haud dubito, carumque non futurum denuò ſalubrium, inſalubriumque medelam exercentibus non timeo, Hocque tam Galenicam, quam Chymicam inſequentibus doctrinam, cùm perſpicaciſſimum noviſſimi Auctoris ingenium ſpeculationum arcanis, Praxiſque lucubrationibus experimentum faciens, non uni*

*adſtringitur tenaciter opinioni; Verùm quærens Veritatis veſtigia, quò medendi certiorem, indubitatamque methodum adinvenerit, ſe dirigit, ſe confert. Nec mireris à Juſtiniani Legum Profeſſore Phyſicam ſcientiam, artemque colluſtrantem collaudari: Virtutes etenim ſibi invicem adhærent; bonumque ſemper cuique placet. Hoc opus igitur benigniſſime Lector ſuſcipe, accipe, excipe, eoque fruere. Vale.*



Digitized by Google

# ANTIDOTUS CEPHALICA MIRABILIS.

*℞. Zinziberis, galang. maſticb. cumin. orig. an. drach. dimib. nuc. moſchat. calam. aromatic. aſar. carpeſior ideſt cubeb. lign aloes, macer. ſem. apii, ameos ana drach. ii. thur: alb. caryophyllor. cardamom. zedoar pyretbr. caſtor. piper. long. & nigr. coſt. cyper. ana drach. iii. menth. ſicc. drach. v. terantur, & pulveriſentur omnia, & cum penidiarum, & mellis deſpumat. quant. ſuff. f. l. a. Eclegma.*

## *Vires, Uſus, Doſis.*

MEritò hæc noſtra Antidotus nomen mirabilis ſortitur ob mirandas, quibus inſignitur, virtutes: Etenim Epilepſiæ, Lethargiæ, Memoriæ imbecillitati, Vertigini, multiſque aliis cerebri morbis, qui tam per Sympathiam, ſive per conſenſum hypochondriorum, quàm per Idiopathiam, ſive per capitis eſſentiam exiſtunt, ſummum eſt therapeuticon, ac prophylacticon; caput, & ventriculum roborando, ſpiritus animales reſtaurando, & illuſtrando, ſanguinem craſſum ſubtiliſando, ac diſſolvendo, vitioſos vapores per ſanguinis circulum, aut per nervorum communicationem ſursùm ſcandentes, ibique infeſtantes, reprimendo, & depravatam illam albicantem ſubſtantiam, qua cerebrum, & ipſius nervi irrorantur, & madeſcunt ad varia vitæ munia obeunda tam neceſſaria, corrigendo, & demulcendo potèns eſt. Doſis ſit cochlear i. ſumendum, in præſervatione ſingulis quibuſque hebomadis.



Digitized by Google

# AQUA ANTIPESTILENTIALIS.

℞. *Radic. Angelic. gentian. tormentill. ſcorzoner. anthor. vincetoxic. caryophylat. montan. chamæleon. alb. dictamn. alb. ana drach. i zedoar. bolet. cervin. ſantal omn. ana drach. xii. fol. ſcord. card. benedict. echinon. chamædrios ana p. i. theriac Andromac. mithridat. optim. ana unc. ii. camphor. drach. ii. Pulveriſentur omnia groſſo modo, & infund. in vini malvatic. opt. lib. iv. ſpiritus vin. dephlegmat. lib. ii. ſtent in infuſione per octiduum in loco calido vas vitreum quotidiè agitando, deinde deſtilla per organum vitreum in B.M. igne lentiſſimo.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN magno uſu hanc aquam tempore peſtis eſſe arbitramur, quia ſanos à corruptione præſervat, ne a peſtifero, & maligno aere lædantur, infectos curat omnem contagionem ſenſibiliter, & inſenſibiliter exhauriendo. Item inſignis eſt in febribus Epidemicis, malignis, & acutis; omnes enim venenatos, & malignos humores à membris principalibus per ſudorem egregiè pellit, ea propter etiam petechiis, variolis, & morbillis ſuccurrit, anthracis ſummum eſt remedium, & in erſipelate magnum eſt ſolamen. Doſis in præſervatione cochlear i vel ii. pro actuali morbo ab unc. dimid. ad i.

---

# AQUA LITHONTRIPTICA.

℞. *Rhabarbar. elect. drach. ii. galang. granor. paradiſ. aniſor. fœnicul. agaric. maſtich. cinnamom. elect. ana drach. i. glycyrrhiz. unc. dimid. lapid. Judaic. drach. ii. dimid. mithridat. drach. v. Macis drach. iii. caryophyl-*

Digitized by Google

*ryphyllor. drach. dimid. vin. ardent. par. i. vin. malvatic. part. ij. Ponantur omnia in vaſe vitreo opt. obturato per dies 14. poſtea deſtilla.*

## *Vires, Uſus, Doſis.*

POtentiſſimum remedium hæc acqua eſt ad fugandum, & expellendum Renum, & veſicæ calculum; tartaream namque, & viſcoſam materiam, undè calculus Renum, & veſicæ procreari ſolet, potenter eliminat, ipſum minuendo & conterendo farinæ inſtar unà cum lotio egregiè propellit, ſpiritum acido-volitilē, ſivè lapidificum mirum in modum obtundit, & invertit; à lapidifica renum diſpoſitione præſervat, obſtructiones partium mictui dicatarum tollit, ſtranguriæ, dyſuriæ, & doloribus Nephriticis ſuccurrit. Doſis tàm in præcautione, quàm in curatione ſit ad cochlear i. circiter capiendum, in præſervatione bis in hebdomada, ſtomacho jejuno.

---

## AQUA PHYSOGONA.

*℞. FLor. Chamomill. Roman. manip. xxx. incidantur, & contundantur in aqu. chamomill. lib xvi. ſtent in digeſtione in loco calido per octiduum, deinde colentur, & prælo fortiſſimè exprimantur. In colatura iterùm infundantur flor. Chamomill. inciſor. & contuſor. m. xxii. ſtent in infuſione in loco calido per octiduum, poſteà colentur, atque prælo fortiſſimè exprimantur. In colatura iterùm infundantur, inciſis tamen, & pulveriſatis incidendis, & pulveriſandis, florum chamomill. Roman. m. xi. flaved. cortic. exterior. aurantior. unc. i. dimid. herb. abſynth. pontic. centaur. minor. puleg. origan. ana m. dimid. ſemin. aneth. unc. ij. fænicul. aniſor. ana unc. i. dimid. carvi drach. vii. card. benedict. drach. iv. card. Mariæ unc. i. ſtent in infuſione.*

Digitized by Google

*ſione in loco calido per octiduum, deindè deſtill. in organo vitreo in B. M. igne lentiſſimo.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

DIſcutit, diſſipat flatus, & lenit dolores ventriculi, & inteſtinorum, eſt medicamentum verè Anodynum, & colicæ paſſioni appropriatum, tutòque exhiberi poteſt etiam in morbis (exiſtimatis) calidis, ſi attemperetur cum unc. i. aquæ deſtillatæ frigidæ, endiviæ, ſonchi, cichorei, &c. pro diverſitate morbi præſentis calidi. Datur ab unc. ij. ad unc. iij.

---

## AQUA THERIACALIS SUDORIFERA.

℞. T*Heriac. antiq. lib. dimid. radic. elen. & chin. ana unc. iv. Cyclamin. drach. vi. lign. guajac. & cortic. ejuſdem ana libr. dimid. Macerentur per diem in vino albo q. ſ. poſtea ponantur in vaſe vitreo, & deſtill. S. A.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

HÆc aqua Theriacalis omnes alias longè ſuperat; tenuitate namque ſua, & ſubtilitate in omnes penitiores corporis partes ſe inſinuat, & pervadit; ac proindè præſtantiſſima eſt in febribus malignis, peſtiferis, ex aeris mutatione, petechialibus, in ipſa peſte variolis, morbillis, & lue venèrea, ſudores profuſiſſimos à centro ad circumferentiam proluit, malignitati, & humorum putredini reſiſtit, & ſenſibiliter, ac inſenſibiliter noxium, & deleterium in corpore latens eliminat. Humores laudabiles conſervat, vitioſos corrigit, partes principales, & vires reſtaurat. Recipit hæc aqua vinum ad extractionem;

nam

Digitized by Google

nam acetum, ſuccus limonum, & alii ſucci à Theriaca nihil abſtrahunt, imò nauſeabunda, & inepta erit ſine ſpiritu vini, vel ſaltèm ſine vino, & hoc modo conficiunt, qui vini ſpiritus caliditatem timent, ne febrem adaugeat, ſed detur, quod febrem adaugeat, eſt in parva doſi, & malignitatem obtundit. Doſis ſit à drach. ij. ad unc. dimid. per ſe, vel cum malignitatem reſpicientibus.

## ARCANUM AD SURDITATEM.

℞ *Salv. majoran. roriſmarin. hyſſop. artemiſ. menthaſtr. calamint. Chamomill. melilot. hyperic. abrotan. ſaturejæ ana m. i. coquantur cum aqua in olla vitreata*, ſupra quam collocentur aures, ut fumus ingredi poſſit, maſticando rem aliquam continuò, ut fabas; etenim pori hoc modo meliùs aperiuntur, & tandiù detineantur aures, donec decoctum frigeſcat. Quo facto ſtatim inſtillentur in aures aliquot guttæ olei colocynthidis, mox claudendo eas goſſypio moſchato dicto oleo imbuto, demum aliquantulùm ſupradictarum herbarum ſupraponito ſomni tempore; iteretur ſingulis diebus & perfectè ſanabitur.

## BALSAMUM APOPLECTICUM PRO MULIERIBUS.

℞. *OL. nuc. myriſtic. expreſſ. unc. i. ol. ſtillat. ſuccin. rut. roriſmarin. ſalv. puleg. ſampſuc. ana drach. dimid. balſam. nigr. liquid. drach. i. ol. caſtor. ſtillatit. ſcrup. i. ol. cinnamom. ſcrup. dimid. m. & f. Balſamum S. A.*

Vires,

*Vires, Uſus, Doſis.*

PRæſtantiſſimum eſt hoc Balſamum Apoplecticum pro ſexu fæmineo, qui odorem Moſchi, Ambræ, Zibethi ferre nequit: narium enim extremitatibus admotum, aut inunctum Apoplexiæ, Vertigini, multiſque aliis capitis morbis, maximè ſi ab utero originem trahant, mirificè confert, animales enim ſpiritus ſuſcitat, & ſuaviter recreat, recurſum, aſcenſum, ſivè convulſionem uteri ad ſuperiora ſtatim in locum ſuum reducit, uterinum fermentum exaltatum cohibet, vaporeſque ex eo ad ſupernas partes aſcendentes cogit, ſiſtit, & reprimit, & graviſſima alia ſymptomata hinc naſci ſolita impedit.

---

## BALSAMUM VULNERARIUM.

℞. *OL. anethin. lib. v. flor. hypericon lib. i. ſpir. vin. unc. iv. Imponantur omn. in vaſe vitreo ſtricti orificii, & ſoli exponantur per menſem, quotidiè agitando, poſteà colentur cum forti expreſſione, colaturæ immerge ſemin. hyperic. groſſo modo contuſ. unc. iv. iterùmque ſoli exponantur per dies viginti, addendo terebinth. Venet. lib. i. ol. ſtillat. baccar. juniper. un. iij. ſtyrac. liquid. lign. Aloes, Myrr. elect. ſtyrac. calamit. ana unc. iij. croc. unc. i. Pulveriſatis pulveriſandis groſſo modo uniantur cum ſupradicto oleo, & coquantur in B. M. per ſex horas, ne refrigeſcant, colentur denique cum forti expreſſione, clarificentur ad Solem per dies 40. & habebis Balſamum, quod uſui ſerva.*

*Vires, & Uſus.*

QUantæ virtutis ſit hoc noſtrum Balſamum in percurandis vulneribus, experientia te certiorem faciet,

faciet; nam ſanguinem extravaſatum, vel ſubter diffuſum, vel grumatum, vel nutrimentum degeneratum, vel lympham acideſcentem attenuat, ſubtiliat, diſcutit, & per vulneris poros ad exhalationem ſollicitat, à centro ad circumferentiam. Suppurationem incipientem inhibet, pus generatum diſcutit, dolorem ſedet, febrem prohibet, à corruptione & mortificationem præſervat, partium ſolutionem reparat, mundificat, ſiccat, conſolidat, glutinat, & ſanat magis hoc una hebdomada, quàm aliud integro menſe. Applicatur cum filamentis. Vulnerato propinari poteſt noſtra potio, ut vis combinata fortior evadat, & ſanatio acceleretur.

## CATAPOTIA AD MEMORIAM.

℞. *Cubeb. calam. aromatic. nuc. myriſtic. caryophyllorum, ana drach i. dimid. thur. opt. myrrh. elect. ambr. or. ſeu ſuccin. ana drach. i. moſch. gr. v. aqu. majoran. q. ſ. f. l. a. pilulæ.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

AD memoriæ imbecillitatem mirificè opem præſtat; cerebrum nàmque corroborat, ejuſque meatuum obſtructiones aperit, craſſos, lentos, viſcidoſque capitis humores abſumit, ingenium ob prędictas cauſas ſtupidum acuit, ſenſus omnes vivificat, & ſtudioſos ad quaſvis diſciplinas capeſſendas habiles reddit. Doſis ſit ſcrup. i. ad drach. dimid.

CE-

Digitized by Google

## CEROTUM ANTI-VENEREUM

℞. *Mercur. viv. unc. viij. ſolve in ſ. q ſpiritus nitri, ſolutioni adde aqu. marin. ut Mercurius præcipitetur, poſtmodùm Mercurium præcipitatum ab aqua ſepara, & ad ſolem exſicca. Hoc facto ℞. Gumm. ammoniac. in acet. acerrim. macerat. lib. i. coquatur ad ignem uſque ad aceti conſumptionem, indè add. axung. ſuill. unc. viii. cer. flav. unc. iv. coquantur ſimul ad Emplaſtri conſiſtentiam, imponendo maſtich. pulveriſ. & Oliban. an. unc. i. in fine add. præſcriptam mercurii præcipitati quantitatem, & l. a. f. Emplaſtrum.*

### *Vires & Uſus.*

Singulare, & admirandæ virtutis, ut experientiâ conſtat, eſt hoc cerotum contra luem veneream, & præſertim contrà gummata, & atrociſſimas noctis torturas, putà dolores venereos, pluriès parti affectæ applicitum. Item puſtulas, & ulcera in quacumque corporis parte, imò caries ipſas curat; productum namque immutat, & obtundit, ac ipſum ſeminarium venereum diſperdit citra ullam moleſtiam, quo peracto, deveniendum eſt ad medicamentum purgans bis, vel ſemel pro totali ſecuritate.

---

## COLLYRIUM UNIVERSALE.

℞. *Fænicul. abſynth. Apii, rutæ cum radicibus, euphrag. ſalv. betonic. auripigment. pimpinell. card. benedict. ana part. æquales. Hæc omnia ſimul in mortario contuſa miſce, ac urinam pueri infunde. Deindè ℞. granor. Piper. tritor. num. 14. Mellis cochlearia duo, Camphor. drach. i. Hæc omnia ſimul in mortario contuſa per linteum expri-*

Digitized by Google

*exprime, & colaturam, ſeu ſuccum in vaſe vitreo conſerva, deindè per ſpatium novem dierum ſoli prædicta colatura eſt exponenda, poſtmodùm deſtilletur, & ad uſum ſervetur.*

*Vires, & Uſus.*

AD omnimoda ferè oculorum vitia ſummè ſalutare experitur. Perfectiſſimè enim omnes oculorum prolapſus, inflammationes, contuſiones, ardores, rubores, inuſtiones, nebulas, fiſtulas, maculas, &c. curat: ſiquidem ſi ſingulis diebus manè, & veſperi guttam i. in oculum patientis inſtilles, omnes oculorum fluxiones ſiſtit, calorem temperat, inflammationem, & contuſiones reſolvit, fiſtulas ſanat, tenues albugines detergit, ruborem aufert, acrimoniam, & ardorem mitigat, lacrymas ſiſtit, & exſiccat, vehementiſſimum dolorem ſedat, & demùm ipſam oculorum ſubſtantiam corroborat. Meritò igitur collyrium hoc meretur dici univerſale, tùm ob univerſales, & mirabiles effectus, quos in ſe continet, tùm etiam quia omnibus oculorum morbis eſt ferè conveniens.

---

## CONFECTUM SEMINIS CORIANDRI.

℞. H*Erb. maioran. m. i. dimid. roriſmar. cubebar. ana un. dimid. Incidantur, contundantur, & coquantur in lib. ij. acet. accerim. ad tert. part. conſumpt. deindè colentur; & in colatura ſufficienti infunde tepidè ſemin. coriandr. lib. ij. ſtent in infuſione in loco calido per diem integrum, deindè coletur, & exſiccetur coriandrum, affundendo ſaccharum depuratum, & coctum, conficiantur l. a. ex unica tunica confecta.*

Vires

### *Vires, & Uſus.*

HUjus confecti aliquot grana ſi peracto prandio, vel cœna occluſo ore dentibus paulatim atterantur, vix exprimi poteſt, quantum memoriæ, & coctioni profuerit: cerebrum enim roborando immune reddit à vaporibus ad ipſum per peculiares ductus ſurſum aſcendentibus, eorumque incongruum motum reprimit, adeòque de quampluribus cerebri morbis eſt Prophylacticon; inſuper ſtomachum roborat, flatus diſſipat, & oris halitum commendabilem efficit.

---

## CONSERVA PRO DENTIBUS.

℞ *Pulver. Corallior. maſtich. lacrym. ſangn. dracon. radic. conſolid. major. bol. armen. terr. lemn. roſar. rubear. balauſt. baccar. myrt. ana drach. ij. gumm. lacc. drach. i. dimid. Conſerv. roſar. rub. & Syr. earumdem ana lib. dimid. m. & f. conſerva.*

### *Vires, & Uſus.*

VAlet magnopere ad dentium mobilitatem ſtabiliendam; ſua namque ſtyptica, & abſorbente, qua gaudet, vi, eos vacillantes figit, corroborat conſervat, & immobiles reddit; ſimiliter laticem acido-ſalſum ad dentium alveola, & gingivarum ſubſtantiam fluentem immutat, & corrigit. Sumatur, eam dentibus affricando mane, & ſerò ante cubitum.

IN-

Digitized by Google

## ELECTUARIUM VIRIDE.

℞. *Radic. pæoniæ, lign. viſc. quercin. ana drach. dimid. cran. human. lot. in vino albo, & aduſt. ſimpl. Cortic. myrobal. citrin. ana drach. ij. ſpecier. diambr. drach. vij. ſpecier. pliris arcotic. Nicol. drach. iij. ungul. alcis, & corn. cervi uſt. an. drach. i. dimid. ſemin. citr. mund. acetoſell. & ſemin. portulacæ ana drach. i. Pulveriſatis pulveriſandis, deinde cum ſaccharo albo diſſolut. in ſ. q. aqu. roſ. rub. f. l. A. Electuarium.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

VIrtutes hujus nobilis Electuarii ſunt tam præclaræ, & inſignes adverſus Epilepſiam, ut reverà ſuperent omnia alia ſpecifica, & appropriata convenientia ad ipſum Herculeum morbum: Adeò electuarium hoc palmam præripit, ut in tota medicamentorum ſuppellectili non inveniatur tam magnum arcanum, quam Viride hoc Electuarium: experientia te docebit: ſiquidem mira qua pollet virtute, humores craſſos, viſcidoſque, ſive lymphæ copiam, in cerebri ſubſtantia vel in nervorum principio ſtagnantes, per quos ſpirituum animalium affluxus inhibetur, calefacit, attenuat, diſcutit, & exſiccat, & per conſequens nervorum meatus reſerat, acidumque vitriolatum fibrillas nerveas infeſtans, & contorquens abſorbet, ac infenſos vapores corrigit, & reprimit. Datur in ipſo paroxyſmo epileptico drach. i. vel drach. i. dimid. diſsolut. cum aqu. florum tiliæ, & ceraſor. nigror. ſylveſtr. an unc. dimid. In præſervatione datur in omnibus quadris lunę, vel etiam in humida aeris conſtitutione ſcrup. ii. cum iiſdem aquis. Pueris, & Infantibus (quibus præcipuè convenit) ſufficit dimidia, aut minor doſis pro ætatis ratione.



Digitized by Google

## EMPLASTRUM DE CUCUMERE SYLVESTRI.

℞. *Radic. cucumer. aſin. in aqu. coct. contuſ. & per ſetaceum traject. parumque exſiccat. unc. iij. gumm. ammoniac. acet. ſolut. unc. ij. galban. & ſagapen. ana unc. dimid. ol. ceræ philoſoph. & de cappar. an. unc. ij. cer. flav. q. ſ. m. f. Emplaſtr. juſtæ conſiſtentiæ.*

### *Vires, & Uſus.*

EMplaſtrum hoc eſt quaſi divinum auxilium, & multorum annorum experientia probatum, nec ægrotum, & medicum feſellit. Tantæ eſt efficaciæ, ut omnibus emplaſtris ſpleneticis palmam præripiat; ſplenis namque tumorem, duritiem, & ſcirrhum digerit, mollit, diſcutit, & miraculosè reſolvit, & ad naturalem magnitudinem reducit, lienis regioni applicitum; Item quæcumque tubercula diſcutit; vel ſaltem ad maturitatem conducit. Similiter ſcirrhum in quacumque corporis parte ſola ſuperpoſitione diſcutit, & reſolvit, alioſque duros tumores, ut Atheroma, Steatoma, & Meliceride, Strumas, Gummata, tophoſque Podagricos curat.

---

## EMPLASTRUM DIVINUM.

℞. *OLei in quo limatura plumbi incoxerit unc. iij. raſæ pin. & gumm. elem. an. unc. iij. plumbi cum dimidio hydrargyri ad ignem fuſ. & in pulverem verſ. unc. i. dimid. ceruſſ. lot. tutiæ præparat. lapid. calaminar. ana drach. ij. cer. flav. in aqua fabrorum liquat. & lot. q. ſ. m. f. Emplaſtrum.*

*Vires,*

Digitized by Google

### *Vires & Uſus.*

NUlli alii Emplaſtro hoc noſtrum in tota chirurgorum ſuppellectili comparandum eſt, nec inveniri ſimile poteſt in curando ulcere corroſivo, & canceroſo, lupo, noli me tangere, maligno, phagedæno, chironio, dyſepuloto, antiquo, aliiſque deploratiſſimis, & incurabilibus; ea namque mundificat, exſiccat, abſtergit, malæ carnis corruptionem, & excreſcentias inhibet, carne replet, conſolidat, & ad perfectam curationem breviter reducit. Ulcera cujuſcumque conditionis in quacumque corporis parte ſordida, fœtida, putrida, exedentia, verminoſa, & quæcumque ulcuſcula ſimplicia, vel venerea, miraculi ad inſtar intra paucos dies ſanat.

---

## JUSCULUM PURGANS.

℞. R*Adic. cichor. bugloſ. ana unc. i. fol. cichor. pimpinell. capillor. Vener. ana m. i. f. decoct. cum fruſtulo carnis vervecinæ, vel vitulin. colaturæ leviter incoque ſenn. mund. drach. iij. aniſor. & cremor. tartar. ana drach. dimid. expreſſioni diſſolve mann. mont. unc. i. dimid. colat. capiat. manè.*

### *Vires, & Uſus.*

VAlet ad alvi ſtypticitatem, ac aſthmaticis, tuſſientibus, empyematicis, Phthiſicis maximopere prodeſt, quia ſputum facilitat, pectus mundificat, & pulmones exulceratos abſtergit, & in omnibus pectoralibus affectibus utimur.

## LAUDANUM SINE OPIO HARTMANNI.

℞. *Limatur. martis puriſſim. ſine omni pulvere part. i. vitriol. ungaric. part. ij. tritis, & miſtis omnibus in cucurbita, ſuperaffunde acetum, ut ſupereemineat digitum dimidium: coque, & coagula lento igne arena ad ſiccitatem. Quo facto, urge ignem, ut omnia quodammodo rubeant. Vaſis refrigeratis, materiam exime, tere, & affunde acetum ad eminentiam quatuor digitorum, digere, donec acetum tingatur, quod fiet intra tres vel circiter dies. Acetum tinctum ſine fœcum perturbatione decanta, alioque affuſo tandiu tincturam collige, donec non coloretur amplius. In acetum tinctum, & filtratum inſtilla guttas aliquot olei tartari per deliquium, & Sulphur Narcoticum petet fundum, quod aqua communi ſæpius ablue, donec aqua non amplius acredinem, aut guſtum vitrioli præbeat. Niſi enim hoc fiat, per ſalem vitrioli nauſeam, vomitumque ciebit. Tunc ℞. pulver. ſantal. rubr. & citrin. ana unc. i. pulv. macis galang. piper. cardamom. ana drach. iij. f. l. a. cum ſpiritu vini extractum. Extrahe etiam mumiæ Ægyptiac. unc. i. cum aqua cichorei. Tincturas diligenter collectas, & filtratas conjunge cum Sulphuris Narcotici drach. ii. omnia ſimul in vaſe clauſo per quindecim dies lento calore digere. Poſtea menſtruum uſque ad mellaginem abſtrahe. Hinc adde extract. croc. drach. dimid. magiſterii perlar. unc. i. maſſa uſui recondatur.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

HOc Laudanum ſine opio laudatum eſt medicamentum, & omni lapide pretioſo, & ipſo auro pretioſius, & omni alio Laudano cum opio præſtantius, & tutius; ejus namque energia in Sulphure Narcotico vitrioli conſiſtit, quod vitam noſtram, quæ

ad

ad cauſæ occaſionalis, preſentiam tumulatur, & furit, pacat, & tranquillat: hac vita irritata, morbi ſuccedunt, & hac ſedata, curantur; dum ſomnum naturalem hoc Laudanum inducit. Paracelſus medicorum monarcha opiatus pilulis, & forſan ex minerali ſulphure narcotico confectis, quas ſecum ſemper geſtare ſolebat, deploratas effecit ſanationes, ut ejus teſtantur hoſtes. Laudanum, quod cum opio efficitur, malæ indolis eſt ob qualitatem obſtupefactivam ex ſulphure fœtido, & indigeſto, quo exuberat naturam, quæ citra opii deſtructionem deſtrui nequit, ac propterea ex ejus exhibitione quotidiè tragici obſervantur eventus, quæ nullatenus de Laudano ſine opio dici poſſunt. Innumeræ ſunt hujus Laudani virtutes, & ferè omni morbo accommodatiſſimæ; lenit nàmque, pacat, & curat omnes vehementiſſimos, & acutiſſimos in quacumque corporis parte dolores, quibus eſt veluti Divinum auxilium, & quaſi ultimum ſubterfugium, ac veluti ſacra anchora periclitantibus: Undè in vigiliis, ac immodicis inquietudinibus unicum eſt ſolatium, & lenimen: in capitis dolore tàm recenti, quàm inveterato, aurium, oculorum, dentium dolore, paſſione Colica, Iliaca, Lithiaſi, Pleuritide, Arthritide, Rheumatiſmo, Gonagra, Podagra, Iſchiade, in morbis thoracis, & pulmonis, Tuſſi, Aſthmate, Phthiſi &c. in Phreneſi, Mania, Melancholia, Epilepſia, Vertigine; in vomitu, ſingultu, ventriculo debilitato; in omnibus affectibus cardiacis, & cardialgia; omnibus excretionibus, Diarrhœa, Dyſenteria, Teneſmo, Cœliaca, Lienteria, Fluxu Hepatico, dolore hæmorrhoidum, in menſium, & hæmorrhoidum profluvio, albo mulierum fluxu; in ſputo, & vomitu ſanguinis, in quacumque hæmorrhagia, & in omnibus uteri paſſionibus, cruciatibus, & ſuffocationibus; in febrium æſtuatione ſummum eſt ſolatium. Non eſt itaque morbus, & cruciatus in humano corpore, in quo Lauda-



Digitized by Google

num ſine opio non conducat. Doſis à gr. ij. iv. vel vi. quæ poſt cœnam circa lecti introitum afferatur, vel quacumque hora diei juxta neceſſitatem.

# LIQUOR PRETIOSUS.

℞. *Radic. recent. Satyrion. lib. ii. aqua dulci has probè dilue, panniſque linteis exactè munda. Hoc facto, in mortario lapideo optimè contunde, adaugendo medull. panis alb. recenter coct. unc. viij. iterum omnia ſimul contundendo, reduc in formam maſſæ, & ſi radices non adeò recentes, & ſuccoſæ eſſent ad formandam maſſam, adde aliquantulum ſpirit. vin. Tunc hanc maſſam repone in phiala vitrea cum alembico cæco adaptato, juncturis optimè clauſis; denique digere in fimo equino per duos menſes continuos. Tranſacto tempore, aperies phialam, & exprimes fortiter ſuccum, qui aliquantulum viſcoſus erit: reſiduum optimè calcina pro extractione ſalis, quod ſucco viſcoſo ſuperiùs reſervato additur, & hanc miſturam ad phialam vitream cum alembico cæco adaptato pones iterùm ad digerendum per alios duos menſes continuos, ut ſuperiùs feciſti in fine injice liquorem citrinum, quem per inclinationem à fæcibus ſepara, cui adde denique guttas aliquot olei cinnamomi, vel nucis myriſticæ.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

Liquor hic magnum eſt in coeundi impotentia arcanum; nam Venerem emortuam potenter vivificat, & ad deſueta munia excitat, frigidam partium genitalium intemperiem emendat, & earum imbecillitati ſuccurit; utriuſque ſexus genitalia calefacit, & roborat, tumefacit, & validè erigit, coeundi cupiditatem æſtuare facit, & omne coitus impedimentum tollit; undè frigidis, & maleficiatis prodeſt, non tantùm

tùm juvenes, ſed etiam ſenes, & debiles, & ſegniores fortiter in Venereis caſtris militare facit, & ſemen reddit fœcundum. Valet inſuper ad reſtaurationem, & conſervationem balſami noſtri radicalis, ſi ſemel, aut bis in hebdomada eo utatur. Doſis drach. i. ad ii. vel ad unc. dimid. ſuperbibendo vini Malvatici, vel cujuſvis generoſi cyathulum i.

## MERCURIUS DIAPHORETICUS HELMONTII.

*℞. Mercur. depurat. (nam non opus eſt pulvere Joannis de Vico) unc. viij. ſolve in aqu. fort. & olei vitriol. ana unc. viij. deſtilla pro ut moris eſt ex retorta vitrea, repete addendo novum oleum vitrioli, & aquam fortem ad quintam uſque cohobationem ſub fine augendo ignem: hoc abſoluto edulcora pulverem, ſi placet, aqua communi ad tempus; ſi non placet; ℞. aqu. ovorum unc. viij. abſtrahe, reitera nova affuſa aqua ovorum, donec corroſionem abſtuleris omnem. Hoc peracto coboba decies cum ſpir. vin. opt. dephlegmat. exſiccetur, & igniatur in crucibulo, pro ut moris; manebit pulvis fixus aliquo modo adſtringentis ſaporis: Modus conficiendi aquam ovorum ſequens eſt. ℞. Spir. phlegmatic. alumin. ſpir. phlgematic. vitriol. ana lib. dimid. (notandum quod non bebent eſſe fortiores ſpiritus, ſed priores, qui cum phlegmate egrediuntur) acet. deſtillat. lib. i. dimid. albumin. ovor. duriter coctor. lib. iv. (putamina potes addere) affunde pedetentim ſpiritus, & acetum, nam fermentant valdè, deſtilla uſque dum videris oleum projicere, tùm abſtine à deſtillatione, calcina quod in cucurbita reliquum eſt; reaffunde aquam de albumine deſtillatam, reitera deſtillationem, & ſic habebis aquam ovorum.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

HIc Mercurius Diaphoreticus Helmontii maximum arcanum eſt in medicina, & præfatus author hoc in deſperatis morbis mira præſtabat, & hoc eodem, qui utetur, eadem efficiet. In omni itaque hydropis ſpecie, febribus tam malignis, quàm epidemicis, & in quocumque morbo, qui à producto materiali ſubſtentantur, in Lepra, Elephantiaſi, lue Venerea, gummatibus, doloribus, ulceribus, gonorrhœa, tabe, &c. facit quantum Phyſicus, atque Chirurgus optare volent. Doſis gr. i. in pilul. aggregativ. vel confectione AlKermes.

---

## OLEUM ANTI-SPASMODICUM.

℞. *FLor. chamomill. melilot., aneth. roſar. rubr. roriſmarin. ana. m. i. ol. antiqu. lib. i. vulpin. roſat. violat. ana lib. dimid. vin. malvatic. lib. i. Infundantur omnia ſimul per octiduum, poſteà bull. in balneo ad conſumpt. vini inde f. expreſſio, & itera in oleo, addeque ſpir. vin. lib. i. nuc. moſchat. n. iv. baccar. hæder. num. 60. laur. num. 40. tritura groſſo modo, & infunde per xii. horas, addendo lumbric. terreſtr. ſub umbra arbor. aurantior. dulc. excavator. & collector. lib. dimid. bull. ad conſumpt. ſpir. vini; tandem add. caſtor. ver. drach. iv. refrigera, cola, & ad uſum ſerva.*

*Vires, & Uſus.*

MAgnæ energiæ eſt hoc oleum ad quaslibet convulſiones poſt debitam evacuationem; membris namque ſpaſmo correptis medetur, nervorum origini, & partibus convulſis inunctum: undè tam

uni-

Digitized by Google

univerſali ſpaſmo, quàm particulari conducit, ut ſtrabiſmo, ſpaſmo Cynico, manuum & pedum contracturæ, convulſioni à capitis vulneribus, & uteri convulſioni, imò omnibus motibus convulſivis, & ſpaſmo flatulento, qui crampus appellatur. Locus autem ſpaſmodicus calidè manè, & veſperi inungatur: mollificat, reſolvit, & nervos roborat.

## OLEUM PRO VISCERUM OBSTRUCTIONE.

℞. *Succ. abſynth. lib. i. ſucc. rut. unc. viii. ol. de Cappar. de lateribus, & lilior. alb. ana lib. i pulp. Colocynthid. unc. ii. panis porcin. unc. iv. infund. per xii. horas, poſteà leniter bulliant, colentur, & oleum ad uſum ſerva.*

### *Vires, & Uſus.*

ADmirandas operatur virtutes ſupradictum oleum in omni viſcerum obſtructione, ut quotidiana teſtatur experientia; ac proindè obſtructionibus ventriculi, Hepatis, Lienis, Meſenterii, ac in cachexiam ruituris ſuppetias fert calidè inunctum regioni naturali: nam calefacit, aperit, penetrat, & quorumcumque humorum aggeriem attenuat, & alvum lubricam reddit, ac probatiſſimum eſt ad menſtrua cienda. Ungatur patiens manè jejuno ſtomacho, & moderatè ſe exerceat.

## PILULÆ ANTI-HYPOCHONDRIACÆ.

℞. *MArtis ſine ſulphur. parat. unc. i. aloes opt. ſenæ mund. rhabarbar. elect. & agaric. recenter trochiſcat.*

*chiſcat. ana drach.ii. ſemin.fænicul. & bryon.ana ſcrup.ii. pulver. Diarrhodon Abbat. drach. dimid. croc. ſcrup. dimid. gumm. ammoniaci in aceto ſolut. & traject. drach. iii. cum oximellite f. maſſa pilularum.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

HYpochondria, & ventriculum ab humoribus craſſis, & viſcidis imbuta leniter purgando liberant; imò omnes humores tartareos, & auſteros incidunt, attenuant, & exturbant; ac propterea omnem regionem naturalem, Hepar, Lienem, Meſenterium, Pancreas, & præcipuè Stomachum, mali ſedem & portitorem, ab omni obſtructione immunia reddunt; acidum illud ſylveſtre abſorbent, emendant, & ipſum ſanguinem auſteritate imbutum, & effœtum repurgant, & ſpiritus torpidos vigorant; ac proindè in cachexia, febre quartana, chloroſi, & menſtruorum retentione mirificè proſunt; & tandem omnibus hyochondriacorum ſymptomatibus ſuccurrunt, coctionem juvant, & appetentiam excitant. Omnibus hæ noſtræ pilulæ conveniunt, cùm nullus ex mortalibus à malo hypochondriaco ſe eximere poſſit. Doſis drach. i. capiatur per octo, vel novem dies continuos, plus minuſve, manè jejuno ſtomacho, deambulando per unam, vel alteram horam.

## PILULÆ AD GONORRHOEAM VIRULENTAM.

℞. *MErcur. dulc. drach. dimid. ſuccini uſti pulveriſ. croc. mart. calcanth. ana drach. i. dimid. gumm. Tragacant. pulveriſ. balſam. peruvian. dar extract. hyperic. ana drac. ii. terebinth. prius benè lot. cum aqu. roſar. rubr. unc. ii. pulv. glycyrrhiz. q. ſ. m. & f. maſſa.*

*Vires,*

*Vires, Uſus, Doſis.*

GOnorrhœam curandi potiſſimam habent energiam hæ pilulæ; nam omnem virulentiam tollunt, dolorem in penem erigendo demulcent, urinæ acrimoniam compeſcunt, & quantumlibet virulentam gonorrhœam radicitus curant, ac paucis diebus curationem abſolvunt citra futuræ noxæ ſuſpicionem. Præterea accommodatiſſimæ in percurandis renum ulceribus ſunt. Doſis drach. i. ad ii.

---

## PILULÆ NICOLAI SALERNITANI CONTRA FLUXUM.

℞. *MIrtyllor. balauſt. malicor. ſymphyt. ſanguin. dracon. bol. armen. acac. hypociſtid. roſar. tartar. ſumach. croc. gall. moſchat. Domini Nicolai, gallar. cinnamom. ſpod. maſtich. gumm. arabic. ana drach. i. opii drach. dimid. Hypociſtidis ſuccum, opium, & acaciam in ſucc. myrt. & lentiſc. diſſolv. reliqua in tenuiſſimum pulverem redige & ex arte fac maſſam.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

PRobatiſſimæ experientiæ ſunt per tot annorum circuitum hæ pilulæ à Nicolao deſcriptæ, ſufficiat ortum habuiſſe à Salernitano; alvo namque laxæ perpetuò opem tulerunt; hinc in omni alvi fluxu, ut Diarrhœa, Dyſenteria, Teneſmo, Lienteria, Cœliaca, & Fluxu Hepatico, imò in nimio menſium fluxu, & albo mulierum fluore ſunt veluti incantamentum, & nunquam medicum & ægrotum de optato effectu defraudarunt. Doſis ſcrup. ii. ad drach. i.

PI-

## PILULÆ STOMACHICÆ APERIENTES.

*℞ Mithridat. theriac. opt. aloes ſuccotrin. ana drach.i. maſtich. ſcrup. ii. myrrh. croc. ana ſcrup.i. extract. calib. drach. dimid. cum ſucco ſalviæ fiat pilularum maſſa.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

COntra omnia ſtomachi vitia quotidiè maximo cum ſumentium emolumento has experimur pilulas; nam ſtomachum corroborant, collapſam ejus appetentiam excitant, coctionem adjuvant, ejus anguſtias in cibi tranſitu tollunt, alimenti diſtributionem accelerando, obſtructiones aperiunt, & ipſum à ſuccorum craſſorum infarctu liberant, leniter purgando ab omni putredine cuncta membra præſervant, & lumbricos enecant. Doſis drach. i. ad drach. i. dimid.

---

## PILULÆ DE SUCCINO CRATONIS.

*℞. Pulver. ſuccin. maſtich. ana unc. dimid. aloes drach. x. agaric. drach. iii. ariſt. loch. rotund. ver. drach. i. cum Syr. de betonic. q. ſ. f. maſſa.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

ADmiranda illarum virtus, & nunquam ſatis laudanda exiſtit, quoniam alvum leniter ſolvendo, à quamplurimis incommodis ventriculum liberant; caput roborando, adeoque a catarrhalibus fluxionibus, ſive deſtillationibus in ſubjectas corporis partes irruentibus, à quibus variæ morborum ſoboles gignuntur, & de-

Digitized by Google

denominantur, præſervant. Præſcribit author bis in menſe, ſumereque jubet poſt primum ſomnum. Doſis drach. i.

## POTIO VULNERARIA.

*℞. Radic. ariſtoloch. rotund. conſolid. major. gentian. ana unc. i. flor. tiliæ, ſambuc. roſ. rub. ana p. i. fol. olivar. oxalid. plantag. ſcabioſæ, perſicar. agrimon. vincæpervincæ, pulmonar. polygon. major. ſeu centinod. ana m. ii. f. decoct. in lib. ii. aqu. capillor. vener. & ſucc. urtic. depurat. lib. i. dimid. bulliant ad conſump. tert. part. deindè colentur. Cujus colaturæ ℞. unc. iv. aut v. adde pulver. ſang. hircin. antipleuritic. drach. dimid. pulver. ranar. ad albedinem calcinatar. ſcrup. i. pulver. rub. tinctor. & cancror. fluviat. ana ſcrup. ii. pulver. rhabarbar. opt. cydoniat. ſcrup. i. acet. acerrim. drach. i. dimid. & f. potio.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

MAximo in uſu ſunt apud Germanos potiones Vulnerariæ, imò in tota Germania non eſt barbitonſor, non vetula, nec carnifex, qui propriam potionem vulnerariam non vendant pro ſanandis vulneribus: ſolùm noſtri Itali, & præſertim Partenopæi Chirurgi his potionibus non utuntur, ſed neſcimus, an ignorantia, (& hanc profectò credimus) an verſutia ducti has reſpuant, undè vulneratorum ſanationes non ſine vitæ pernicie, & ægri expilatione diutiùs protrahuntur. Felix ille Chirurgus erit in vulnera curando, qui vulneratis has præbebit potiones, nam citò, tutò, & jucundè ſanabit; hæc namque noſtra potio parti vulneratæ alimentum medicamentoſum ſuggerit, quod celeri motu balſamicam virtutem tum toti

cor-

Digitized by Google

corpori, tum parti vulneratæ defert; ac radicalem balſamum ad ſuam temperiem reducit, & reſtituit. Vulnerum ſymptomata, tumorem, inflammationem, febrem, & carnis excreſcentias inhibet, ſanguinem concretum reſolvit, & omnem acorem ſuo AlKali abſorbet, obtundit, deſtruit, corruptionem impedit, & omnia vulnera tam cæſim, quàm punctim, & ex contuſione brevi temporis ſpatio internè ſanat cujuſcumque corporis parti inflicta. Item maximi emolumenti prorsùs curativi eſt percuſſis, & devolutis ab alto, ſanguinem expuentibus, vel emingentibus, ac nimiis menſium profluviis: ſed cave, ne in his ſanguinis excretionibus ſanguinem ſemper detrahas, ut aliquorum barbatorum Medicorum mos eſt, qui radicalem hujus potionis operationem non intelligunt. Doſis ut ſuprà.

---

## PULVIS ALEXITERIUS.

℞. *Contrayerv.or.unc.i. corall.alb. & rub. ſpod. ſtib. diaphor.ana unc.i.dimid.corn.cerv.philoſoph.præp.lapid bezoar.occident.ana drach.dimid.ambr.griſ.gr.xv.margarit.præp.drach.ii.terr.lemn.alb.bol.armen.or.ana drach.dimid. fiat omn.pulvis.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

Efficax eſt in omnibus Conſtitutionibus Epidemicis, & malignis, ac in ipſa peſte; omnes enim partes principales munit, & humores venenatos, ac vitioſos per ſudorem, vel diaphoreſin egregiè pellit, & eorum acrimoniam etiam abſorbet; ac propterea efficaciſſimum experti ſumus contra variolas, & morbillos, febres petechiales, & malignas ex aeris mutatione; uti nec minus

contra

contra Eryſipelas, & alia Symptomata venenoſa, ubi alexiteria præſidia, virulentæ malignitati reſiſtentia, ac ſanguinem mundificantia requiruntur, ſumma virtute operatur. Doſis drach.i.ad i. dimid. in Syr. de Scordio, & aqua theriacali; ad præſervationem ſufficit drach.dimid. in vehiculo convenienti. Advertendum eſt, quòd præfatus hic noſter pulvis alexiterius bis in die reiterari debet, donec ſæva ſymptomata cicurentur, ſecùs operam perdes.

## PULVIS ANTI-PODAGRICUS.

℞. *TArtar.Bonon.fol.ſenæ.or. ana unc. i. rhabarbar. opt. drach.ii.hermodactyl.turbith.ana drach.iv.diagryd. drach.i.ſalſæ paril. ivæ artetic. ana unc. dimid. f.omn.pulvis.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

MIrabilem efficaciam habet tam in curando, quàm in præſervando ab omnibus Arthritidis ſpeciebus: Ità enim ſeroſam, ac tartaream materiam Podagricas fluxiones gignentem commodiſſimè evacuat, ut ſimul acidum hoſtilem omnibus articulis adhærentem obtundat, & per Diaphoreſim reſolvat, & evellat; articulorum atrociſſimos ſolatur dolores, inflammationes, & rubores temperat, ac fluxiònibus frænum injicit. Doſis à drach.ii.ad ii. dimid.in jure pulli, aut vino albo.

## PULVIS CARDINALIS PALLOTTÆ.

℞. *ARiſtoloch. utriuſque, biſtort. gentian. carlin.tormentill.dictam. Cretic. rhapontic. herb. card. ſanct. bac-*

*car.*

*car.laur.bol.armen.terr.lemn.ver.ſemin.aniſor.maſtich.ana unc. dimid. pyrethri, rhabarbar. opt. & croc. ana drach. iii. f.omn pul. ſubtiliſſ. & in vaſe optimè clauſo aſſervetur.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

APpropriatum remedium eſt hic pulvis contra Pleuritidem, Peripneumoniam, cæteraſque inflammationes, ut tot annorum ſerie expertum eſt, & major eſt experientia dictis, nullum Pleuriticum, quem ſcimus, hujus pulveris exhibitione periiſſe compertum eſt; ſanguinis enim acorem corrigit, effuſum, vel coagulatum ſanguinem reſolvit, in grumos coagmentatum diſſolvit, fluxilem reddit, & in naturæ gratiam redire facit: ipſum etiam in circulum adigit, febrilem demulcet ardorem, & dolorem exanimantem compeſcit. Eſt adeò expertum, & infallibile remedium, ut nullam Medico famam pariat; nam Medicæ artis ignari, ſputum citra ſanguinis tincturam obſervantes; Pleuritidem, Peripneumoniam, & alias internas inflammationes non fuiſſe exiſtimant. Doſis drach.j. ſumi poteſt quatuor horis ante, vel poſt cibum in jure pulli, vel ſyr.de papaver. rhæados, vel Card.bened.ct.

---

## PULUIS DENTIFRICUS.

*℞. COrall.rub.balauſt.petr.pumic.alumin.uſti, gallar.galliæ moſchat.ana drach.i.cyper ſpum.mar. cardamom.ſal. armoniac ſal.prunell.ana drach.i.dimid. ſpic. nard. lign.aloes ſpod.maſtich.ſucc.licii, ſive gumm.cat.ana drach.i.caryophyllor. drach.i.dimid. m.f. omn. pulvis.*

Vires,

Digitized by Google

## *Vires, & Uſus.*

VTilis eſt ad dentium ſordities abſtergendas, & fœdos colores corrigendos, & nobis uſitatiſſimus eſt; dentes enim nigros, lividos, vel fuſcos, flavoſque ad naturalem reducit candorem, & eburneos reddit, ſi hoc pulvere ſæpius fricentur; imò ad tantam albedinem evehit, ut quot dentes ſunt in ore, tot perlæ orientales videantur: non ſinit hic pulvis dentes ſtupore corripi, mucilaginem, & lapides dentales aufert, mobiles firmat, caries tollit, vermes perimit, ovula extinguit. Odontalgiæ ſuccurrit: & quàm maximè ſanitati conducit dentes in optima conſtitutione habere. Inſuper laxitati, putredini, & gingivarum eroſioni, ac earum excreſcentiæ, & tumefactioni confert; ac tandem malè olentem animam corrigit.

---

## PULVIS AD DIFFICULTATEM PARTUS.

℞. *TEſticulor. equi in Clybano ex arte ſiccator. cinnamom acutiſſim. nucleor. dactylor. borac. croc. rub tinctor. fol. ſabin. ſicc. ana drach. ii. trochiſc. de myrrha drach. i. m. f. omnium pulvis.*

---

## ALIUS PULVIS AD EUNDEM AFFECTUM.

℞. *CAſſ. lign. ver. ſuccin. alb præparat. ana unc. dimid. borac. drach. ii. croc. or. ſcrup. iv. herb. ſabinæ unc. ii. pulveriſentur omnia ſubtiliſſimè.*



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

EXhibetur uterque hic noſter pulvis fœminis, quæ in partu multum, diuque laborantes, in diſcrimine vitæ verſantur: multiplicat quidem, & auget partus agones, ſeu nixus, fœtum tamen citò, & maxima facilitate tutiſſimè, Dei auxilio, excludit. Experimentum certiſſimum eſt. Expellit quoque ſecundinas in partu detentas abſque mora, & diminuta menſtrua præſenti auxilio ſollicitat, & provocat. Datur à drach. dimid. ad drach. i. cum aquæ artemiſ ſimpl. vel comp. lilior. albor. ana unc. i. & aqu. cinnam. unc. dimid. nec non cum hauſtu vini albi.

## PULVIS HYDROPICUS.

℞. *SEn. mund. turbit. hermodactyl. ſemin. ebul., jalap. mechoacan. ana drach. i. Cremor. tartar. drach. ii. gummi gutt. pulv. diambr. Meſues, Diarrhodon. Abbat. ſemin. fœnicul. ana ſcrup. i. ſacchar. Cand. ad pondus omnium, m. f. pulvis.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

COmmendatur, imò pro maximo hydropicorum ſpecifico reputatur pulvis hic; Cùm non ſolum ſeroſam humiditatem in corpore fluctuantem per alvum, & urinam evacuet, verùm etiam per ſudorem, & inſenſibilem tranſpirationem materiam flatulentam diſcutit, & diſſipat, obſtructionem viſcerum naturalium reſerat, & tonum naturalem jam amiſſum eis reſtituit. Doſis drach. i. dim. ad ii. cujus infund. per noct. in vin. alb. unc. iv. Capiat manè vinum & pulverem quinto quoque die præmiſſis univerſalibus.

PUL-

## PULVIS AD LAPIDEM VESICÆ.

℞. *Radic. fœnicul. teſtæ bovis, chamæmel. betonic. pariet. tar. flor. cheir. roriſmarin. ſalv. baccar. laur. juniper. ana drach. dimid. ſemin. geniſt. unc. i. viol. althææ, aniſor. ana ſcrup. i. ſemin. quatuor frigidor. major. cinnam. nucis myriſtic. ana drach. i. glycyrrhiz. drach. ii. m. & f. pulvis ſubtiliſſimus.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

CAlculus Renum facili marte propellitur, ſed non ita Veſicæ quia eſt extra naturæ juriſdictionem, & ob productam in Veſica moram durior exiſtit, quàm Renum calculus, qui friabilis eſt; ac proindè medicamenta contra veſicæ lapidem vana, & inutilia ſemper reputantur, tùm ob longam viam, in qua immorantur, & debilitantur, tum quia, cum fit magnus, & ſiliceam nactus fuerit duritiem, non tantùm medicamentis non confringetur, ſed neque malleo conteritur, tum quia ſi veſicæ ſit adnatus, vix remedii eſt capax, niſi à perito Lithotomo ſectione educatur. Hic noſter pulvis, cùm veſicæ calculus puſillus eſt, inſervit; tunc enim illum infringit, conterit, & in arenulas contritum expellit. Doſis eſt drach. i. ad i. dimid. in vino albo, vel decoct. cicer. rubr. aut alio vehiculo diuretico.

## PULVIS PECTORALIS MICHAELIS.

℞. *Radic. aron. radic. ireos Florentin. ana unc. dimid. flor. ſulphur. unc. i. antihectic. Poter. drach. iii. flor. benzoin. drach. ii. m. f. omnium pulvis.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

IN omnibus Thoracis, & Pulmonis affectibus præſentaneum eſt medicamentum; has enim partes ab omnibus humoribus craſſis, lentis, & viſcidis vindicat, eos attenuando, incidendo, & per ſcreatum educendo, ac propterea tuſſim tam antiquam, quàm recentem eliminat; imò Aſthmati, ſecundum omnes ejus ſpecies non ſine admiratione ſuccurrit, Pleuritidi auxiliatur, Phthiſis, & febris Hecticæ ſummum eſt præſidium: tandem omnes Pectoris, & Pulmonis ægritudines tollit. Doſis eſt drach. i. in ſyrupis pectoralibus ad modum lambitivi manè jejuno ſtomacho, & ſerò ante cœnam.

---

## PULVIS STOMACHICUS EJUSDEM MICHAELIS.

℞. *Radic. aron. lib. i. arcan. duplicat. Mynſicht. lib. dimid. ſal. abſynth. unc. iii. radic. calam. aromatici unc. i. cinnam. caryophyll. ana drach. vii. dimid. macis, piper. long. zinziber. cubeb. cardamom. granor. Paradiſi, ſemin. Kerm. Zedoar. & Coriandr. ana unc. dimid. m. f. pulvis ſ. a.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

OMnibus ſtomachi languoribus ſuccurrit, appetentiam depravatam reficit, & collapſam ſuſcitat, mucilagines ventriculo adhærentes incidit, & ſubducit, Ventriculum roborat, cruditates corrigit, coctionem adjuvat, ſucci nutritii diſtributionem promovet, flatus expellit, & ſtomachi dolores ab acido provenientes ſedat, ac proindè hypochondriacis, qui perpetuò, de ſtomacho conqueruntur, ſummum eſt ſolatium, & tandem omnibus morbis, qui maciem adjunctam habent

bent

Digitized by Google

bent ſtomachi vitio, prodeſſe experti ſumus. Doſis drach.i.ad i. dimid. in jure pulli, vel alio liquore appropriato, vel ſaltim ſumatur manè jejuno ſtomacho in aqua tepida.

## ROTULÆ CEPHALICÆ.

*℞. Cubebar.drach.ii.ſemin.pæoniæ maris decreſcente luna collect ſcrup. i. lign.aloës drach. dimid. margarit. præp.ſcrup.ii.ſmaragd.præp.ſcrup.i.ambr. griſ.ſcrup. dimid. pulveriſanda pulveriſentur ſubtiliſſimè, deindè ℞ ol. nuc. myriſtic.ſtillatit.drach.i.macis ſtillatit.ſcrup.i.roriſmarin.gutt. v.lavendul.gutt.iv.ſacchar.alb. in ſ.q.aquæ lilior. convall. diſſolut.lib.i.m. & l. a. fiant Rotulæ.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

CErebrum, & omnes ſenſus purgant, & corroborant, ſpiritus animales recreant, & reſtaurant, memoriæ conferunt, diuturnum capitis dolorem demulcent, Epilepticis, Vertiginoſis, Congelatis, & malis Cerebri, nuncupatis frigidis conducunt. Item ſtomachum ac inteſtina refrigerata ſummè calefaciunt, ac roborant, & à doloribus præſervant, & membra tremula ſtabiliunt; ac tandem ad omnes humiditates adventitias, & excrementitias totius corporis conveniens, & appropriatum eſt medicamentum. Sumuntur quovis tempore tres, quatuorve pro una vice, ita tamen, ut in lingua per ſe diſſolvantur.



Digitized by Google

# SYRUPUS ANGELICUS.

*℞. SEnæ mund. unc. i. pulv. rhabarb. opt. unc. dimid. ſantal. citrin. & coriandr. præpar. ana drach. i. aqu. cichor. unc. xx. infund. calidè ſupra cineres per ſex horas; colaturæ expreſſ. diſſolv. pulp. caſſ. recent. extract. unc. iv. infund. per quatuor horas calidè per vices agitando cum cochleari ligneo, cola, & exprime; colaturæ expreſſ. diſſolv. mann. mont. unc. iii. ſacchar. alb. unc. iv. liqua ſimul lento igne ſine ebullitione, ſæpè cum cochleari movendo, & f. ſyrupus idoneæ conſiſtentiæ.*

## *Vires, Uſus, Doſis.*

SYrupus hic leniter purgat, ubi alvum per intervalla ſolvere oportet, ea propter Thoracis, & Pulmonis affectus, ac deſtillationes compeſcit; humores namque craſſos attenuat, & exturbat, ac proindè Aſthmati, Tuſſi, tam recenti, quàm antiquæ, Pleuritidi, Phthiſi, & Hæmoptyſi, conducit; ſed in his tribus cautè procedendum eſt, nam ventrem nimis ſolvere in Pectoris affectibus periculoſum eſt, & vitæ periculum minatur; tantùm hic ſyrupus in his mirificam ſibi adeptus eſt laudem, quia leniter ſuum peragit munus, Thoracem, & Pulmones ſaluberrimè dilatat, tergit, lenit, & purgat. In malo hypochondriaco, ſ. Dœmoniaco inſigne eſt præſidium, nam hypochondria ab omni humorum infarctu blandè liberat, & omnia ſymptomata indè oriunda præcavet. Tanta levitate in ſubducendo eſt præditus, ut in quacumque debili conſtitutione, gracili corpore, ætate tam infantili, quàm occidua, tutò propinari poſſit, cùm nullam humorum commotionem concitet, imò aduſtos temperat humores, & per alvum ſubducit, tandem

Digitized by Google

dem in Renum affectibus mira præſtat. Doſis ab unc. i. ad ii. vel iii.

---

## SYRUPUS CATHOLICUS.

℞. *Radic. cichor. unc. iii. apii, petroſelin. aſparag. ruſc. ana unc. i. Pæoniæ, Zinziber. calam. aromatic. caryophyllat. ana unc. dimid. polypod. querc. mund. lib. dimid. glycyrrhiz. raſæ unc. ii. cortic. mali citr. unc. i. cort. rad. cappar. drach. vi. herb capill. vener. meliſſ. eupator. centaur. minor. epithym. fumar. cuſcutæ ana m. i. endiv. acetoſ. ana p. i. ſummit. abſynth. m. i. ſemin. fœnicul. drach. vi. aniſor. unc. dimid. carvi, ameos ana drach. ii. naſturt. hortenſ. drach. iii. cardamom. unc. i. ſemin. quatuor frigidor. major. excort. ana unc. i. dimid. flor. anthos p. i. betonic. borrag. bugloſſ. roſar. violar. ana m. i. ſtæchad. Arabic. unc. i. paſſul. mundatar. unc. ii. Incidantur, contundantur, & coquantur in aquæ borrag. bugloſſ. cichor. fumar. ana lib. v. ad tertias, deindè colentur, & clarificentur albumine ovi; Colaturæ clarificatæ add. ſacchar. fin. lib. viii. coquantur iterùm ad ſyrupi conſiſtentiam; in fine autem coctionis adde cinnam. elect. pulveriſat. unc. i. macis pulveriſat. unc. dimid. ligentur ſimul in petia, & l. a. f. ſyrupus.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

UTiliter exhibetur hic ſyrupus ante medicamentorum purgantium uſum: humores enim craſſos attenuat, nimis lentos incidit, nimiumque viſcidos abſtergit, fervidos, & acres mitigat, terreos emollit, & omnem materiam morbificam ad ſubſtantiæ mediocritatem ità redigit, ut non cum ventris torſione, non cum pulſus depravatione, neque cum ingenti virium

 lapſu,

lapſu, ſed promptè, blandè, & innoxiè evacuari poſſit; viſcerumque obſtructiones liberat. Dicitur ſyrupus Catholicus, quia omnes humores ad futuram evacuationem præparat. Datur unc. i. dimid. cum qu. appropriat. ſimplic. unc. iii. vel unc.i. cum aqu. appropriat. compoſitar. unc. ii.

## SYRUPUS PRO CAPITIS DESTILLATIONE.

*℞. Succin. lib. i. ponatur in tigillo ſupra ignem, ut liqueſcat ad formam picis, in quo injice. opii groſſo modo contuſi unc. iii. comburantur ſimul, donec reduci poſſint in pulverem, de qua accipiantur ex. g. drach. ii. & bulliant in lib. ii. aqu. betonic. donec conſumatur medietas, poſteà filtra per chartam, & cum ſacchar. q. ſ. ſyrupus, ut artis eſt.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

TEnues, acres, & ſalſas deſtillationes à capite, ſeù aliundè in ſubjéctas partes delabentes, ut in aſperam arteriam, vel pulmones, & ex indè illas lædunt, exaſperant, exulcerant, & habitualem excitant febrem; ſiquidem ea, qua pollent acrimonia nerveas lancinant fibras, undè irritato diaphragmate, oritur tuſſis ad humorem irritantem expellendum, cujus repetitis ictibus, laxata pulmonum compage, ruptiſque alveis fluxus purpureus qua data porta ruit: indè tabes à relicto cruore, acoremque mora contrahente, ſoboleſcere potuit: à defraudato alimento ſub viſcidæ materiæ larva evacuato, corpus marcore obruitur, vel ſi mavis, eo quod ſuccus nutritius aculeis ſalinis, atque acidis nimium imprægnatus, nutritioni redditur ineptus; temperat, immutat, refrænat, ſiſtit, ſomnumque conciliat ſyrupus hic; ac propterea nutrimentum ipſum

Digitized by Google

ſum ſalinis mucronibus, acidiſque ſordibus exutum, in partium optimam alimoniam faceſſere valet: caput etiam roborat, ne humores degnerent, ſolvantur, & depluant, tuſſimque propellit. Doſis unc. i. cum aqua nymphææ; vel decocto Chinæ longè à cœna cubitum iturus.

---

## SYRUPUS DE HELLENIO AUGENII.

*℞. Radic. hellen. & polypod quercin. in vin. alb. dulc. macerat. ana unc. ij. paſſular. enucleat. unc. dimid. ſebeſten num. xv. farfar. pulmonar fol. ſaturej e, & calamint. ana m. i. fol. unum mag. tabaci, glycyrrhiz. raſ. drach. ij. ſemin. urtic. & goſſipii ana drach. j. dimid. coquantur in ſuff. quant. aqu. ſcabioſæ, & mulſ. poſteà colentur, colaturæ add. ſacchar. albiſſim. q. ſ. ad conſiſtentiam ſyrup.*

*Vires, Uſus, Doſis,*

Optimus eſt hic ſyrupus ad tuſſim, vocis raucedinem, Catarrhum, Aſthma, Phthiſim, omnia Pectoris, & Pulmonis vitia, Pleuriticos parùm, vel nihil excreantes; humores namque craſſos, viſcidoſque incidit, attenuat, & faciliter expectorare facit. Item defluxionibus tenuibus, & ſalſis a capite, vel aliunde ad aſperam arteriam, Thoracem, & Pulmones depluentibus conducit, quia tenues defluxiones ſiſtit, incraſſat, & maturat, ſalſas immutat, dulcificat, & has omnes partes rectificat, & corroborat. Sumitur lambendo.



Digitized by Google

## SYRUPUS MELANAGOGUS.

*℞. Radic. polypod. quercin. mund. lib. dimid. radic. bugloſſ. borrag. ana unc. i. glycyrrhiz. raſæ cortic., radic. cappar. cortic. tamariſc. ana unc. i. dimid. herb. epithym. p. i. caſſuth. fumar. meliſſ. ſcolopendr. ana p. dimid. ſemin. aniſor. & fœnicul. ana drach. iij. ſemin. quatuor frigidor. major. mundator. ana unc. dimid. pœoniæ decreſcente luna collect. unc. dimid. flor. cordial. p. i. betonic. m. dimid. ſtœchad. Arabic. unc. ii. myrobalanor. Ind. unc. i. dimid. prunor. Vngaric. enucleat. lib. dimid. jujubar. num. xx. Incidenda incidantur, contundantur, & coquantur in aqu. borrag. & bugloſſ. ana lib. iv. & aqu. fontan. q. ſ. ad tertias, colentur, & colatura clarificetur albumine ovi, atque in ea parum bull. fol. ſenæ Alexandrin. ſine ſtipitibus lib. dimid. deindè ſtent in infuſione in loco calido per noctem, manè iterùm facta una atque altera ebullitione colentur, & clarificentur: colatura clarificata add. ſyr. de epithym. de fumar. major. violat. ſolutiv. ana lib. dimid. ſacchar. alb. deſpumat. & clarificat. lib. iv. m. & coquantur ad ſyrupi conſiſtentiam, & f. l. a. ſyrupus clarus; in fine autem coctionis aromatizetur hoc modo, ut ℞. macis elect. drach. iij. cinnamom. acutiſſimi drach. vij. zinziber. drach. ij. ſpic. Indic. drach. i. dimid. pulveriſentur ſubtiliſſimè, & f. ex linteo puriſſimo nodulus.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

HUmorem melancholicum retorridum, ſive acidum ex cerebro, Liene, Hepate, Hypochondriis, & Meſenterio blandiſſimè purgat; ſingulare eſt remedium Melancoliæ, Epilepſiæ, Lienis obdurati, Scorbuti, Febris quartanæ, Scabiei, Impetiginis, Viti-

Digitized by Google

Vitiliginis, Elephantiaſis, atque omnium diuturnorum, & lentorum morborum, quos viſcerum impuritas, aut ventris obſtructio genuit. Senſus etiam acuit, mentis torporem, & ſtuporem tollit, timores, & mœrores animi profligat, imaginationis hallucinantis nebulas diſpellit, lætitiæ lumine cor, & cerebrum irradiat: Eſt omnis ætatis hominibus conveniens, imò nec prægnantibus inſenſum. Datur ab unc. i. dimid. cum aquar. appropriatar. unc. ij. vel iii.

## SYRUPUS REGIUS CORRECTUS DOMINI MERCATI.

℞. *SUcc. mercurial. depurat. & emulſion. ſemin. cartham. in aqu. pomor. redol. fact. ana unc. vi. aqu. ſcorzoner. unc. vii. ſacchar. alb. q. ſ. ut l. a. f. ſyrupus, cui adde, dum coquitur, in ligatura, confection. hyacinth. alkermes ſine odore, & pulver. elect. de gemm. ana drach. ij.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

DIcitur ſyrupus Regius ob egregias virtutes, quia etiam Rege eſt dignus, & à Regibus ſumi debet; guſtum enim oblectat, & ſolo palati attactu ſpiritus reſtaurat vitales, & olfactus fragrantia ſua ſpiritus reficit animales; ideoque præberi debet Principibus, Magnatibus, delicatulis, & iis qui omne refugiunt medicamen: nam leniter adſtrictam ſollicitat alvum, pronas vias ſcybalis abſque torminibus exonerando, lubricamque conſervat. In cordis affectibus, tremore, lipothymia, & ſyncope ſummum eſt Cardiacum cochleatim ſumptus. In malignis animi paſſionibus, mœrore, melancholia, timore, & puſillani-

ſillanimitate maximum eſt ſolatium, nam ſpiritus depurando, & reficiendo lætitiam inducit, cunctas paſſiones tranquillat, omneſque acuit ſenſus. Doſis drach. ii. vel iii. diſſolut. in ſuff. quant. decoct. ſolut. cordial. fact. in aqu. meliſſ. ut f. potus, cui (ſi libuerit) addi, & diſſolvi poteſt drach. dimid. elæoſacch. citri, & tandundem elæoſacchar. cinnamom. ſumi etiam poteſt eadem doſis ſyrupi per ſe abſque decocto.

## SPECIES ABSORBENTES.

℞. *STib. diaphoretic. corall. rubr. ocul. cancror. colcothar. præp. cinnabar. nativ. ana ſcrup. dimid. vitriol. mart. gr. vj. extract. opii gr. i. m. f. pulvis.*

*Vires, Uſus, Doſis.*

VAlent ad ſtomachi ardorem, dolorem, torſionem, & punctiones; item Cardialgiam, Picam, Malaciam, famem caninam, ructus acidos, omnemque dolorem, ardorem &c. pacant, leniunt, & veluti incantamentum ſopiunt, aciditatem temperando, immutando, obtundendo, præcipitando, & reſolvendo; ac propterea in cruciatibus inteſtinorum, & omnibus morbis ab acido geneſin habentibus præſentaneum eſt medicamentum, ut in urinæ ardore, podagra, omnibuſque doloribus articularibus, Lithiaſi &c. Sumitur hæc doſis in jure, vel alio liquore decenti.

## SPECIFICUM ANTI-EPILEPTICUM PUERORUM.

℞. *MAgiſter. cran. human. ungul. Alcis, ocul. cancror. ana drach. ii. ſalis volat. cran. human.*

*&*

Digitized by Google

*& ungul. Alcis ana gr. x. cinnat. miner. drach. ii. ol. deſtillat. cinnam. gutt. x. f. omnium pulvis ſubtiliſſimus, & diligenter ſerva.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

MIrabile ſecretum eſt hoc noſtrum ſpecificum, imò ipſo auro pretioſius in curanda, & præcavenda idiopathica, & ſympathetica epilepſia puerorum, ac infantium; Confortat enim, & inſigniter munit cerebrum, in eoque infenſam materiam corrigit, ſpiritus animales ab ea irritatos, & inordinatè motos, ac proindè fibrillas nerveas ſpaſmodicè hinc inde agitatas, pacat, & ſiſtit ac lac coagulatum in infantis ventriculo acetoſum redditum, immutat, diſſolvit, & reſolvit. Doſis ſit à gr. x. ad xij. plus minuſve pro ætatis ratione, exhibetur tempore paroxyſmi, vel in ipſius metu in aqua Epilept. Lang. tiliæ, vel flor. pœoniæ; infantibus diluatur cum lacte materno, & paulatim ori inſtilletur.

---

## SPECIFICUM ANTI-ICTERICUM.

*℞. DEcoct. radic. chelidon. unc. iij. in qua diſſolv. nitr. fix. ſcrup. i. ſyrup. capillor. vener. unc. i. dimid. albumin. ovor. num. i. m. & agita.*

### *Vires, & Uſus.*

MAgnum arcanum eſt in percuranda Icteritia, quam infra paucos dies abigit, nec ullus Ictericus de hoc ſpecifico queritur, & quotquot illud ſumpſerunt, omnes ſanitati reſtituti fuere: expertis crede, quibus ſi minimè credis, experire, & experientiam verbis majorem invenies. Nauſeabundum non eſt, imo maximum gulæ oblectamentum, quod ſi nive refrige-

ſrigerabis, nectareum libabis ſorbetum. Ductuum, aut pori biliarii, aut meatus cyſtici; vel vaſorum choledochorum obſtructiones aperit, bilem ſupra modum genitam per urinam eliminat, & ad juſtam temperiem reducit, ac auriginoſum colorem penitus è toto corpore proſcribit. Non tantum Icteritiam flavam, ſed etiam nigram, quam bardum vulgus à matris maledictione provenire credit, curat, & nigrum colorem penitus è toto corpore per urinam eliminat. Sumatur per quinque, vel ſex auroras juxta neceſſitatem, poſtmodum purgatur corpus ſemel, aut bis; ut ℞. *Rhabar. opt. drach. i. dimid. ſpirit. ſal. coagulat. A Mynſicht gr. x. decoct. radic. chelidon. unc. iij. infunde per noctem, mane decanta, & f. potus.*

## SPECIFICUM ANTI-NEPHRITICUM.

℞. R*Habarb. opt. drach. iij. granor. Iunip. drach. v. cortic. caſſ. unc. dimid. aniſor. drach. i. fænicul. drach. ij. dauc. unc. i. agaric. zinziber. cinnamom. galang. ana drach. i. macis ſcrup. ij. glycyrrhiz. raſ. drach. vi. vin. opt. part. ij. vin. ardent. part. i. Ponantur omnia in vaſe vitreo optimè obturato per dies xv. poſteà deſtillentur.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

IN Nephritide ſummum ſolatium eſt hoc ſpecificum, & à tanta renum tortura potentiſſimè liberat, & præſervat; nam latices à ſanguine in renum pelvim depoſitos, tartareos, fæculentos, lutulentos, ac mucilaginoſos non ſinit in arenulas, vel calculos concreſcere à ſpiritu acido, ſed unà per urinæ vias exterminat; calculos verò ex his concretos mirè diſſolvit, confringit, & in arenulas exturbat, at tam materiam

calcu

Digitized by Google

calculorum proximam, quàm remotam, antequam in ſabuloſam abeat concretionem, diſſolvit, & unà reſolvit. Doſis drach. ii. vel iii. cum Syr. de quinque radicibus aperientibus, vel aqua Ononidis ſtomacho jejuno.

## SPIRITUS ANTI-PARALYTICUS.

*℞. Baccar. laur. juniper. caſtor. ver. euphorb. ana drach. ij. dimid. ſemin. herb. paridis, radic. primul. ver. & angelic. ana unc. dimid. ſalv. flor. chamomil. & lavendul. ana p. i. Caryophyllor. macis ana drach. iij. maſtich. myrrh. ſtyrac. liquid. ana unc. dimid. gumm. hederæ, galban. ana drach. iij. Contuſa, & pulveriſata infund. in ſpir. vin. opt. lib. iv. ſtent in digeſtione per triduum, deindè deſtilla ex arena ad ſiccitatem uſque.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

PRæmiſſis univerſalibus, nuca, & nervorum origo, ac membra paralytica, & arida inungantur hoc ſpiritu, ac fortiter fricentur, & membris affectis lintea madefacta ſuperponantur; volatilitate namque ſua, & ſpirituoſitate penetrat, calefacit, nervorum obſtructiones reſerat, ſcorias acerbas; & auſteras incidit, & reſolvit, nervos roborat, & membra laxa, flaccida, & emortua ad vitam revocantur, & deobſtructis nervorum tubulis ſpiritus liberè pervagantur, & ſenſus, ac motus interceptus redit.

## SUPPOSITORIA MEDICINALIA.

*℞. Sem. colocynth. ana unc. i. dimid. ſcammon. unc. i. aloes ſuccotrin. unc. ij. ellebor. alb. drach. iij. ſemin.*

*ſemin. aniſor. fænicui. cumin. ana drach. vuj. caryophyll. cinnam. zinziber. ana drach. ij. dimid. rhabarbar. unc. ij. f. omnium pulvis, & cum ſacchar. rubr. f. ſuppoſitoria, ſeu confecta medicinalia in ciambello.*

### *Vires, & Uſus.*

MIrabilem præſtant opem hæc ſuppoſitoria in lubricanda alvo, & eſt via compendiaria, qua inferior porta occluſa, reſeratur, ad quæ p. n. ſunt, exturbanda abſque ulla noxa, & tutioria ipſis clyſteribus ſunt, qui quandoq; quia nimis calidi ſunt, inteſtinum rectum uſtulant, vel perperam intruſi ipſum exulcerant, nimis frigidi, convulſionem cauſant, quæ mala patrata vitæ periculum portendunt, vel certè curatio in longum protrahitur. In omni itaque ventris adſtrictione optimum præbent uſum, inteſtina ſcybalis exonerando induratis, & mucagines exhauriendo, undè eorum uſus non tantum in alvo ſtyptica ſed etiam in doloribus colicis à fæcibus nimis exſiccatis, vel à flatibus diſtendentibus; Siquidem hæc pituitam viſcidam flatuum productricem incidunt, & eliminant. Conducunt item Ileo, enteroceli, doloribus nephriticis, fecibus renes comprimentibus; ac proindè quoque utero, & veſicæ unicè ea commendamus, & remotiùs in affectibus capitis, & maximè ſoporoſis, in quibus alvus perpetuò eſt irritanda, hypochondriacis &c. eximiè conducunt. Hinc in hypochondriacis maximè extollimus, & maximam curationis ſpem reponunt ii, qui pluries his uſi fuere. Inſuper in lumbricis enecandis, ac educendis ſummis pollent virtutibus. Nulla tandem evacuantia certiùs alvum ſubducunt, mitiùs naturã ſollicitant, & efficaciùs efficiunt, quàm hæc noſtra ſuppoſitoria, cum ſint præſentanea, & præſertim ubi purgantia locum non habent, vel adhiberi non debent, ſive vires ſint debiliſſimæ.

Digitized by Google

ſimæ. Hinc pro clyſteribus ſuppoſitoria ſubrogamus, quos meritò nonnulli recentiores penitus damnant, & à cenſu remediorum proſcribunt; quapropter pudendum Medicorum ſubſidium, & turpiſſimum medicamentum vocant: unde Germanorum vulgus potius moriendum putat, quàm clyſterium applicandum.

## TINCTURA BEZOARTICA.

℞. *Radic. gentian. petaſit. contrayerv. dictam. alb. tormentill. ana unc. dimid. herb. abſynth. card. bened. ſcord. dictam. Cretic. ana m. dimid. Cortic. aurant. citr. ana drach. i. flor. centaur. minor. ror. marin. ſtachad. lilior. conval. vel tiliæ, roſar. rub. ana p. i. ſemin. aniſor. fœnicul. pœon. dauci Cret. ana drach. ij. Omnia inciſa, & contuſa craſſiuſculè, infundantur in ſ. q. aceti optimè deſtillati in vaſe benè clauſo in calore continuo per dies octo, agita vas aliquoties, poſtea colentur, & exprimantur fortiter: reſiduo iterum ſuperinfundatur novum acetum deſtillatum, iterumque digere, & exprime ut priùs; & hoc fac quouſque materia totaliter ſit privata tinctura ſua: has tincturas ad uſum ulteriorem ſerva. Tunc accipe illud, quod remanſit poſt extractionem tincturarum, & impone ad ollam vitriatam, & mediante igne reduc in cineres albos, ex quibus beneficio aquæ card. benedict. rut. caprar. extrahatur ſal ipſius, quod etiam ſerva ad uſum. Peractis his omnibus, trajiciantur tincturæ prædictæ per filtrum, in quibus priùs poteſt diſſolvi ſal prædictum ex facibus extractum: & denique per B. M. uſque ad medietatem revocetur acetum deſtillatum, & remanebit in fundo vaſis tinctura majoris efficaciæ, in qua diſſolve Theriac. Androm. opt. ſpiritus vitriol. ſpiritus theriac. campherat. ſpiritus tartar. opt. ana unc. iij. Digerantur omnia ſimul per alios tres dies leni calore, ut fiat perfecta unio; denique denuò omnia filtrentur per chartam emporeticam, & habebis tincturam bezoarticam, quam in vaſe optimè clauſo religioſiſſimè cuſtodi.*



Digitized by Google

*Vires, Uſus, Doſis.*

MAximum arcanum eſt in Medicina hæc noſtra tinctura bezoartica, & validiſſimæ energiæ contra omnes auras venenatas, & peſtiferas, contagia corpori humano infeſta, quæ inſenſibiliter à toto eliminat, partes animales, & vitales corroborat: contra febres malignas, tam peſtilentes, quàm epidemicas, febrem Hungaricam, febres petechiales, variolas, morbillos, contra epidemicos affectus, ut Anginam, pleuritidē, & dyſenteriam; Item eryſipelas, & alia ſymptomata venenoſa, ubi bezoartica malignitati reſiſtunt, & ſanguinem mundificantia, requiruntur. Doſis drach. i., vel ij. in vehiculis appropriatis.

## TINCTURA CAPILLORUM.

*IN unc. i. aqu. fort. infund. limat. Luna cupellat. drach. i. ſtent in loco calido per diem, donec Luna fuerit ſoluta; adde aqu. roſar. alb. unc. iv. in qua drach. i. vitriol. Roman. fuerit ſoluta, filtra per chartam, & ad uſum ſerva.*

*Vires, & Uſus.*

MAgnopere capillorum tinctura à mulieribus præſertim vetulis experitur; ferre namque non ſine cordis dolore poſſunt canos capillos, ideoque omni induſtria in denigrandis capillis tota earum cura verſatur, ut venuſtæ juvenes, ſed antiquæ videantur, & tamen alterum habent pedem in cymba Charontis, & vanitate premuntur, quæ cum ipſis naſcitur, & ad tumulum uſque vivit. Sed inter mulieres vetulas, & juvenes magna intercedit contrarietas; hæ namque nigros dealbant capillos, & pulvere utuntur cyprio, qui ſuo odore grato caput inſigniter roborat, & colluviarii putorem occulit, capillos reddit candidos, & tot Cypriæ videntur, In mulierum itaque canarum gratiam hanc capillorum tincturam deſcripſimus. Ad denigrandos capillos, primò caput lava, deinde inunge pectinem, quo capillos pecte, vel penicillum im-

Digitized by Google

imbue, eoque capillos irriga, & exſicca, & corvo nigriores evadent, & hæc tinctura ad multos menſes perſeverat, & interim emergentes è cute canos inunge capillos, ne una capillorum pars nigra, & altera cana appareat, caveant tamen, ne cutem attingant.

## VINUM COMPOSITUM AD LUEM VENEREAM.

*℞. SEnæ or. unc. iv. lign. guaiac. unc. vi. ſaſſafraſſ. unc. ii. aniſor. unc. iij. jalap. hermodactyl. turbith. ana unc. dimid. agaric. elect. drach. iij. polypod. quercin. virid. unc. iv. ivæ artetic. m. i. Incidantur omnia minutim, & imponantur in vaſe vitreo capaci, & infund. in lib. xii. vin. generoſi, ſtent per tres dies, poſteà ipſum vinum bibatur, nec amoveas ſupradicta ſimplicia ingredientia uſque ad finem vini.*

### *Vires, Uſus, Doſis.*

VInum hoc medicatum, & anti-Venereum maximum ſolatium eſt lue Venerea correptis, præcipuè doloribus, gummatibus, ulceribus, & puſtulis per totum corpus diſſeminatis; nam luem, ejuſque ſeminarium radicitus exterminat, etiam inveteratam, & funditus eruit, & ſi dolores affligant, primò eos ſedat, deindè ſanat abſque recidivæ ſuſpicione. Bubones tàm legitimos incipientes, quàm ſpurios, reſolvit; Gonorrhœam quantumvis antiquatam, quæ nullis remediis ceſſit, curat, & incipientem paucis diebus profligat. Doſis lib. dimid. manè jejuno ſtomacho, & veſperi, ſi vires ſuperſint, aliàs tantum in aurora, ſumatur ſaltim per duodecim dies. Obſervetur debita, & exſiccans diæta: infra hoc tempus, potus ſit decoctum ſalſæ parillæ, & interim patiens intra proprios degat parietes. Purgat leniter per inferiora, nutrimentum degeneratum in partibus tàm diſſitis quàm intimis abſtergit, ſanguinem ab omni re-



Digitized by Google

ſtificat ſorditie, producta Venerea devicta, vel immutata una cum Galeniſtarum humoribus eliminat, & ipſum luis fermentum peſſumdat. Doſis cyathus unus manè, & veſperi jejuno ſtomacho, vel ſumatur tantùmmanè, ſi operatio larga ſuccedat.

## UNGUENTUM PRO RHAGADIBUS MAMMILLARUM.

℞. *OL. amygdal. dulc. lib. i. radic. lilior. albor. unc. iv. contund. & ſimul cum oleo bulliant uſque ad conſumptionem humiditatis. Colent. & cum cera alb. q. ſ. f. l. a. unguentum.*

### *Vires, & Uſus.*

SUmmum præſidium eſt hoc noſtrum unguentum pro lactantibus, quæ maximo in mammis cruciatu torquentur, è quibus non tantum ichor, ſeu limpha corrupta, ſed etiam quandoque ſanguis extillat, cùm rhagadibus inficiuntur, & tunc majori afficiuntur dolore, cum infans lac ſugit, ubi aliàs eædem papillæ ſanæ exiſtentes, ab infantis ſuctione titillationem, & quandam veneris voluptatem ſentiunt ob maximum conſenſum inter mammas, & uterum, ut à tali voluptuoſa ſenſatione ad mammas infanti præbendas trahantur. Hoc unguentum papillarum fibras rigidas, & ſiccas emollit ſua unctuoſitate, particulas acutas acido-ſalſas abſorbet, & domat, dolorem abigit, conſolidationem molitur, & in eroſionem, & ulcus abire non ſinit, ſi pluries in die papillæ inungantur, nec infantem à ſuctione detrudit. Juvat quoque rhagadibus labiorum, podicis, uteri &c.

## UNGUENTUM AD SUCCORUM SALSEDINEM.

℞. *LIthargyr. aur. unc. i. myrrh. unc. dimid. Zinziber. drach. ij. ol. roſar. lib. dimid. ceræ citrinæ unc. i. dimid. m. & l. a. f. unguentum.*

Vi-

Digitized by Google

*Vires, & Uſus.*

EX hujus unguenti linitione ſuccorum ſalſedo cicuratur,& miteſcit,undè humoris ſalſedinẽ corrigit, & dulcificat ſola partis inunctione; ea propter pruritum tam in ano,quàm in ſecretioribus mulierum locis temperat,& tollit, imo ipſum pruritum poſt curatam ſcabiem in aliquibus corporis pártibus relictum ſedat.Similiter prurigines,ſerpigines,& impetigines ſanat;ulcera ob humoris ſalſedinem pruriginoſa,& exedentia emendat;ac proindè herpetem tàm ſimplicem, quàm miliare, & œſtiomenon lenit, & ad ſanitatem perducit. Experiri poteſt hoc unguentum, ſi aliqua corporis pars ſcillæ ſucco imbuatur, ſtatim ingens pruritus cum maximo ſcalpendi deſiderio excitatur, hæc pars noſtro illiniatur unguento, & citò miraculi inſtar pruritus evaneſcit.

## UNGUENTUM PRO SCABIE.

℞. *Terebinth.lib.i. bull. uſque ad ſpiſſitudinem, poſteà adde butyr. recent. lib. i. agita cum ſpatula lignea, donec refrigeſcat: inſuper adde præcipitat. alb. unc. dimid. & l. a. f. unguentum.*

*Vires, & Uſus.*

SCabies affectio contagioſa eſt, & ſolo attactu inficit, nec tam periculoſa eſt,quàm moleſta,& abominanda, nec tamen lethalis,attamen ex prava curatione intropelli poteſt,& pejora ſymptomata, imò quandoque mortem afferre. Bonam judicant ſcabiem, ut ſignum, vulgares medici, quatenus ſanguis ab impuritatibus liberatur, & ſegregatur in glandulis cutaneis;ſed errant, nàm vitium eſt cutaneum de foris adveniens, & extrinſeco indiget remedio. Hoc noſtrum itaque unguentum quamcunque ſcabiem, tàm ſiccam; humidam, quàm gallicam certo certiùs ſanat abſque recidivæ timore; extinguit enim fermentum glandulis cutaneis impreſſum, & parti-



Digitized by Google

culas acido-ſalinas fixatas immutat, attenuat, & reſolvit ob admixtum mercurium præcipitatum album, qui eſt ſtrenuus aciditatis domitor, ſola inunctione; ſed trinæ inunctionis tempore æger domi ſe calidum contineat ob ptyaliſmi ſuſpicionem, qui accidere poteſt, nec oculos, labia, & pudendas partes inungat: imò ſi totum corpus inungere renuat, plantas pedum, & manuum volas, vel tantum pulſus inungat, & perfectè ſanabitur.

## UNGUENTUM CONTRA VERMES.

℞. *OL. cydonior. abſynth. ana unc. ij. ſemin. plantag. portulacæ, endiu. corall. rubr. præparat. corn. cerv. uſti, farin. lupinor. ana drach. ix. aloes ſuccotrin. drach. iv. fel bovin. unc. dimid. acet. parum, cer. & ol. q. ſ. m. & l. a. f. unguentum.*

*Vires, & Vſus.*

EFficaſſimum eſt hoc unguentum pro enecandis tam infantium, quàm adultorum lumbricis, cujuſcumq; ſpeciei ſint, in inteſtinis, aliiſque corporis partibus ſola externa ventris inferioris inunctione, quos enecatos per ſedem exturbat; imò omnem materiam putrem, ex qua vulgus Philoſophorum progigni ineptè credit, corrigit, eorumque ovula extinguit, & à lumbricis impoſterùm præſervat.

## DE POTIONE HERBÆ THE'.

℞. HErbæ Thè ſiccæ drach. i. vel ij. proiice in aquæ ferventis unc. vi. & dum ferveſcit, amove ab igne, vas tegatur, folia fundum petent, & calidiſſima quantum tolerari poteſt infuſio potetur, vel ſorbilletur; ſi refriguerit, nullius momenti eſſe dicitur: folia, quæ in fundo remanent, ſecunda vice concoqui poſſunt. 2. Alii hanc herbam in pulverem redigunt quem in aquã fervidam proiiciunt, & utrumq; hauriunt. Ad hanc potionem deliniendam, ſacchari aliquantulum permiſcent,

Digitized by Google

ſcēt, vel in pręparatione paululum aniſi, vel fęniculi, vel aliquot caryophyllos injiciunt. Nonnulli 3. hāc herbam deſtillant in B. M cum aquis appropriatis. 4 Infuſa ad unc. i. dimid. in aqua cardiaca, vel vino generoſo, cujus iij. vel iv. cochlearia ſorbentur, adiuncto ſaccharo. 5. Ex ea exprimitur ſuccus dum herba viridis eſt, dum ſicca, poteſt fieri extractum, & in utroque modo redigendo in pilulas, capiatur ad gr. x. Tandèm tabaci inſtar atrahitur fumus ſiphunculo, & eo modo morbis capitis, & pectoris frigidis, nec non narium fluxionibus conducit. Alii etiā conſervam ex ejus pulvere cum ſaccharo conficiunt addito ſyr. de betonica & ejus aqua.

*Vires, & Uſus.*

ADmirandæ, & ferè omnigenæ virtutis eſt uſus herbæ *Thè*, quæ Chinenſibus dicitur *Theè*, Iaponenſibus, ut & Indis *Cha*, Tartaris & Parthis *Tay*, vel *Tzaii*, & tandem Europæis *Thè*, quo non ſolum universum Chinæ Imperium, ſed & India, Tartaria, Thabeth, Morgor, & omnes orientalis plagæ incolæ utuntur, non ſemel in die tum jejuno ſtomacho, tum immediatè poſt prandium, ſed quoties ipſis libuerit. Europœis quoq; nunc familiaris, & uſitatus eſt potus.

Duplici inſignitur ſubſtantia, una volatili, & ſpirituoſa, ut ex ejus ſuavi, & jucundo odore aquæ communicabili quiſquam conjicere poteſt; altera verò fixa & terreſtri, quæ animadvertitur ſapore ſuo, amaro, aſpero, & adſtringenti; ac proindè moderatè calefacit, & exſiccat, aperit, reſolvit, attenuat, & diuretica eſt. Pluribus cerebri morbis medetur; cerebrum namque nimis humidum eſt, ceræ mollis inſtar ſigillum facilè admittentis ſed impreſſionem non diù conſervantis, undè fit, ut phlegmatici, & infantes memoriæ ſint infidæ. Mediocris requiritur ſiccitas in organis, & humorum puritas ad retinendas ideas, rerumque vitandam confuſionem. Moderatè itaque Thè cerebrum

ſiccat, purgat, memoriam firmat, & mentem purificat. Concludimus itaque pluribus capitis morbis ſummæ eſſe utilitatis; ſoporoſis affectibus, & catarrhis à vaporibus ortum habentibus (ut ajunt) ità conducit, non tantum præcavendæ, verùm etiam ſanandæ Apoplexiæ, Lethargiæ, Paralyſi, Vertigini, & Epilepſiæ, quæ utplurimum à nimia lymphæ effuſione naſcuntur. Item oculorum morbis, aurium ſuſurris, & id genus morbis aliis ut omnibus capitis doloribus deſperatis à quacumq; cauſa ortis.

Qui Thè potu utuntur, integras inſomnes plures tranſigunt noctes, quia ſpiritus animales in nimium, & continuum adigit motum. Pro hoc peragendo motu habet cerebrum ſuas valvulas, & has etiam habent nervi per quas in cerebrum ſpiritibus animalibus dantur ingreſſus, & regreſſus: iſtæ valvulæ in vigiliis ſemper apertæ, & ſuſpenſæ permanent ob fortem ſpirituum agitationem, & motum. Cæterum hi ſpriritus ad motum impelluntur à ſubſtantia volatili, & ſpirituoſa, quæ quandiù durat, tandiù vigilia perſiſtit, nec qui plures noctes inſomnes ſtudendo, negotiando, vel meditando incumbere cupiunt, nihil indè patiuntur. Imo ebrietati reſiſtit maximo cum juvamine, quia corpus nimio Bacchi potu peſſundatum ſuæ integritati reſtituit, novaſque ad potandum ſuppeditat vires. Aſthma cujuſcumq; gradus tollit. Cardiacis affectibus, & uteri vitiis, hypochondriacis, & laxitudinibus ſummoperè medetur. Putant Chinenſes hanc plantam ſibi à Diis donatam ad vitam prorogandam ad extremum vitæ ſenium, & ad avertendos morbos vitæ inſidiantes. Stomacho mirificè prodeſt, nam nimiam fermenti aciditatem ejus amaritudo corrigit, & ſtypticitas fibras à quacunque relaxione, qua plurima progignuntur mala, conſtringit, quapropter errores primæ coctionis corrigit, & affectus inde dependentes eliminantur; ſtomachi dolor, colica paſſio à crudis humoribus, vel flatibus incluſis, & diarrhœa ab indigeſtio-

ne,

Digitized by Google

ne, & chyli corruptione curatur, nam ſtomachum,& viſcera roborandi vim habet. Hac eadem ratione Dyſenteriæ, & chronicæ Diarrhœæ non minùs convenit, ubi humores cicurare, nutritioni deſtinatas partes roborare, & ſerum acre abſorbere oportet. Hujus herbæ Thè potus ſanguinis ſputo ex quacumque occaſionali cauſa pendenti medetur, adſtrictione namque ſua vaſorum extrema anaſtomoſi, vel diabroſi adaperta adſtringere valet. Lienis morbos tollit, quia amaritie ſua acidum lienis fermentum obtundit, & dulcificat. Athritidem, ejuſque ſpecies, Rheumatiſmum, & Nephritidem non tantum curat, verùm etiam ab his præſervat; ac propterea Japonenſes, & Chinenſes Thè potui indulgentes hiſce affectibus non ſunt obnoxii; & hæc eſt forſitan ratio, quare llis regionibus hi morbi ſunt ignoti.

## DE POTIONE CHOCOLATÆ.

POſt tractatum de *Thè* potu, non alienum à re de Chocolatæ Potione, cùm ejus invaluerit uſus, aliquid ediſſerere dijudicamus; eſt enim Chocolata Æthereus potus, Cæli ros, Aſtrorum ſudor, vitale ſemen, divinum nectar, Deorum potio, Panacæa, & univerſalis medicina. Ab ultimis Americæ regionibus, cujus ſolum Mexicum hujus ſeminis ferax eſt, ad Hiſpanos vecta, apud quos ita invaluit uſus, ut ea carere maximæ paupertatis indicium putetur, ab his ad Parthenopæos transfretavit, quibus inter deliciarum illecebras, palati oblectamentum, gulæ irritamentum, & ſanitatis ſolatium habetur. Prætereà maximum eſt nutrimentum, & una medicamentum; non ſolùm enim ſumentes, & qui huic potui nimis indulgent, nutrit, & impinguat, ſed à multis morbis præſervat, & curat. Senibus, & decrepitis maximè proficuum eſt, quia vitam prorogat, & omnes qui hoc Indico utuntur Nectare, firma fruuntur valetudine, imò abſque aliorum alimentorum ope, vitam incolu-

Digitized by Google

columen prorogare poſſunt, ob maximum nutrimentum, quod corpori ſuppeditat, ac exhauſtas corporis vires reparat, præcipuè cum ovi vitello in aliquot juris carnium cochlearibus diſſoluta. Eſt inſigne medicamentum ſtomachicum; omnes namque ſtomachi languores, debilitates, cruditates, vomitum, & cardialgiam reparat. Inteſtina à flatibus, aut colica paſſione vindicat, & ipſe qui diarrhœa, aut ſuper purgatione exhauſtum habet ventriculum, hujus cocholatæ potu ſummum experietur medicamentum. Phthiſicis pene deploratis robur, & ſanitatem præter omnem ſpem quotidianus chocolatæ uſus reſtituit, & in podagra ſummum eſt ſolatium, ac proindè podagrici hoc quotidiè Deorum nectar citra noxæ ſuſpicionem, & maximo cum emolumento bibant. Nonnulli temerario auſu chocolatam obſtructiones parere aſſerunt, quia cacao frigidum, & adſtringens eſt, quaſi ejus frigiditas, & ſtypticitas, dum conteritur, non corrigatur ab ingredientibus calidis, quæ potius aperiant, & attenuent, quàm obſtruant: obſtruet planè ipſum cacao, ſi quis illud integrum abſque attritu, & compoſitione comedat, & non quale chocolatam ingreditur cum ingredientibus; tunc enim obſtructiones, pallidum & lividum faciei colorem parit, non aliter, ac in virginibus chloroſi laborantibus, quem quidem vultibus colorem ſummoperè exoptant mulieres Hiſpanæ. Sic itaque cacao nuces abſque ulla præparatione, & ingredientibus comeſtæ, obſtructiones inducunt, & ipſamet chocolata ob nimiam ſacchari admiſtionem, vel nimia copia ſumpta, multos malè ſe habuiſſe obſervavimus. Id autem ſanè non tantum chocolatæ ope accidit, ſed aliis liquoribus, qui ſi nimis potentur, cum ſint optimi, noxii evadunt: Sic vinum plus nimio ingurgitatum non amplius roborat, & calefacit, ſed frigidos generat morbos, cùm natura illud evincere, vel in alimentum convertere non valeat; ita ſi chocolatæ quis nimium indulgeat, butyroſæ, & pingues partes, quibus abundat, in nutrimentum non rediguntur, neceſſariò ob-

obſtruunt. Sumi igitur debet, ut prodeſſe poſſit, ad unum, aut duos crateres; ſic concionatores ſive ante, ſive poſt concionem optimè ſe habent; ſic ante concionem pectoris, & vocis vires diutiùs, quàm per juſculum ſubſtinent. Conducit iter facientibus (præſertim tempore brumæ) manè antequàm ad iter ſe accingant, & veſperi abſoluto diei penſo; multum namque nutrit, ita ut juſculum ex carne nec tandiù, nec tam ad ſatietatem alimentum corpori ſuppeditat, & vires roborat; ac propterea quiſque citrà alium cibum per plures dies tribus crateribus per integrum diem poteſt eſſe contentus, manè putà, meridiè, & veſperè. Quidam chocolatam nive congelatam adverſus aeris æſtum ſumunt, quæ quidem voluptati potiùs, quàm valetudini conſulit: verùm pro alimento, & ſanitate hanc potionem ebibunt calidam, imò calidiſſimam, & ferventem quantum tolerari poteſt, ſorbillare tenentur; hac tamen cautione, ne linguam, & palatum uſtulet.

Sunt qui ante ejus potionem aquæ frigidæ hauſtum deglutiunt ad hepatis refrigerium, aut biſcotella in chocolata intingunt, & comedunt: ſed eam ſolitariam, ex cucuma extractam potare pręſtat abſque aliorum conſortio, & hoc modo ſumpta, eſt univerſalis medicina non tantum ad ſanitatem tuendam, ſed ad multos actuales morbos profligandos; ac propterea naturalem roborat calorem, ſanguinem puriorem generat, cordis ſubſtantiam vivificat, flatus diſſipat, obſtructiones aufert, ſtomachum roborat, appetitum excitat, ſumentibus eſt ſignum ſalutis, virilitatem auget, canitiem retardat, vitam ad ſenium uſque producit; cuicumque ætati etiam tenellæ præberi poteſt, ut refert Caldera in Diatrib. pag. 486. de puero illo recens ablactato, qui per quatuor menſes ſolo chocolatæ hauſtu vitam produxit; & tandem licitè abſque jejunii eccleſiaſtici violatione hujus ætherei nectaris poculum unum uſurpari poteſt.

DE

# DE POTU CAPHE'.

POſt potionem herbæ Thè, & Chocolatæ, tertium locum potui *Caphè* tribuimus. Naſcitur Caphè in Arabia felici in illius vaſtis agris abſque cultura, & eſt leguminis peregrini ſpecies magnitudini noſtrarum fabarum ob quædam accidentia correſpondens. Antequam in pulverem redigatur, Latini *Bunchum* appellant, Galli *Bon*, & in pulverem redactum *Caphè*, *Cavè*, *&c.*

Antiquus apud Arabes, & Turcas eſt potus, & tam divites, quàm pauperes ſingulis matutinis diebus ante Caphè potum aliquid cibi aſſumunt, perſuaſi id ſtomacho jejuno ſumptum in bilem verti, & quidquid in ſtomacho offendit in bilem mutare, ipſum arrodere, & ad exinanitionem uſque debilitare, membra gravedine afficere, appetitum ſolvere, anxietate, mœrore, & impatientia animum cumulare, & tandem totum corpus dejicere. Hinc eſt, quod ante tabernas caphè, reperiuntur vendentes panes antopticos, quos potaturi manducandos emunt, experientia edocti, illud hac cautione ſumptum ſalubrius eſſe. Arabes, & Turcæ non ſolum in privatis domibus Caphè potant, verùm etiam in tabernas Caphè generatim ſingulis horis ſe conferunt ad hanc potionem ſumendam, & de variis rebus confabulando, majorem diei partem tranſigunt. At nunc multis ab hinc annis caphè potus apud Europæos invaluit; nam non eſt dives, non pauper, qui eo non utatur. Hinc Neapoli magna hominum pars tabernas caphè frequentant, qui hanc potionem ad plures crateres potantes, inibi majorem diei partem terunt, confabulantes de variis orbis rebus, & præſertim bellicis, politicis, & curioſis, tam publicis, quàm privatis, unuſquiſque ſecundùm propriam propenſionem, quæ quotidiè contingunt.

*Bon* non niſi torrefacto utimur; ejus namque virtus in centro coercetur, & tantum vi ignis in ejus corpus

pene-

penetratur, & ad ſuperficiem extricatur, phlegmate, quo irretiebatur, exhalante, quia ſal aliquod fixum, & humor quidam oleaginoſus non niſi torrefactionis gradu ad extimam corporis partem evocatur. Si nimium, aut minus, quàm par ſit, aduratur, inutile redditur, & hæc eſt ratio, cur multoties ſuum non ſortiatur effectum, poſt debitam torrefactionem groſſo modo tundatur in pulverem, ſed cave, ne in farinam abeat; tunc ℞. Vas ad hoc idoneum, cui infundes aquæ craterem decem, aut duodecim unciarum pondus non excedentem, & ei, cùm aqua aliquantulum ferbuerit, circiter trium drachmarum pulverem injicias, cave, ne quidquam effundatur; pulvere namque injecto, illicò incredibili celeritate in ſpumam agitur. Si aquam vaſis labia attingere inter bulliendum animadverteris, amove ab igne, admovendum itidem quouſque duodecies circiter efferbuerit aqua, ne quid effundatur, etiam cavendo; hoc enim ſi acciderit, fruſtranea fieret decoctio, cùm omnes ſpiritus, & ſic virtus evaneſceret, & penitus periret. Hoc peracto, vas amoveatur ab igne, & in cineribus ſatis calidis abſque ebullitione conſervetur, donec magma fundum petierit, & decoctio limpida, & ſubflava ſuperſit. Tunc inclinatione crateri affundetur, cavendo, ne magma, quod nihil eſt, liquori remiſceatur. Hic potus non continua ſerie, ſed ſorbillandus quantum poterit calidè, & quo calidius aſſumitur, eò ſalubrius. Hujus potionis ſapor debet eſſe aliquantulum amarus, alioquin ſua caret virtute. Aliqui, quorum palatum eſt delicatius, caphè amaritudinem ſaccharo ad jucunditatem injecto, mitigant, ſed beneficas qualitates minuunt, & ſolam caliditatem relinquunt. Non tantum caphè potio eſt medicamentoſa, ſed etiam ſuccum alibilem continet, qui adeò ſpiritus reficit, & nutritioni plurimum confert, ut quidam pauperes, ut ſumptui parcant, plures operarii apud Turcas manè hauſtis aliquot crateribus, & aliquot aliis per reliquum diem abſque cibo tranſigant.

Unus

Unus aut alter crater ad ſummum manè jejuno ſtomacho aſſumptus ſufficiet, & à cibo abſtinendum aliquot exindè horis, & ſingulis diebus ſemel potaſſe ſat erit. Qui ad ſtomachi ægritudinem ſublevandam id cupiunt, non manè, ſed immediatè poſt prandium uſurpare debent. Advertendum tamen, ne illi nimium aſſueſcat natura, atque in alimentum convertat, quod præſtans fuiſſet medicamentum. Propterea magis è re erit bis tantùm, vel ter in hebdomada eo uti: ni adſit impurus aer, vel aliud quodpiam, quod urgeat; ſicuti etiam & in potu herbæ Thè hoc animadvertendum.

Quò ad Caphè qualitates analyſi conſtare dicimus parte terreſtri, & ſale alKali fixo, quod torrefactione educitur, ſed in minima quantitate, & ſale volatili oleaginoſo, ac ſulphure, & ſale volatili, quibus mediantibus multis occurrit morbis.

Caphè potus innumeræ ſunt dotes; ac proindè primam coctionem mirificè juvat, omnemque ab ea perturbationem avertit; undè laudabilis ſanguis generatur, per quem omnes corporis partes nutriuntur, creſcunt, & integræ manent.

Suo ſale volatili omne ſtomachi acidum obtundit, delinit, mitigat, & demulcet. Sua parte terreſtri deterſiva adſtringens eſt, & ſic ſtomacho grata. Hujus fermentum roborat ſua qualitate deterſiva, & tartareas fæces in eo, & tenuibus inteſtinis contentas expurgat, & ſua partium ſiccitate ſuperfluas abſumit humiditates. Inſuper acidas cruditates, quæ in primis viis interdum fluctuant, ſuo alkali abſorbet. Per hanc potionem nulli corruptioni ſtomachus obnoxius eſt; coagulationes morborum vulgatiſſimas cauſas impedit, & hinc tranſpirationem inſenſilem, ſanitatis conſervatricem, admodum juvat. Exemplum habemus in Turcis, qui non niſi aquam potant, leguminibus, cibis lacteis, & fructibus magis quàm carnibus gaudent; veſcuntur pane azimo, & minùs cocto, quæ ſtomacho noxia maximè videntur, & rariſſimè ejus affectibus laborant, quod

non

Digitized by Google

non niſi huic potui debent: Eſt itaque caphè potus ſtrenuiſſimus acidi domitor.

Prætereà pituitam vitream colicæ inteſtinorum frequentem cauſam, ut fertur, non ſecus ac ſtomachi cruditates fundere, & reſolvere valet hic potus; ſic etiam hepatis, lienis, & pancreatis obſtructiones à viſcidis ſuccis ortas, feliciter reſerat. Summum medicamen eſt phlegmaticis, & puellis chloroſi laborantibus; nam ſanguinem ſuperflui humidi, & glutinoſi conſumptione exſiccat, humores craſſos attenuat, eorumque expulſionem promovet; ac proptereà nimium menſtrui fluxum coercet, & ſuppreſſum promovet, ac vapores diſſipat uterinos. Utiliſſimum experitur ad renes purgandos, & ſero viam parat; ac proindè hoc potu utentes, omninò à lithiaſi ſunt immunes Turcæ, & hydrope rarius tentantur. Item caphè potatores podagræ non ſunt obnoxii; ac proptereà qui in oriente degunt (ubi uſitatiſſimus eſt caphè potus) nunquam calculo, vel podagra laborant.

In thoracis affectibus mirabile eſt caphè, in tuſſi, aſthmate, & in vocis raucedine; nam pectus dilatat, excreatum promovet, & catarrhos ſiſtit; lac capheatum maximoperè phthiſicos priſtinæ ſanitati reſtituit, & empyicis ſuccurrit. Vulgaris caphè potus multas tertianas, & quartanas curavit.

Confert caphè, quia vapores humoreſque acres ad cerebrum repentes effundit, & diſſipat; novoſque oriri inhibet, ſpiritus puriores reddit, memoriam fæcundam efficit, viſum, & auditum acuit, cerebrum humidum exſiccat, & roborat; undè immani cephalalgiæ etiam antiquæ medetur; ſpiritus narcoſi irretitos expedit; undè qui ſtudiorum cauſa diu vigilare volunt, hac ſeſe potione præmuniunt poſt cænam; imò ebrietati reſiſtit; Vertigini, Epilepſiæ, Catalepſi, morbis ſoporiferis, & cæteris, de quibus experientiam conſule, mirificè medetur.

His, qui graciles, aut ſiccæ conſtitutionis, & calidæ,

Digitized by Google

lidæ, interdicitur, quia nimis exſiccat, & tantum præſcribitur mollibus, pinguibus, & effœminatis, aut vino abſtinentibus non parum conducit, ac proindè temperaturis pituitoſis, ſtomachis debilibus, lentè digeſtionem perficientibus, obſtructionibus, humoribus glutinoſis valdè eſt conducibilis: bilioſis ergo ſtomachis celeriùs digerentibus, nimium calidis, macilentis, aduſtis, ſolutum in ſerum ſanguinem habentibus, & quibus vaſa ſanguine rapidius circulante ſunt repleta, & iis quibus ſanguis extravenatur, maxime nocet. Tandem non omnibus æquè hic potus proficuus eſt, non ratione Caphè, ſed culpa temperamenti, ignoratione, & omiſſa alicujus medici conſultatione; non itaque omnibus efficax eſt; & hoc verum eſt, ut etiam manna multos conſtipat, & ſena in ſyncopen præcipitat, & tamen benigna ſunt medicamenta.

Qundoque hic Caphè potus admirandos à nobis ſuprà decantatos non patrat effectus ob aliquorum illud vendentium malitiam, qui loco pulveris Caphè lucri cupidine allecti, pane aduſto, fabis, lupiniſve toſtis, & pulveriſatis tertia parte augent, & alterant; ità ut verſatiſſimi vix advertant. Periculoſæ fraudis fomes lucrum eſt, quos enim non cogit auri ſacra fames? Ad hanc igitur evitandam impoſturam, ò quam præſtaret in propriis ædibus parari.

ME-

Digitized by Google

# METHODUS AD MEDICINAM UNIVERSALEM

*Ex duobus Planetis, Marte ſcilicet & Venere, in deploratiſſimis morbis conficiendam: nec non ad quodcumque imperfectum metallum in perfectiſſimum tranſmutandum, non omnibus hucuſque nota.*

ACcipe igitur pulcherrimam Venerem, & reduc illam in puriſſimum ſalem ſ. vitriolum, quod facilè mediante ſulphure, & igne fit, deindè aquis calidis ſolutum, & evaporatum in pulcherrimum tranſit vitriolum. His omnibus ritè peractis:

Impone hujus vitrioli libras decem in retorta vitrea benè lutata, & reverberii igne, ſed primi gradus, deſtillare incipe, ut primò phlegma recipias, quod ad ulteriorem uſum reſerva.

Deinde auge ignem ad tertium gradum uſq; & exibunt ſpiritus fortiores, & acriores, quos etiam in vaſe optimè clauſo ſerva ad uſum ſequentem. Poſtmodum auge ignem ad quartum, & ultimum gradum uſque, ſ. fuſionis ad minùs per tres horas, & habebis oleum rubicundiſſimum, & ponderoſiſſimum, quod ſimiliter ſerva ad ulteriorem uſum.

Tum demum accipe caput mortuum, quod nigro nigrius erit, & mediante phlegmate ſuprà reſervato ſal extrahe, quod viridiuſculum erit, & nullius valoris; ulterius igitur calcina, ut totalis materia vitriolacea evaneſcat, & habebis demum purum, & albiſſimum ſal, quod etiam ad uſum ſequentem ſerva, nam hæc eſt terra noſtra virginea Veneris, quæ multum valet ad hoc noſtrum opus.



Digitized by Google

Nunc ad fortiſſimum Martem procedamus, oportet, ut mediante noſtra methodo, ac ſummo noſtro labore ex illo ejus viſcera fortiſſima habeamus, quæ ad hanc noſtram medicinam mirabilem ſummè ſunt neceſſaria, & utilia.

Accipe itaque mercurialem noſtrum ſpiritum, quem ſuprà ſpiritus acres Veneris appellavimus, & ſuperfunde Martis limaturæ, ut ſuper emineat quatuor, vel quinque digitos; ſtent omnia in loco calido per tres, vel quatuor dies, interdiù ſæpiùs agitando, ac movēdo, deindè philtra, & habebis tincturam viridiuſculam, evapora ad medietatem uſq; & poſt duos, vel tres dies vitriolum Martis habebis, quod ſerva.

Reſiduo Marti novum ſpiritum mercurialem Veneris ſuperfunde, & iterum digere in loco calido per tres, vel quatuor dies, & iterum tincturam viridiuſculam habebis, ut priùs, quam etiam evapora, ut ſupra feciſti, & iterum poſt tres, vel quatuor dies alios alias Martis Cryſtallos habebis, quas etiam cum aliis ſerva.

Hanc operationem ad minus ter, vel quater repete, donec quantitatem juſtam harum cryſtallorum adeptus fueris, ſemper hanc methodum obſervando.

Tunc has omnes Cryſtallos Martis impone retortæ vitreæ optimè lutatę, & munitæ, quam colloca in Reverberii furno, recipienti adaptato, & juncturis optimè clauſis, igne moderatiſſimo deſtillare incipe per duas, vel tres horas, & recipies rorem martialem, quem optimè ſerva ad uſum.

Deindè fortifica ignem, & fac, ut ſit ignis flammæ per duas, vel tres horas ad minùs, & recipies ſpiritus Martiales fortes, & acres; ſepara hos ſpiritus acres & adhuc ignem intende, donec incipiant deſtillare guttę rubeę, ac ponderoſæ, quas etiam in vaſe optimè clauſo ſerva. Auge ignem adhuc, ut totaliter exeat oleum hoc rubicundiſſimum martiale, quoniam Theſaurus nobiliſſimus eſt in hac mirabili medicina, ut inferiùs docebimus.

Ex magmate Martis cum rore martiali ſuperiùs ſervato extrahe ſalem albiſſimum, ac cryſtallinum, ut feciſti in

extra-

extractione, & præparatione ſalis Veneris, ita procede in extractione, & præparatione huius ſalis Martis, ut dictum eſt.

Jam habemus extracta tàm ex Venere, quàm ex Marte; illorum viſcera, quæ adhuc ſunt impura, indigent noſtra philoſphica præparatione, ac purificatione, ut ſint pura, & abſq; ulla impuritate, aliter medicina noſtra fit ſpuria, & conſequenter ejus operationes ſpuriæ, ac nullo modo legitimæ: procedamus ergo ad purganda eorum viſcera; & interiora: &

*Primò de purificatione, ſive rectificatione ſpiritus acidi Veneris, vel Mercurii.*

ACcipe tunc ſpiritum noſtrum acidum, vel ſpiritum Mercurialem Veneris, impone retortæ vitreæ; & ex arena deſtilla omne acidum, quod poteſt aſcendere, & quod in retorta remanet, rejice, & iterum impone ſpiritum deſtillatum, & deſtilla, ut prius; & quod remanet; rejice iterum, & hoc fac toties, donec non amplius fæces remaneant in fundo retortæ, & tali methodo habebis ſpiritum purum Mercurialem ex noſtra Venere, quem iterum optimè ſerva in vitro bene clauſo, eſt enim hic Mercurius unus nempe Veneris ſummis virtutibus præditus.

*Nunc ad purificationem ſanguinis Veneris procedamus.*

SAnguis Veneris, quem in præcedentibus oleum rubicundum nominavimus, quod etiam niſi ſummè purificatum fuerit, nullius eſt virtutis, (uti etiam ubicunque invenitur ſanguis impurus peſſimum indicativum eſt,) neceſſarium dijudicamus, ut ab omni labe mundetur, adeò ut purus, ac puriſſimus evadat, & modus hic eſt.

Accipe hunc ſanguinem impurum, & ex retorta deſtilla toties, donec non amplius fæces in fundo retortæ reliquerit, ut in purificatione ſpiritus Mercurialis Veneris

feciſti, & completa purificatione ſanguinis Veneris, ſerva ad uſum ſequentem.

*Nunc procedamus ad purganda viſcera Martis.*

RECipe ſpiritum acidum Martialem,ut dictum eſt ſuperiùs,& purifica illum modo prædicto,ut in purificatione,& rectificatione ſpiritus Veneris diximus non magis nec minus,& purgatum ſpiritum Martis habebis, quem ſerva ad uſum ſequentem in vaſe optimè clauſo.

Ad purificandum ſanguinem Martis,qui etiam purificari debet,procede,ut in purificatione ſanguinis Veneris feciſti,non magis nec minus, & habebis ſanguinem Martialem purgatum.

Jam cuncta viſcera tam Martis, quàm Veneris, ſunt purificata, & ab omni labe accidentali libera; jam habes principia pura;jam ſponſus ad recipiendam ſponſam paratus eſt,ut ex iis filii procreentur, non ſpurii, ſed legitimi, pulchriores, & nobiliores, non diſſimiles parentibus, imò multum excellentiores. Jam venit dies conjunctionis, ac matrimonii,dies letitiæ, & jubilationis. Ecce quàm pulcher puer ille,ecce quàm pulchra hæc puella; ille ex domo Martis,hæc verò ex domo Veneris,ille fortitudine præditus, hæc verò pulchritudine; ille ad bellum ſemper paratus, hæc verò ad amorem exercendum prompta. Ambo nati de ſtirpe nobiliſſima, nec non antiquiſſima,imo ab origine mundi eorum genetatio fuit,etenim eorum pater eſt Sol, mater verò Luna.

*Ad conjunctionem matrimonii procedamus.*

ACcipe terram noſtram albam,& virgineam, tàm ex Marte, quàm ex Venere, & tere hanc in ſubtiliſſimum pollinem, impone ad phialam vitream, ac paulatim inſtilla partem unam de ſpiritu Veneris, & partem unam de ſpiritu Martis, & calore tenui ſem-

per

Digitized by Google

per decoquendo, donec ſpiritus ſint coagulati in terra ſua; jam pars conjunctionis completa eſt, & ſanguis deeſt: igitur & modo prædicto ſanguis Martis, atque Veneris in terra noſtra coagulatur, nempè guttatim, & paulatim inſtillando, & decoquendo non unica vice totum, & ſic mediante ſpiritu, & ſanguine terra noſtra rectificatur, ac fit pulchra, ac fortis, & ſic vis ejus integra erit, ſi verſa fuerit in terram, ſi Mars, ac Venus Vulcani dolis fuerint capti.

### *Vires, Uſus, Doſis*

### *Hujus medicinæ univerſalis.*

SCias, benevole lector, hanc medicinam eſſe mirabilem in ſuis operationibus pro omnibus curandis morbis; placuit namq; Deo ob lapſum cum morte temporali omnes morborum ſpecies in genus humanum immittere, ſed ob ſuam miſericordiam, & bonitatem omnium remedia creare, ſed ea cordatis medicinæ cultoribus tantùm revelare voluit, qui manus carbonibus denigrant, & ante fornaces ſudore madeſcunt: nàm:

*Virtutem poſuere Dii ſudore parandam.*

HÆc noſtra medicina in aliquibus per inſenſilem trāſpirationem, in aliis per ſenſilem, juxta patientis, & morbi conditionem operatur, ejuſq; effectus ſenſibiliter percipitur; nàm tuta celeritate totum penetrat corpus, conſumit ſuperflua, renovat deperdita, ſanat morbida, nec ullam ulteriorem admittit degenerationem. Apoplexiam itaque, Epilepſiam, Paralyſin, Hydropem, Cancrum, Scirrhum, Strumas, Lepram, Elephantiaſin, Chiragram, Podagram, Luem Veneream, febres malignas, peſtilentes, omnes morbos chronicos, & quotquot apud bardos vulgares incurabiles habentur, aliaq; corporis contagia mirifica virtute propellit. Doſis gr. ij. vel iij. in conveniem-

Digitized by Google

venienti vehiculo, & omni tempore ſumi poteſt.

Poteſt etiam hæc medicina ſpecificari ad naturam metallicam; & modus ſpecificationis, & fermentationis hic eſt:

Accipe hujus medicinæ partem unam, & partes tres auri puriſſimi, funde aurum in crucibulo, fuſo ſuperinjice partem medicinæ, depone ab igne, & videbis aurum eſſe redactum in pulverem rubicundiſſimum. Cujus una pars cadit ſuper decem partes Mercurii vivi, & erit totum redactum in perfectiſſimum aurum.

Jam habes, amice Lector, indeficientem Theſaurum, non à Lemuris cuſtoditum, quem ſi quis effodere tentat, vel timore correptum è vivis decidere, vel fuſtibus flagellatum bardum vulgus credit; non allegorici poetarum figmentis, non ſybillinis ænigmatibus, ſymbolis, characteribus, ſophiſmatibus, vel impoſturis obvolutum: ſed ea ſimplicitate, & cordis ſynceritate, quâ Altiſſimus, à quo omne donum perfectum deſcendit, nobis non fato, neque fortunâ ad hunc nos pervenire dedit, at ſolâ vocatione divinitùs facta potiùs, quàm ſtudio ad hanc felicitatem pervenimus. Si Attalicas exoptas opes, huic noſtro Magno operi manum admove, & nos vera dicere experieris, & medicæ arti dic longum vale; nam: Non dat Galenus opes. Verùm pauperum ne ſis immemor; nam aliàs divinam tibi arrogabis indignationem, & divitis Epulonis cruciatus experieris. Itaque pro tanto munere, divitiis, & vita longa, ac incolumi, hoc noſtro fruere arcano, & Deo Optimo Maximo gratias age, cui ſit laus, honor, & gloria ſoli in æternum.

FINIS.

IN-

Digitized by Google

# INDEX.

Antidotus Cephalica mirabilis pag. 103
Aqua Anti-peſtilentialis. 104
Aqua Lithontriptica. 104
Aqua Phyſogona. 105
Aqua Theriacalis ſudorifera. 106
Arcanum ad ſurditatem. 107
Balſamum Apoplecticum pro Mulieribus. 107
Balſamum Vulnerarium. 108
Catapotia ad memoriam. 109
Cerotum Anti-Venereum. 110
Collyrium Univerſale. 110
Confectum Seminis Coriandri. 111
Conſerva pro dentibus. 112
Electuarium viride. 113
Emplaſtrum de Cucumere Sylveſtri. 114
Emplaſtrum Divinum. 114
Juſculum Purgans. 115
Laudanum ſine opio Hartmanni. 116
Liquor pretioſus. 118
Mercurius Diaphoreticus Helmontii. 119
Oleum Anti-Spaſmodicum. 120
Oleum pro Viſcerum Obſtructione. 121
Pilulæ Anti-Hipochondriacæ. 121
Pilulæ ad Gonorrhœam Virulentam. 122
Pilulæ Nicolai Salernitani contra fluxum. 123
Pilulæ Stomachicæ Aperientes. 124
Pilulæ de Succino Cratonis. 124
Potio Vulneraria. 125
Pulvis Alexiterius. 126
Pulvis Anti-Podagricus. 127
Pulvis Cardinalis Pallottæ. 127
Pulvis Dentifricus. 128
Pulvis ad Difficultatem Partus. 12

Alius

Digitized by Google

*Alius ad eundem affectum.* ibi.
*Pulvis hydropicus.* 130
*Pulvis ad Lapidem Veſicæ.* 131
*Pulvis Pectoralis Michaelis.* 131
*Pulvis Stomachicus ejuſdem Michaelis.* 132
*Rotulæ Cephalicæ.* 133
*Syrupus Angelicus.* 134
*Syrupus Catholicus.* 135
*Syrupus pro Capitis deſtillatione.* 136
*Syrupus de Hellenio Augenii.* 137
*Syrupus Melanagogus.* 138
*Syrupus Regius correctus Domini Mercati.* 139
*Species Abſorbentes.* 140
*Specificum Anti-Epilepticum Puerorum.* 140
*Specificum Anti-Ictericum.* 141
*Specificum Anti-Nephriticum.* 142
*Spiritus Anti-Paralyticus.* 143
*Suppoſitoria Medicinalia.* 143
*Tinctura Bezoartica.* 145
*Tinctura Capillorum.* 146
*Vinum compoſitum ad Luem Veneream.* 147
*Vnguentum pro Rhagadibus Mamillarum.* 148
*Vnguentum ad ſuccorum Salſedinem.* 148
*Vnguentum pro Scabie.* 149
*Vnguentum contra Vermes.* 150
*De Potione Herbæ Thè.* 150
*De Potione Chocolatæ.* 153
*De Potu Caphè.* 156
*Methodus ad medicinam univerſalem.* 161

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google